accessit quidam iudeus in omnium
oculis sacrificare ydolis super arā
in ciuitate modin secūdū iussum re-
gis, et vidit matathias et doluit, et
contremuerūt renes eius, et accen-
sus est furor eius secundum iudici
um legis: et insiliens trucidauit eū
super aram. Sed et virum quē mi
serat rex antiochus qui cogebat im
molare, occidit in illo tempore, ⁊ a
ram destruxit. ¶ Dominica tertia.
Lectio prima. Machabeorū.ii.



Et exclamauit voce mag
na matathias i ciuitate,
dicēs. Omnis q̄ zelū legis
habet statuēs testamētū:
exeat post me. Et fugit ipse et filii
ei⁹ in montes: ⁊ reliquerūt quecūq₃
habebant in ciuitate. Lectio secūda.
Et circuiuit matathias ⁊ filii eius
et amici, et destruxerunt aras: ⁊ cir
cunciderunt pueros incircuncisos
quotquot inuenerunt in finibus is-
rael in fortitudine, et persecuti sunt
filios superbie: et prosperatum est

opus manuũ eorum. Lectio.iii.

Et appropinquauerũt dies matha thie moriẽdi, et dixit filiis suis. Nũc cõfortata est superbia et castigatio et tẽpus euersionis et ira indignationis. Uos ergo filii emulatores estote legis: et date animas vestras pro testamento patrum et viriliter agite in lege. Lectio quarta.

Et cum feceritis quod vobis preceptũ est a dño deo vestro: i ipso gloriosi eritis. Ecce simõ frater vester scio q vir consilii est, ipsum audite semp et ipse vobis erit pater. Lc.v.

Et iudas machabeus fortis viribus a iuuentute sua princeps militie sit vobis: et ipse aget populi bellum et adducetis ad vos õnes factores legis: et vindicate vindictam populi vestri. Lectio sexta.

Et benedixit eos et appositus est ad patres suos: et defunctus est centesimo quadragesimo sexto anno: et sepultus est in sepulchris patrũ suorũ in modin, et planxerunt eum oĩs israel plãctu magno. ¶ Lectiones per ebd. i. Macha.iii.

Et surrexit iudas qui vocabat machabeus filius eius pro eo, et adiuuabant eũ oẽs fratres eius et vniuersi qui se coniunxerant patri eius: et preliabantur preliũ israel cũ leticia. Et dilatauit gloriã populo suo et induit se loricã sicut gygas et succinxit se arma bellica sua in preliis et ptegebat castra gladio suo. Similis factus leoni in operib9 suis: et sicut catulus leonis rugiẽs in venatione sua et perambulauit ciuitates iude: et perdidit omnes impios ex eis, et auertit irã ab israel: et nominatus est vsq ad nouissimum terre et congregauit pereuntes. Et congregauit apolonius gentes, et a samaria virtutẽ magnam, ad bellãdum contra israel.

¶ Dñica quarta. Lectio prima

Et cognouit iudas et exiit obuiã ei: et pcussit et occidit eũ, et ceciderũt vulnerati multi: et reliqui fugerũt et accepit spolia eorũ et gladiũ apolonii abstulit iudas: et erat pugnãs in eo oĩbus diebus. Lectio ii.

Et audiuit seron princeps exercitus syrie: q congregauit iudas cõgregationem, et ecclesiam fidelium secum et ait. Lectio tertia.

Faciam mihi nomen: et glorìabor in regno, et debellabo iudam et eos qui cum eo sunt: qui spernunt verbum regis. Lectio quarta.

Et exiuit iudas obuiã illi cũ paucis. Ut autem viderunt exercitum venientem sibi obuiam: dixerunt iude. Quomodo poterim9 pauci pugnare contra multitudinem tantam et tam fortẽ: et nos fatigati sumus ieiunio hodie. Lectio quinta

Et ait iudas. Facile est concludi multos in manib9 paucor et nõ est differentia in cõspectu dei celi liberare in multis aut in paucis: qr nõ i multitudine exercit9 victoria belli sed de celo fortitudo est: vos autẽ ne timueritis. Lectio sexta.

Ut autem cessauit loqui: subito in eos insiliit. Et cõtritus est seron et exercitus eius in conspectu ipsius. Et cecidit timor iude ac fratrũ eius

absq3 omet.scdm say.ad mis.dr sic. Sub honore edmudi cofes.et psalmis.
p. Exaudi orone mea cu dep2e. ¶ Do.4.de s.edmudo. ad pri.ves.a.super
p. Beatus vir q3. Iste sctu3 R. Percepturus me.de do.de tri.et proces.
oro. Excita qs dne ad mat.me.de do.a. Cu subleuasset mis.do.dr in cap.
Fe.2.5.et sab.de co.cu h. Spus et alme. ¶ Nota q in die oim sctorum
oes hore.s.ma.dur extra choru more solito. ¶ Lra do. C.pridie kl.noue.
C inchoet hys.med.r.de scto in lau oes ane.mis.de vig.dr in cap.sine me.ad
alta mis.me.de scto et de tri. Fe.2.fes.oim sctorum ad.1.ves.me.de do.et de
trini.sub sile. Fe.3.de co.aiaru:ad matu.de.s.ma.me.de mar. Fe.iiii. de.s.
wenefre.ix.lec.de coi vnius virgi.et mart. Fe.5.et.6.de co.et nihil de.iii.
con. ¶ Do.2.tota cantet hys.ad.1.ves.me.de tri.et proces. Fe.3.4 et.vi.de
con. ¶ Do.3.de do.et med.lec.de.s.martino. Fe.3.de.s.edmudo.ad matu.
et ad mis.vts in. B. Fe.5.et.6.de co.et nihil de.3.com. ¶ Do.4.de do.ad.1.
ves.a.sup p. Magnificat Summimus oro. Excita qs me.de tri.et pro-
ces.ad mat.legat expo.euag. Cu subleuasset 6.R. Summe tri in lau.oes
ae.dur:ad mis.psti. Dicit dns or. Excita qs Epla. Ecce dies euange. Cu
subleuasset Fe.4.6.et sab.de co.cu h. Spus et alme Si fuerint plures
misse dnicales cantade pretermittuntur hoc anno. ¶ Littera do. D.kal
noueb.de fes.oim sanctoru:et hys.inchoet cu meo.sub silen.et me.de trin.
scdm ordinale. Fe.2.come.aiaru:et me.de mar.ad matu.de.s.maria. Fe.
3.de.s.wenefreda.ix.lc.de coi vnius virgi.et mar. Fe.4.5.et sab.de con.et
mis.do.dr in cp.in.4.fe. ¶ Do.2.tota catetur hys.et me.tm de mar.et de
tri.9.R. Summe trini. In lau.oes ae. Fe.3.5.et sab.de come. ¶ Do.3.de
scto machuto:ad pri.ves.me.de oc.de do.de trini.et proces.ad matu.med.
lec.de oct.cu R.de.1.noc.mis.do.dr in cap.cum me.de trin. Fe.4.5.et sab.
de co. Fe.2.de.s.edmudo:ad matu.et ad mis.vts.in. B. ¶ Do.4.de sanc-
ta cecilia:me.de do.cu an. Summimus oro. Excita qs Fe.5.6.et sab.
de co.cu h. Spiritus et alme. Fe 3.de sancto cu R.de.iii.noc.et missa do.
dr pro alta missa:et me.de scto cu aliis me.consuetis. Et si fuerit plures
E mis.do.cantande:hoc anno pretermittuntur. ¶ Littera do. E.4.non.no
uemb.tota catetur hyst.ad pri.ves me.de do.et de tri.sub silen.sed nulla
proces.ad mat.me.tm de mar.et de trin. In lau.oes ae.come aiaru dif-
ferat in crasti. Fe.3.de.s.wenefreda.ix.lc.oia de coi vnius virgi.et mart.
Fe.4.6.et sab.de co.et.R.fer.pretermit. Do.2.de do.et fiant med.lec.
de scto. In lau.oes ae.9.R. Summe trini. Fe.2.4.et.6.de com.ad me.de.s.
martino dr an. Sacerdos cu sequentibus. ¶ Do.3.de sacto edmundo,ad
pri.ves.meo.de scto machuto,de oct. de do.de trini.et proces.ad matu.et
ad mis.de scto edmundo.vts.in. B.mis.do.dicitur in cap.cu meo.de tri-
ni.tantu ad alta mis.meo.de oct.e de oibus sanctis. Fe.3.4.et.6.de comme.
Fe.5.de scto edmundo: ad vesp.an.super pos. Iste sanctus cap. Beatus

vir qui suffert. ¶ Do.4.de sancto clemente.ad pri.ves.mēo.de sancta ce=cilia,de sctā felicitate:deinde de do.cū añ.Sustinuimus oro.Excita qs. et de trini.et proces.Fe.2.de sācto cum ℟.de tertio noctur.vnius marty. iii.℟. Percepturus. et mis.do.dicitur pro alta missa Dicit dn̄s. Oratio Excita quesumus. Epła.Ecce dies.Euāg.Cū subleuasset et alie mis.do. que fuerint cantande hoc anno pretermittūtur. Fe.4.5.et.6.de comme.cū ℟ Spiritus et alme. ¶ Littera do.F 3.die nouemb.tota cantetur hyst. In laudi.oēs āe.et fes.sancte Wenefrede differatur in crasti.et ibi fiant 9.lect.de cōmuni vnius virgi.et marty.Fe.3.5.et sab.de cōme. ¶ Do.2.de do.Fe.3.et.5.de com.Sabba.de.s.edmūdo.ad matuti.et ad mis.vts.i.B ¶ Do.3.de do.s.hugone:et medie lectio.de.s.aniano:ad pri.ves.mēo.de.s. edmundo,de.s.aniano.de octa.de do.et de trini.et proces.mis.do.dicitur in cap.cum mēo.de trini.tātum ad altā mis.me.de sctō et de oct. Fe.2.3.et.5. de cōme.℟.O beatum virū pretermittitur.Fe.4.de sācto edmundo:ad ves.añ.super psal.Beatus vir cpm.Beatus vir qui in sapientia . ¶ Do. 4.de do.ad pri.ves.super psal.Magnificat an. añ. Sustinuimus oro Ex=cita quesumus. me.de sācto:et de trini.et proces.ad mat.medie lec.de sctō et legat expō.euang.Cū subleuasset.9.℟. Summe trini. In lau.oēs āe ad mis.offi.Dicit dn̄s oro.Excita quesumus. Epła. Ecce dies Euange. Cum subleuasset. Fe.3.4.et.5.de cōme.cū ℟.Spiritus et alme. Et si plu=res mis.do.fuerint cantande:in hoc anno pretermittuntur. ¶ Littera do G 4.die nouemb.tota cantetur hysto.in laud.oēs āe. Fe.2.4.et sabba.de comme.et ℟.fe.ptermittūtur. ¶ Do.2.de.s.martino:et mēo.de sancto,de do.de trini.et proces.mis.do.dicitur in cap.cū mēo.de trini.tantum ad al=tam mis.mēo.de sancto et de oibus sanctis. Fe.2.et.4.de comme. Fe.6.de sancto edmundo.ad mat.et ad mis.vts.in.B in sabba.ad ves.que erunt de do.mēo.de sancto hugone,de octau.de trini.et proces.tamē in dyocesi Lincolñ.vespere erunt de sancto hugone : quia dup.fes.est:⁊ mēo.de oc. de do.et de trini.sub silen.et nulla proces. ¶ Do.3.de do.et medie lect.de octa.cum.2.℟.de.1.noc.vi.℟.O beatū virū.9.Sūme tri. In laud.omnes āe.Fe.2.4.et sab.de comme.et ℟.fe.pretermit.Fe.3.de sancto Edmundo. ad vesp.añ.super psal.Beatus vir. cpm.Iste sanctus. ¶ Do.vltima an=te aduentū de sancta katherina:ad pri.ves.fiat mēo.de do.cum añ. Su=stinuimus oratio Excita quesumus et exposito euange.in hoc anno pre=termit.ad matuti.memo.de do.cum añ. Cum subleuasset. Fe.3.4.et sab=ba.de cōme.cum ℟ Spiritus et alme et mis.do.dicitur in cp.in do.cum=me,de trini.tantū. Si fuerint plures mis.do.cātande in hoc anno preter mit.et si acciderit ꝙ due mis.do.que proprijs officijs carent pro breuita=te temporis nequeant in fe.cantari:non est inconueniens si oīno omitta=tur.Fe.6.de apostolo:ad scdas ves.mēo.de sancta maria.añ.Sub tuam.

6 F

6 G

¶ Dñica .i. post .v. kalend. nouē. ad vesp. añ Bñdic. ps. Ipsum. cpm Bñdict⁹ deus ꝛ pa. R̷ .2. Aspice dñe de⁹ hy⁹ O lux beata tri. ỽ Vespitina. añ Vidi dñm sedentē super soliū excelsū: ꝛ plena erat ois terra maiestate eius, et ea q̄ sub ipso erāt replebant tēpluū. ps Magni. hec sequentes añe seruiūt hyst. Vidi dñm ꝛ q̄ dicu cantabitur in sab. super Magnificat. vel ad mēo. de do. cum de aliquo fest. ix. lc. fit seruitium. añ Muro tuo inexpugnabili circūcinge nos dñe ꝛ armis tue potentie ꝓtege nos sēp de⁹ nr̄. ps. Magñ. añ Qui celoꝝ contines thronos ꝛ abissos intueris dñe rex regū mōtes pōderas: terrā palmo concludis exaudi nos dñe in gemitib⁹ nr̄is. ps Magñ. añ Sustinuimus pacē ꝛ non venit dñe super nos, quesiuim⁹ bona et ecce turbatio, cognouimus dñe pctā nr̄a ne in eternū irascaris nobis de⁹ isrl̄. ps. Magñ. Si vero iii. v. dñica in mense nouēb. forte contigerit: tūc repetatur. añ Qui celoꝝ. ad vesp. in sabba. quinte dñice. Ad ma. inuitator. Deus rex celestis. Qui sedes in throno miserere nobis. ps Venite. Hac die incipiatur ezechiel, et legatur vsq̄ ad aduētū dñi, quando de tpe agitur. Lectio .i. de hysto. Ezech. i.


T factū est i tricesimo anno idest quarto in quinta mēsis cū essē i medio captiuoꝝ iuxta fluuiū chobar apti sūt celi. Et vidi visiōes dei i quinta mēsis: ipse est annus quint⁹ trāsmigrationis regis ioachim. Hec dicit dñs deus conuertimini ad me, ꝛ salui eritis. ¶ Omnes lectiones de ꝓphecia mutantur cū hac clausula. R̷ .i. Vidi dominū sedentē super solium excelsum et eleuatū: et plena erat ois terra maiestate eius. Et ea q̄ sub ipso erāt replebāt tēpluū. ỽ. Seraphin stabāt sup illud sex ale vni: ꝛ sex ale alteri. Et ea. Lect. ii.

Factū est verbum dñi ad ezechielē filium buzi sacerdotem in terra caldeorum secus fluuiē chobar. Et facta est super eū ibi manus domini et vidi: et ecce vētus turbinis veniebat ab aquilōe: ꝛ nubes magna et ignis inuoluēs: ꝛ splēdor in circuitu eius. Et de medio eius quasi species electri, hoc est de medio ignis. Hec dicit. R̷ .2. Aspice dñe de sede sctā tua, ꝛ cogita de nobis, inclina de⁹ meus aurē tuā ꝛ audi. Aperi oculos tuos ꝛ vide tribulationē nr̄ā. ỽ Respice dñe de sctuario tuo ꝛ de excelso celoꝝ habitaculo. Ape. lc. 3.

Et ex medio eoꝝ similitudo quatuor animaliū: ꝛ hic aspectus eoꝝ. Similitudo hois in eis: et quatuor facies vni: ꝛ quatuor penne alteri. Et pedes eoꝝ pedes recti, et planta pedis eoꝝ quasi planta pedis vituli: et scintille quasi aspectus eris candētis. Hec di. R̷ .3. Aspice dñe q̄ facta est desolata ciuitas plena diuitiis: sedet in tristicia dña gētiū. Nō est qui cōsoletur eā: nisi tu deus. ỽ. Plorans plorauit in nocte: ꝛ lachryme eius in maxillis eius. Non est. Gl̄ia. Non est. Lectio quarta.

Et manus hominis sub pennis eorum: in quatuor partibus. Et facies ꝛ pēnas p quatuor partes ha-

bebāt iunctecꝫ erāt pēne eorū alterius ad alterū. Nō reuertebātur cū incederēt: sed vnumquodcꝫ ante faciem suā gradiebatur. Similitudo aūt vultus eorū facies homis ⁊ facies leonis a dextris ipsorū quatuor. Hec di. ℟.4. Sup muros tuos ierusalē cōstitui custodes. Tota die et nocte non tacebūt laudare nomē dñi. ℣ Qui reminiscimini dñi ne taceatis: et ne detis silentiū ei. Tota. Facies aūt bouis a sinistris (ℓc.5. ipsorū quatuor: et facies aquile desuper ipsorū quatuor. Et facies eorū ⁊ penne eorū extēte desup. Due penne singulorū iungebātur et due tegebant corpora eorū: ⁊ vnūquodcꝫ eorꝫ coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiri9 illuc gradiebantur: nec reuertebantur cum ambularent. ℟.5. Muro tuo in expugnabili circuncinge nos dñe: et armis tue potentie ꝓtege nos sēper Libera dñe de9 isrℓ clamātes ad te ℣. Erue nos i mirabilib9 tuis: et da gloriam nomini tuo. Libera. ℓc.vi. Et similitudo animaliū ⁊ aspect9 eorꝫ quasi carbonū ignis ardētiū: ⁊ quasi aspect9 lampidarū. Hec erat visio discurrens in medio animalium splēdor ignis et de igne fulgur egrediēs. ℟.6 Sustinuim9 pacē et nō venit, q̄siuim9 bona et ecce turbatio, cognouim9 peccata nr̄a. Non in perpetuū obliuiscaris nos. ℣ Peccauimus cū patribus nostris iniuste egimus iniq̄tatē fecimus. Nō in Gl̄ia. Nō in per. ¶ In .iii. noc. ℟.7. Angustie mihi sūt vndicꝫ: ⁊ q̄d eligā ignoro. Meli9 est mihi icidere in man9 hominū, q̄ derelinquere legē dei mei. ℣. Si enim hoc egero mors mihi est: si autē nō egero: nō effugiā man9 vr̄as. Meli9 est. ℟.8. Laudabilis populus quē dñs exercituū bn̄dixit dicēs: opus manuū mearū tu es. Hereditas mea isrℓ. ℣. Beata gens cui9 est dñs deus eius: populus quē elegit i hereditatē sibi. Hereditas. ℟.9. ℓcℓ. Misit dominus āgelum suum: et conclusit ora leonū Et non me contaminauerunt quia corā eo iusticia iṅēta est i me. ℣. Misit deus misericordiā suā, et veritatē suā, animā meā eripuit de medio catulorū leonū. Et nō me. ℟.x Qui celorū contines thronū abissi intueris dñe rex regum montes ponderas: terrā palmo cōcludis. Exaudi nos de9 i gemitibus nr̄is. ℣ Non enī i iustificatiōibus nostris prosternimus preces ante faciem tuā: sed in miserationibus tuis multis. Exandi nos deus. Gloria. Exaudi nos

¶ Lectiones per ebdomadam.

ET animalia ibant et reuertebantur: in similitudinem fulguris chorusc̄atis. Cumcꝫ aspicerēt animalia: apparuit rota vna super terrā iuxta ea quatuor habens facies. Et aspectus rotaꝝ, ⁊ opus earū quasi visio maris: ⁊ vna similitudo ipsarū quatuor. Et aspectus earū ⁊ opera, quasi si sit rota in medio rote. Per quatuor partes earum euntes ibant: et non reuertebātur cum ambularent. Statura quocꝫ erat rotis et altitudo et horribilis aspectus et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsorum quattuor.

¶ Dñica.ii. Lectio.i. Ezechiel.i.



Umq; ambularēt aīalia ambulabāt pariter & rote iuxta ea. Et cū eleuarētur aīalia de t̄ra, eleuabātur simul & rote. Quocūq; ibat spūs illuc eūte spiritu & rote pariť eleuabātur sequentes eum. Spūs enim vite erat in rotis. Cū euntib⁹ ibant et cum stātibus stabant. Et cū eleuatis a terra pariter eleuabātur et rote sequentes ea: quia spiritus vite erat in rotis. Lectio secunda.

Et similitudo super capita aīaliū firmamēti quasi aspectus christalli horribilis et extēti super capita eorum desuper. Sub firmamento autem penne eorum recte alterius ad alterū. Unumquodq; duabus alis velabat corp⁹ suum: & alterum similiter velabatur. Lectio.iii.

Et audiebam sonum alarū quasi sonū aquarū multarū: quasi sonū sublimis dei. Cū ambularēt quasi sonus erat vt multitudinis sonus castrorū. Cūq; starent dimittebantur penne eorum. Nam cum fieret vox supra firmamētum quod erat super caput eorū stabant: & submittebant alas suas. Lectio quarta.

Et super firmamentū quod erat imminens capiti eorū quasi aspectus lapidis saphiri similitudo throni. Et super similitudinē throni similitudo quasi aspect⁹ hominis desuper. Et vidi quasi speciem electri velut aspectū ignis intrinsecus per circuitum eius a lumbis eius desuper. Lectio quinta.

Et a lūbis eius vsq; deorsum vidi quasi speciē ignis splēdentis in circuitu velut aspectū arcus cū fuerit in nube ī die pluuie. Hic erat aspect⁹ splēdoris per gyrū. Lec. vi. Eze.ii.

Hec visio similitudinis glorie dñi. In diebus illis. Factum est verbū dñi ad ezechielē prophetā dicens. Fili hominis. Ecce ego mitto te ad filios israel ad gētes apostatrices que recesserunt a me. Hec dicit. ¶ Lectio per ebdomadam.

Patres eorū preuaricati sunt pactum meum vsq; ad diem hāc, et filii dura facie & indomabili corde sunt ad quos ego mitto te: et dices ad eos. Hec dicit dñs de⁹. Si forte vel ipsi audiāt: et si forte quiescant quoniam domus exasperās est: et scient quia propheta fuerit in medio eorum. Tu ergo fili hominis ne timeas eos neq; metuas quoniam increduli et subuersores sūt tecum: et cū scorpionibus tu habitas. Tu ergo fili hominis audi quecūq; loquor ad te: et noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est. Hec.

¶ Dominica tertia. Lectio prima.

Aperi os tuum et comede oīa q̄ tibi do. Et vidi et ecce manus missa ad me: in qua erat inuolutus liber, et expandit illum coram me qui erat scriptus intus et foris: & scripte erant in eo lamētatiōes & carmē et ve. Lec.ii. Eze.iii.

Et dixit dominus ad me. Fili hominis quodcumq; inueneris comede. Comede volumen istud et vade loquere ad filios israel. Et aperui os meum: et cibauit me volumine illo. Lectio tertia.

Et dixit ad me: Fili hominis venter tuus comedet, et viscera cōplebuntur volumine quod ego do tibi. Et comedi volumē illud: et factū est in ore meo tanq̄ mel dulce. Lectio. 4.
Dixit autem dominus ad me. Fili hominis: vade ad domum israel: et loqueris verba mea ad eos. Nō enim ad populum profundi sermonis et ignote lingue tu mitteris ad domum israel quorum nō possis audire sermones. Lectio quinta.
Et si ad illos mittereris ipsi audirent te, Domus autem israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. Omnis quippe dom⁹ israel attrita fronte est: et duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum. Lec. vi.
Ut adamantem et ut silicem dedi faciem tuam. Ne timeas eos neq̄ metuas a facie eorum quia domus exasperās est: et dixit dominus ad me. Fili hominis omnes sermones meos quos loquor ad te: assume in corde tuo: et aurib⁹ tuis audi. Hec dicit. ¶ Lectio per ebdomadam
Et vade et ingredere trāsmigrationē ad filios populi mei et loqueris ad eos: et dices eis Hec dicit dn̄s deus. Si forte audiant et quiescāt: et assumpsit me spiritus et audiui post me vocē cōmotionis magne, benedicta gloria dn̄i de loco suo: et vocē alarū animaliū percutientiū altera ad alterā audiui, et vocē rotarū sequētium animalia, et vocem commotionis magne. Spiritus quoq̄ leuauit me et assumpsit me: et abii amarus in indignatione spiritus mei. Man⁹ enī dn̄i erat mecum confortans me. Et veni ad transmigrationē et ad aceruum nouarum frugum ad eos qui habitant iuxta fluuium chobar.
¶ Dn̄ica. iiii. Lectio. i. Ezechie. iii.
Et sedi vbi illi sedebāt et mansi ibi septē diebus merēs in medio eorum. Cum autem pertransissēt septē dies, factū est verbū dn̄i ad me dicens. Fili hominis speculatorem dedi te domui israel, et audies de ore meo verbum: et annunciabis eis ex me. Lectio. ii.
Si dicēte me ad impiū, morte morieris: et nō annūciaueris ei neq̄ locut⁹ fueris vt reuertatur a via sua impia et viuet, ipse impi⁹ in iniquitate sua morietur: sāguinē autem eius de manu tua requirā. Lec. iii.
Si autē tu annūciaueris impio, et ille nō fuerit cōuers⁹ ab impietate sua, ipse quidē in iniquitate sua morietur: tu autē animā tuam liberasti: sed si conuersus iustus a iusticia fuerit, et fecerit iniquitatē: ponam offendiculū coram eo. Lectio. iiii.
Ipse morietur quia non annunciasti ei. In peccato suo morietur: et nō erūt in memoria iusticie eius quas fecit. Sāguinem vero eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris iusto vt non peccet iustus: et ille non peccauerit viuens viuet quia annunciasti ei: et tu animam tuam liberasti. Lectio. v.
Et facta est super me manus dn̄i et dixit ad me. Ingredere et includere in medio domus tue. Et tu fili

hominis ecce data sunt sup te vincula: et ligabũt te in eis, et nõ egredieris in medio eorum. Lectio. vi.

Et linguam tuam adherere faciam palato tuo: & eris mut⁹ nec q̃na si vir obiurgans, quia domus exasperans est. Cum autem locut⁹ fuero tibi aperiam os tuũ: et dices ad eos. Hec dicit domin⁹ deus: qui audit audiat: & qui quiescit quiescat quia domus exasperans est.

Lectiones per ebdo. Ezechi. iiii

Et tu fili hominis. Sume tibi laterẽ et pones eũ corã te: et describes in eo ciuitatem hierusalem. Et ordinabis aduersus eam obsidionẽ et edificabis municiones. Et comportabis aggerem et dabis cõtra eam castra et pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sagittam ferream: pones eam in murum ferreũ inter te et inter ciuitatem. Et obfirmabis faciem tuã ad eam et erit in obsidionẽ et circundabis eam. Signũ est domui israel. Et tu dormies super latus tuũ sinistrum: et pones iniquitatem domus israel super eo numero dierũ quibus dormies sup illud, et assumes iniquitates eorũ.

Dnica. v. Lectio prima Eze. iiii.

EGo autem dedi tibi annos iniquitatis eorum numero dierũ trecentos et nonaginta dies, & portabis iniquitatem domus israel. Et cũ compleueris hec: dormies sup latus tuũ dexterũ secũdo, & assumes iniquitatẽ dom⁹ iude quadraginta diebus. Hec. Lc. ii.

Et tu sume tibi frumentum et ordeũ et fabam, et lentem, et miliũ, & viciam: et mittes ea in vas vnũ et facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus tuum trecentis nonaginta diebus comedes illud. Hec dicit. Lectio. iii.

Cibus aũt tuus quo vesceris erit in põdere viginti stateres in die. A tpe vsq; ad tẽpus comedes illud. Et aquã in mensura bibes sextam partem hin, a tpe vsq; ad temp⁹ bibes illud: et quasi subcinericiũ ordeaceum comedes illud. Hec. Lec. iiii.

Et factum est sermo dñi ad me dicens. Fili hominis pone faciẽ tuam ad mõtes israel: et prophetabis ad eos et dices. Montes israel audite verbum domini dei Hec dicit dominus deus montibus et collibus et vallibus. Hec dicit Lectio quinta

Ecce ego inducã sup vos gladiũ & disperdã excelsa vestra et demoliar aras vestras, et cõfringẽtur simulachra vestra: et deiciam interfectos vestros ante ydola vestra. Lec. vi.

Et dabo cadauera filiorũ israel ante faciẽ simulachrorũ vestrorũ et disperdã ossa vestra ãte aras vestras in oibus habitacioibus vestris. Urbes deserte erunt: et excelsa demolientur et dissipabũtur. Et interibũt are vestre et cõfringentur et cessabunt ydola vestra & cõterentur delubra vestra et delebũtur opera vestra. Lectio per ebdo. Eze. iiii.

ET cadet iterfectus in medio vestri: & scietis quia ego dñs. Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladiũ in gẽtib⁹ cũ dispersero vos in terra: et recordabunt mei liberati vestri i gentibus ad quas

captiui ducti sunt: quia contriui cor
eorū fornicans et recedens a me: et
oculos eorū fornicantes post ydola
sua. Et factus est sermo dñi ad me
dicens. Et tu fili hominis hec dicit
dñs deus terre israel. Finis venit:
venit finis super quattuor plagas
terre. Nunc finis super te: et emit-
tam furorem meum: et iudicabo te
iuxta vias tuas, et ponā contra te
omnes abominationes tuas. Reci

¶ Incipiūt expōes euange. dñica-
lm cū orōnibus et āñis. a do. prima
post trinita. vsqꝫ ad aduen. domini.

¶ Dñica pria post fes. scte tri. Oro

Deus in te sperantium fortitu-
do, adesto propicius inuoca-
tiōibus nostris: et quia sine te nihil
potest mortalis infirmitas, presta
auxilium gratie tue vt in exequen-
dis mandatis tuis et voluntate ti-
bi et actione placeamus. Per.

¶ Euāgelium Scdm Lucam. xvi.

In illo tpe. Dixit iesus disci-
pulis suis parabolā hanc. Ho
mo quidam erat diues et indueba-
tur purpura et bysso: et epulabatur
quotidie splendide. Et erat quidam
mendicus noie lazarus qui iacebat
ad ianuā eius vlceribus plen⁹. Et
reliqua. Omelia bti gre. Lc. vii.

Nōnulli putāt precepta veteris te
stamenti districtiora esse, q̄ noui.
Sed hi nimirū improuida cōsidera
tione fallunt. In illo enim nō tena-
cia: sed rapina mulctat. Ibi res in-
iuste sublata restitutiōe quadrupli
ci punitur. Hic autē diues iste nō ab
stulisse aliena reprehēditur: sed pro
pria non dedisse. nec dicitur quia vi
quempiam oppressit sed quia in ac-
ceptis rebus se extulit. Lectio. viii.

Hinc ergo summope colligē-
dū est qua pena mulctandus
sit qui aliena diripit: si inferni dāna
tione percutitur qui propria nō lar
gitur Nemo itaqꝫ securū se estimet
dicens. Ecce aliena nō rapio: sed cō
cessis licite rebus vtor. Quia diues
iste nō idcirco punit⁹ est q̄a aliena
abstulit: sed q̄a acceptis reb⁹ semet
ipsū malū dereliquit. Hoc quoqꝫ fuit
qđ hūc inferno tradidit: qr in sua fe
licitate timidus nō fuit, quia prece-
pta dona ad vsum arrogātie inste-
xit: q̄a viscera pietatis ignorauit q̄a
peccata sua redimere etiā cum sibi
abundaret preciū, noluit. Lectio. ix

Sunt non nulli qui cultū subtiliū
preciosarūqꝫ vestium non putāt
esse peccatum. Quod si videli-
cet peccatum non esset: nequāq̄ ser
mo dei tam vigilanter reprimeret,
q̄ diues qui torquet apud inferos,
abysso atqꝫ purpura indut⁹ fuisset:
nemo quippe vestimēta preciosa ni
si ad inanem gloriam querit: videli
cet vt honorabilior ceteris esse vi-
deat. Nam quia pro sola inani glo
ria vestimentum preciosius querit,
res ipsa testat q̄ nemo vult ibi pre
ciosis vestib⁹ indui, vbi ab aliis nō
possit videri. Quam culpam possu-
mus melius etiam ex diuerso colli-
gere, quia si abiectio vilis vestimēti
virtus non esset, euāgelista vigilā-
ter de iohāne nō diceret: erat indu-
tus pilis camelorum. aū Pat abra
hā miserere mei, et mitte lasarū vt i
tigat extremū digiti sui in aquā: vt

refrigeret linguā meā. Ps. Bñdict. Ad vel.añ. Fili recordare q2 recepisti bona in vita tua: & lazar⁹ similiter mala. Ps. Magñ. Dñica.ii. Oro

SAncti tui nominis domine timorem pariter et amorem fac nos habere perpetuum: q2 nunq̄ tua gubernatione destitues, quos in soliditate tue dilectiōis instituis. Per.

Secundum Lucam. xiiii.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hāc. Homo quidam fecit cenā magnā: & vocauit multos. Et re. Omelia beati Gregorii pape. Lectio. vii.

Quis iste homo est, nisi ille de quo per prophetam dicitur. Et homo est quis cognouit eum. Qui fecit cenā magnam: quia satietatem nobis interne dulcedinis preparauit. Qui vocat multos: sed pauci veniunt: q2 nonnunquam ipsi qui ei per fidem subiecti sunt: eterno eius conuiuio male viuendo contra dicunt. Misit autem seruū suum hora cene dicere inuitatis vt venirent. Quid hora cene nisi finis est mundi. In quo nimirum nos sumus sicut iam dudum paulus testatur dicēs. Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Tu autem. Lectio. viii.

SI ergo iā hora cene est cū vocamur: tāto minus debem⁹ excusari a conuiuio dei: quāto propinquasse iam cernimus finem seculi. Quo enim pēsamus quia nihil est quod restat: eo debemus pertimescere ne tempus gratie quod presto est pereat. Idcirco autem hoc conuiuiū dei non prandiū, sed cena vocatur: quia post prandium cena restat: post cenā vero, conuiuium nullum restat. Et quia eternum dei cōuiuiū nobis in extremo parabitur: rectum fuit vt hoc non prandium, sed cena vocaretur. Lectio nona.

SEd quis per hunc seruum qui a patre familias ad inuitandum mittitur nisi predicatorū ordo signatur. De quo videlicet ordine q̄uis adhuc indigni existim⁹: quāuis peccatorum pōderibus grauamur: et nos tamen in istis dieb⁹ sumus. Et cum de edificatione vestra aliq̄d vobis loquor: hoc est qđ ago. Seruus enim sūmi patris familias cū vos admoneo ad cōtemptum seculi, inuitare vos venio ad conuiuium dei. Nemo me propter me hoc in loco despiciat. Et si ad inuitandū nequaq̄ dignus appareo: sed tamen sūt delicie quas pmitto. añ. Homo q̄dam fecit cenā magnā & vocauit multos, & misit seruū suum hora cene dicere inuitatis vt venirēt: q2 oīa parata sūt. alle. p̄. Bñdic. Ad vs. ā. Exi cito ī plateas & vicos ciuitatis & pauperes ac debiles, cecos & claudos cōpelle itrare: vt ipleatur dom⁹ mea. alle. Ps. Mag. Dñic. iii. oro

DEprecationē nostrā quesum⁹ dñe benignus exaudi: et q̄bus supplicādi prestas affectum, tribue defensionis auxilium. Per dñm.

Secundum Lucam. xv.

IN illo tempore. Erāt appropiquātes ad iesum publicani et peccatores vt audirent illū. Et rel. Omelia bti gregorii pape. Lec. vii. Audistis in lectione euāgelica fra-

tres mei: quia peccatores et publicani accesserũt ad redẽptorem nostrum: et nõ solum ad loquendum, sed etiam ad conuescendum recepti sunt. Quod videntes pharisei dedignati sunt. Ex qua re colligite quia vera iusticia compassionem habet: falsa iusticia dedignationem: q̃uis et iusti soleãt recte peccatorib⁹ indignari. Sed aliud eũ quod agitur typo superbie: aliud quod agitur zelo discipline. Dedignãtur etenim: sed non dedignãtes. Despiciunt: sed non despicientes: persecutionẽ commouẽt: sed amantes. Quia et si foris increpationes exaggerant per disciplinã: tamẽ intus dulcedinem per caritatẽ seruãt. Lect. viii.

AT contra hi qui de falsa iusticia superbire solẽt ceteros quosque dispiciunt, nulla infirmantib⁹ misericordia condescendunt, et quo peccatores se esse non credũt eo deterius peccatores fiunt. De quorũ profecto numero pharisei extiterãt qui diiudicantes dominũ quod peccatores susciperet arenti corde ipsum fontem misericordie reprehendebant: sed quia egri erant: ita vt egros se esse nescirent: quatenus quod erant cognoscerent, celestis eos medicus blãdis fomentis curat. Benignum paradigma obiicit et in eorum cordibus vulneris tumorem premit. Ait namq;. Quis ex vobis homo qui habet cẽtum oues et si perdiderit vnam ex illis, nõne dimittit nonaginta nouem in deserto: et vadit ad illã que perierat donec inueniat illam. Tu. Lectio. ix.

ECce mira dispẽsatione pietatis similitudine veritas dedit: quã et in semetipso homo recognosceret, et tamẽ hec specialit̃ ad ipsũ auctorẽ oĩm pertineret. Qr enim cẽtenari⁹ numer⁹ est pfectus, ipse centũ oues habuit cum angelorũ substantiã et hominum creauit. Sed vna ouis tunc periit quando peccando homo pascua vite dereliquit. Dimisit autem nonaginta nouẽ in deserto: qr illos summos angelorũ choros reliquit in celo. Cur autem celum desertum vocatur, nisi quod desertũ dicitur derelictum. Tunc autẽ celũ homo deseruit cũ peccauit. Tu. añ. Quis ex vobis homo q̃ habet centũ oues et si perdiderit vnam ex illis: nõne dimittit nonaginta nouem in deserto et vadit ad illam que perierat, donec inueniat illam. alleluya. ps. Benedictus. Ad vespe. añ. Que mulier habens dragmas decem, et si perdiderit dragmã vnam, nõ ne accẽdit lucernã et euertit domum et querit diligent̃ donec inueniat. ps. Magñ. Dominica quarta. Oro.

PRotector in te sperantiũ deus sine quo nihil est validum: nihil sanctum: multiplica super nos miam tuã: vt te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia vt non amittamus eterna. Per do.

Secundum Lucam. vi.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Et reliqua. Sermo ex commen. vene. bede presbi. Lectio. vii. Misericors est dominus sup ingra-

tos et malos, vel multiplici scilicet sua misericordiaqua etiam iumēta saluat, temporalia bona largiendo vel ad celestia dona singulari grā, qua electos solum glorificat inspirando. Sed siue hoc siue illud, siue vtrūq intelligas, magna dei bonitate fit q̄ nobis imitāda preponitur: si filii dei esse volumus: Nolite iudicare et nō iudicabimini. Duo autem sunt in quib' temerariū iudiciū cauere debemus. Cū incertū est quo animo quid factū sit: vel cū incertū est qualis futurus sit: qui nunc vel bonus vel malus apparet. Lec. viii

Nolite condēnare: et non condēnabimini. Hoc loco nobis nihil aliud precipi estimo: nisi vt ea facta que dubiū est quo animo fiāt, in meliorē partem interpretemur. Quod enim scriptum est. Ex fructibus eorum cognoscetis eos: de manifestis dictū est que nō possunt bono animo fieri, sicut sunt stupra et blasphemie, vel furta, vel ebrietates: et si qua sunt similia, de quib' iudicare nobis permittitur. Dimittite: et dimittemini. Date: et dabitur vobis. Dimittere nos iniuriam, dare beneficia iubet, vt et nobis peccata dimittantur, et vita detur eterna. Qua sentētia breui sed eximia, cūcta que latissime de conuersando cum inimicis mandauerat, cōprehēdendo concludit. Tu. Lectio nona.

Mensuram bonam et confertam et coagitatam et superefluentem dabūt in sinū vestrum. Huic simile est quod alibi dicit, vt et ipsi recipiant vos in eterna tabernacula. Nō enim pauperes ipsi sed christus his mercedem: qui elemosynā fecere redditurus est. Quam tamen in sinū dare dicuntur, quia promerendi illis occasionē dedere: cum vel egentes misere vel improbe seuientes fortiores sunt, et tollerati patientiam et beneficio sustentati: et ad ipsam aliquotiens fidem dulci gratia prouocati. Eadē quippe mēsura qua mensi fueritis remetietur vobis. Potest hoc nō solum de elemosyna: sed de omnibus que mente, manu, lingua gerim' accipi. Tu autē. Yña. Estote ergo misericordes q̄a et pater vester misericors est dicit dn̄s. ps. Bn̄dict'. Ad vel. ān. Nolite iudicare vt nō iudicemini: in quo enī iudicio iudicaueritis iudicabimini dicit domin'. ps. Mag.

Dominica quinta. Oratio.

Da nobis domine quesum' vt et mundi curs' pacifice nobis tuo ordine dirigatur: et ecclesia tua trāquilla deuotiōe letetur. Per dominū nostrū iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. Secundum Lucam. vi.

In illo tempore. Cum turbe irruerunt ad iesum vt audirēt verbum dei: et ipse stabat sec' stagnū genesaret. Et reli.

Sermo et commentario venerabilis bede presbiteri. Lectio septima.

Stagnum siue mare: presens seculum designat. Domin' vero secus mare stat postq̄ vite labentis mortalitatē deuincēs, in ea qua passus est carne stabilitatē perpetue quietis adiit. Turbarum conuent' ad

eum gentiũ in fidẽ concurrentium typ⁹ est. Et vidit duas naues stãtes secus stagnũ. Due naues sec⁹ stagnũ posite circũcisionẽ & preputiũ figurant. Quas bene dñs vidisse phibet: qz in vtroqz populo nouit dñs q̃ sunt ei⁹: eorũqz cor a fluctib⁹ seculi hui⁹ ad future vite trãquillitatẽ quasi ad soliditatem littoris vidẽdo: hoc est misericorditer visitando prouehit. Lectio octaua.

PIscatores aũt descenderant et lauabãt retia sua. Piscatores sunt ecclesie doctores: qui nos rete fidei comprehensos: et de profundo ad lumẽ elatos quasi pisces littori: sic terre viuentium aduehunt. Quasi enim quedam retia piscantium sunt complexe predicãtium dictiones: que eos quos ceperint in fide non amittant vnde & retia quasi retinẽtia sũt vocata. Sed hec retia modo relaxantur in capturam modo lota plicantur: quia non omne tẽpus est habile doctrine: sed nunc exaranda lingua doctoris nũc suimet cura gerenda. Lect. non.

Ascendens autem in vnam nauim que erat symonis: rogauit eũ a terra reducere pusillum: & sedens docebat de nauicula turbas. Nauis symonis est ecclesia primitiua de qua docebat turbas: quia de auctoritate ecclesie vsqz hodie gẽtes ad celorũ regna inuitat. Ut cessauit aũt loqui, dixit ad symonem. Duc in altũ et laxate retia vestra in capturam. Quod primo rogauit symonem nauem a terra reducere pusillũ: significat vel temperate vtẽdum verbo ad turbas, vt nec terrena eis precipiantur, nec sic a terrenis in profũda sacramentorum recedatur vt ea penitus nõ intelligãt, vel prius in proximis regionibus gentiũ predicandum. Ut quod dixit item petro: duc in altum et laxate retia vestra in capturam: ad remotiores gẽtes quibus postea predicatum est pertineat: quid enim tã altũ q̃ altitudinem diuitiarum videre, scire dei filium et professionẽ diuine generationis assumere. Quam licet mens nõ queat humana plene rationis inuestigatione cõprehendere: fidei tamen plenitudo complectitur. Nam et si non licet scire quemadmodum natus sit: licet tamen scire q̃ natus sit. Seriem generationis ignoro: sed auctoritatẽ gñrationis agnosco. añ. Ascendens iesus in nauẽ et sedẽs docebat turbas. al. ps Bñdic. Ad ves. añ Preceptor per totã noctem laborantes nihil cepimus in verbo autẽ tuo laxabo rete. ps Magnificat. Dñica sexta Oratio.

DEus qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in omnibus et super omnia diligentes: promissiones tuas que omne desiderium superant cõsequamur. Per dñm nostrum. Per omnia secula seculorum. Amen.

Euangelium secundum matheum. v.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis

quia nisi abūdauerit iustitia vestra plusq̄ scribarum et phariseorū non intrabitis in regnū celorū. Et re.

Omelia excerpta ex diuersis tractatibus. Lectio septima.

Iustitia phariseorum est vt nō occidant. Justitia eorum qui intraturi sunt in regnum dei est vt nō irascantur. Minimum ergo est non occidere: et qui illud soluerit minim⁹ vocabitur in regno celorū. Qui autem illud impleuerit vt nō occidat non continuo magnus erit et aptus regno celorum: sed tamen ascēdit in aliquem gradū. Perficietur autem si nec irascitur. Quod si perfecerit: multo remotior erit ab homicidio. Quia propter qui docet vt nō irascamur non soluit legem vt non occidamus: sed implet potius vt et foris dum non occidimus: et intus dum non irascimur innocentiā custodiamus. Lectio octaua

Audistis quia dictū est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit reus erit iudicio. In lege enim iudicabatur: vt qui alium occidebat: et ipse occideretur. Ego autē dico vobis: id est ego nou⁹ homo vobis nouis noua loquor. Quia enim ōnis qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio. Uidendum est quātam inter sit iter iusticiam phariseorū et christianorum: que introducit in regnū celorum. Ibi enim occisio: reum facit iudicio. Hic autē ira reū facit nihilominus iudicio. Qui autē dixerit fratri suo racha: reus erit cōsilio. Racha enī grece: hebraice dicit̄ cenos: id est inanis et vacuus quē possum⁹ vulgata iniuria absq̄ cerebro nuncupare. Sed si de ocioso sermone reddituri sumus rationē: q̄to magis de cōtumelia. Lect. ix.

Signāter additur qui dixerit fratri suo racha. Frater enī nē nullus est nisi qui eundem nobiscum habet patrem. Cum ergo similiter credat i deū et christū dei nouerit sapientiā: qua ratione stultitie elogio denotari potest. Quid iterest autē inter reū iudicio q̄ reū cōsilio, et reum gehenne ignis. Nā hoc postremum grauissimū sonat et admonet gradus quosdā factos a leuioribus ad grauiora: donec ad gehennā ignis veniret. Et ideo si leuius est reum esse iudicio q̄ reum esse cōsilio. Itē si leui⁹ est reū esse cōsilio q̄ reū esse gehēne ignis: oportet vt leui⁹ esse itelligat̄ irasci fratri q̄ dicere racha Et rurs⁹ leui⁹ esse dicere racha, q̄ dicere fatue. Nō enim reatus ipse haberet gradus: nisi gradatim etiā peccata commemorarētur. Tu autem. ān Audistis quia dictū est antiquis non occides: qui autem occiderit reus erit iudicio. p̄. Bn̄dictus

Ad vesperas. ān. Si offers munus tuū ante altare et recordat⁹ fueris q̄a frat tuus habet aliquid aduersū te: relinque ibi munus tuū ante altare et vade prius reconsiliari fratri tuo: et tūc veniēs offeres munus tuū alleluya. ps Magnificat aīa.

Dominica septima. Oratio.

Deus virtutum cuius est totum quod est optimum: insere pectoribus nostris amorem tui nominis, et presta in nobis religio-

nis augmētum: vt q̄ sunt bona nutrias, ac pietatis studio q̄ sūt nutrita custodias. Per. Scōm mar. viii.

In illo tēpore. Cū turba multa esset cum iesu nec haberēt quod manducarent, conuocatis discipulis ait illis. Misereor sup turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducēt. Et reliqua. Sermo ex cōmentario venerabilis bede pbri. Lectio. vii.

In hac lectione cōsideranda est in vno eodēq; redēptore nostro distincta operatio diuinitatis et humanitatis, atq; error euticis, qui vnā tātum in christo operationē dogmatizare presumit, procul a christianis finibus expellendus. Quis enim nō videat hoc quod super turbam miseretur dn̄s: ne vel inedia vel vie longioris labore deficiat affectum esse et compassionem humane fragilitatis: Quod vero de septem panibus et pisciculis paucis quatuor milia hominum satiauit diuine opus esse virtutis. Mistice autem hoc miraculo designatur: q̄ viā presentis seculi aliter incolumes trāsire nequimus nisi nos gratia redēptoris nostro alimēto sui verbi reficiat. .viii.

Hoc vero typice inter hāc refectionem et illam quinq; panum ac duorum piscium distat: quod ibi littera veteris testamenti spirituali gratia plena esse signata est. Hic autē noui veritas ac gratia testamēti fidelibus ministranda mōstrata. Sane vtraq; refectio i monte celebrata est: vt aliorū euangelistarū narratio declarat: q̄a vtriusq; scriptura testamenti recte intellecta altitudinem in nobis celestium preceptorū mandat et premiorum. Utraq; altitudinem christi qui est mōs domus domini in vertice mōtium consona voce predicat. Qui enim edificatā super se ciuitatem siue domum domini id est ecclesiam i alta honorū extollit operum & cunctis manifestam gentibus exhibet, ipse hanc ab infimis delectationibus abstractā pane celi reficit, atq; ad appetitum superne suauitatis dato pignore cibi spiritualis accendit. Lectio nona

Misereor inquit super turbā quia ecce iā triduo sustinēt me: nec habent quod manducēt. Et si demisero eos ieiunos i domū suā deficient in via. Quare triduo turba dominū sustinuerit: matheus exponit plenius qui ait. Et ascēdēs in mōtē sedebat ibi. Et accesserūt ad eū turbe multe, habentes secū mutos, cecos, claudos, debiles & alios multos, et proiecerūt eos āte pedes eius: et curauit eos. Turba ergo dn̄m sanatione infirmorū suorū triduo sustinet: cū electi quiq; fide sācte trinitatis lucidi dn̄o pro suis suorūq; peccatis anime videlicet languoribus pseuerāti instantia supplicant. an.

Misereor sup turbā q̄a ecce iā triduo sustinent me nec habēt q̄ manducēt, & si demisero eos ieiunos, deficiēt in via alleluya. ps Bn̄dictus Ad vesper. an. Et accipiens iesus septem panes grās agens fregit & dedit discipulis suis vt apponerēt, & apposuerūt turbe, alleluya. ps. Magnificat. Dn̄ica octaua Ofo

DEus cuius prouidentia in sui dispositione nõ fallitur: te supplices exoramꝰ vt noxia cũcta submoueas: et õnia nobis profutura ꝯcedas. Per. Scdm matheum. vii

IN illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Lectio septima.

QUod paulo superius fratres carissimi dñs noster iesus christꝰ spaciosam et latã viam nominauit hoc nũc apertius falsos prophetas ostẽdit: per quos multi in perdicionem abominabilẽ abierunt. Qui primo ĩ iudea multi apparuerũt: et modo perfidia totum impleuerunt mundũ. Sed illi qui prius falsi prophete fuerunt: verissimos dñi prophetas vsqꝫ ad mortem persecuti sunt sicut hieremiã et micheam, aliosqꝫ multos. Isti aũt nũc falsi prophete et falsi christiani, qui sunt veraces christianos sine misericordia persequũtur et opprimunt aliquando si detur copia etiã gladiis sine intermissione aut suis prauis moribus et exemplis. Idcirco omnes preueniens dñs adhortatur dicens. Attẽdite a falsis prophetis. Lectio. viii

ATtendite diligentius: obseruate cautius vt nõ seducamini vt non circumueniamini, vt non fallamini. Attendite ergo hoc est cõsiderate: quia non sũt oues sed lupi in vestimento ouium. Qr non sunt religiosi sed irreligiosi in figura religiositatis. Quia nõ sunt christiani sed veritate vacui christianorum persecutores. Attẽdite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouiũ: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Ipsos ꝙ beatus paulus apostolus ad ephesios loquens designabat dicẽs. Scio enim qr post decessum meũ introibunt in vobis lupi graues: lupi rapaces. Lecti. ix

LUpi enim graues nominantur oẽs infideles heretici: qui grauiter sanctã ecclesiã opprimunt et ꝑsequuntur vel molestare frequẽtãt qui sine misericordia rapere et coarcertuare non desinunt. Aliquando pecunie irruunt aliene: aliquãdo in ipsos pecuniarum dominos. Multo magis satagunt animas rapere: ꝫ secũ miserabiliter deducere. Et vestimentũ ouium habere dicunt: eo ꝙ nomen habeant christianitatis, vel quia assimulant se ministris iusticie figuram religiositatis mentiẽtes. Per christianum itaqꝫ nomen multos seducere nitunt dulcibꝰ sermonibꝰ: multis scãdalũ inferentes. Isti sũt de q̃bus ait apostolꝰ: Per suos dulces sermones et blãdos seducũt corda innocentiũ. Sed ex fructibꝰ eorꝝ cognoscetis eos. Tu au. an. Attendite a falsis ꝓphetis qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouiũ: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces a fructibus eorũ cognoscetis eos. ps. Benedic. Ad vesperas. an Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorꝝ, sed qui facit volũtatẽ patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnũ celorꝝ. alia. ps. Mag. ¶ Dñica. ix. Oratio

Largire nobis dñe quesum⁹ semper spiritum cogitandi que recta sunt propici⁹ et agendi, vt qui sine te esse non possumus: secundum te viuere valeamus. Per dominum. Secundũ Lucam. xvi.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hãc. Homo quidam erat diues q̃ habebat villicum: et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbiteri. Lectio septima.

Ad clementiã nos dominus et saluator noster hortatur sub exemplo villici & debitoris dñi sui: vt si dimittimus debitorib⁹ nostris: dimittãtur et nobis debita nostra. Diues autẽ iste qui habebat villicũ, domin⁹ ipse est ies⁹ christus: cui⁹ villice id est dispẽsatores sũt õnes fideles i sãcta ecclesia. Exules enim et peregrini sum⁹ i hoc mundo: et hic non habem⁹ hereditatẽ. Sed que in presenti videmur habere: ad dispensãdũ nobis cõmissa sũt nõ ad possidendũ: nr̃ aũt municipat⁹: vt ait paulus in celis est. Lectio octaua.

In villico ergo isto quem domin⁹ su⁹ eiiciebat de villicatione: & laudauit eũ q̃a futuram sibi vitam prospexerit: nõ omnia debemus ad imitandum sumere. Nõ enim aut domino nostro faciẽda est in aliquo fraus: vt de ipsa fraude nos elemosynas posse facere speremus, aut eos q̃ nos recipiant in eterna tabernacula: idest sãctos angelos tanq̃ debitores esse domini dei nostri fas est intelligẽdũ cum fideles quiq̃ sicut diximus in sancta ecclesia significent in villico. Si ergo laudatur a dño villic⁹ q̃ fraudẽ faciebat: q̃to ampli⁹ placẽt dño deo qui scd̃m eius preceptum bona sua fideliter dispensant. Lectio. ix.

Qui ergo iuxta hui⁹ serui exẽplũ sedulo eiiciende villicationis: id est vltimũ tẽporis sui diẽ et rationis reddẽde tẽpus preuiderit: facile terrenorũ omniũ delectatione simul et dilectione nudatus, plus sibi de amicis cõquirẽdis in futuro, q̃ de diuitiis in presenti colligendis prospicere necessariũ ducit: quia ablata villicatione fodere non valemus, q̃a finita hac vita in qua laborare pro eterna debem⁹, ne quaq̃ postea bone cõuersationis fructũ licet inquirere. Sed illo tũc tẽpore mẽdicare cõfusio est, illo scilicet pessimo genere mẽdicandi quo ille virgines fatue que hic pro operib⁹ suis mercedem humane laudis percipiebant mendicasse referuntur. R. Dixit dñs villico: q̃d hoc audio de te redde rationẽ villicationis tue all. Vs. Bñdict⁹. Ad vesper. an. Quid faciam quia dñs meus aufert a me villicationẽ, fodere non valeo mendicare erubesco: scio quid faciã vt cũ amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos suas. Ps. Magni.

¶ Dominica. x. Oratio.

Pateant aures misericordie tue domine precibus supplicantiũ, et vt petentibus desiderata cõcedas, fac eos que tibi placita sũt postulare. Per dñm nostrum iesum xp̃m filiũ tuũ q̃ tecũ viuit et regnat

in unitate. &c. ¶ Secundum Lucam. xix.

In illo tẽpore. Cum appropinquaret iesus hierusalẽ: vidẽs ciuitatem fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses & tu. Et reli.

Omelia bti gregorii pape. Lec. vii.

Quod a flente dño illa hierosolimorũ subuersio describat̃, q̃ a vespasiano & tyto romanis pricipib⁹ facta est, nullus q̃ historiã euersionis eiusdẽ legit ignorat. Romani enim pricipes denunciãt̃ cũ dicitur: Quia venĩẽt dies i te: & circũdabũt te inimici tui vallo, & circũdabũt te & coangustabũt te vndiqꝫ, & ad terram psternẽt te & filios tuos qui i te sũt. Hoc quoqꝫ quod additur. Et nõ relinquẽt in te lapidẽ super lapidẽ: etiã ipsa eiusdem ciuitatis transmigratio testatur. Quia dum nunc in eodem loco cõstructa est: vbi extra portam crucifixus fuerat dñs prior illa hierusalem vt dicitur funditus est euersa. Tu autem. Lectio. viii.

Hierusalẽ ex qua culpa euersionis sue pena fuerit illata subiungitur. Eo q̄ non cognoueris tẽpus visitatiõis tue. Creator quippe oĩm per incarnationis sue mysteriũ hanc visitare dignatus est: Sed illa timoris et amoris illius recordata non est. Sed querendũ prius est quid sit quod dicitur. Vidẽs ciuitatẽ fleuit super illã dicens. Quia si cognouisses et tu. Fleuit etenim pius redẽptor ruinã perfide ciuitatis quã ipsa sibi nõ cognoscebat esse venturã. Cui a flente dño recte dicitur. Quia si cognouisses & tu: subaudi scilicet fleres: qui modo quia nescis qd imminet exultas. Unde et subditur. Et quidem in hac die tua: que ad pacẽ tibi. Cũ enim se carnis voluptatibus daret: & ventura mala non prospiceret: in die sua que ad pacẽ ei esse poterãt habebat. Lec. ix.

Cur vero p̃sentia bona ad pacẽ habuerit: manifestat̃ cum subditur. Nunc aũt abscõdita sunt ab oculis tuis. Si eñ a cordis eius oculis mala que imminebãt abscondita nõ essent: leta in p̃sentibus prosperis nõ fuisset. Cui⁹ mox etiã pena q̃ de romanis, sicut predixi, principib⁹ imminebat adiũcta est. Qua descripta quid dñs fecerit subditur quia ingressus tẽplum cepit eiicere vẽdentes et ementes de illo docẽs illis. Scriptũ est qz dom⁹ mea domus oratiõis est. Uos autẽ fecistis illã speluncã latronũ. Qui eñ narrauit mala vẽtura, et protinus tẽplũ ingressus est: vt de illo vedentes & emẽtes eiiceret, profecto innotuit, qz ruina populi maxime ex culpa sacerdotũ fuit. an. Cũ appropiquaret dominus hierusalem: vidẽs ciuitatẽ fleuit sup eam, & dixit: qz si cognouisses & tu: qz venient dies in te: et circumdabũt te, et coangustabũt te vndiqꝫ: et ad terrã psternent te, eo q̄ nõ cognoueris tẽp⁹ visitationis tue alla. ps. Bñdic. Ad vel. a Scriptũ est enim q̃a dom⁹ mea domus orationis est cunctis gẽtib⁹: vos autẽ fecistis illã speluncã latronum: & erat quotidie docens in tẽplo. ps. Magnificat. ¶ Dñica. xi. Oratio

Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et mi-

lerãdo manifestas: multiplica super nos gratiã tuã, vt ad tua promissa currentes, celestium bonorum facias esse consortes. Per dominum.

¶ Euangeliũ scdm Lucam. xviii.

In illo tempe. Dixit iesus ad quosdã qui in se cõfidebãt tã ꝙ iusti, et aspernabãtur ceteros parabolã istã: dicens. Duo homines ascenderũt in templũ vt orarẽt: vnus phariseus, et alter publicanus. Et reliqua. Sermo ex commenta. venera. bede pbri. Lec. vii

Quam parobolã dñs qua semper orare et non deficere docebat: ita cõcludit vt diceret, veniẽte iudice difficile in terra fidem reperiendã, ne quis sibi forte de superuacua fidei cogitatione, vel etiã cõfessione blãdiretur, mox altera iũcta parabola diligentib⁹ ostendit a deo fidei non verba examinãda sed opera. Inter que nimirũ opera maxime regnat humilitas. Publicanus humiliter orans, ad illa prefate vidue: hoc est ecclesie membra partinet de quib⁹ supra dicitur. Deus aũt non faciet vindictã electorũ suorũ clamãtium ad se. Pharise⁹ aũt merita iactãs ad ea de quibus terribilis in cõclusione sententia subdit. Verũtamẽ fili⁹ hoĩs veniens: putas inueniet fidem in terra. Tu aũt. Lectio. viii.

Phariseus stans hec apud se orabat. De⁹ gratias ago tibi: quia nõ sum sicut ceteri hominũ raptores, iniusti, adulteri, velut etiã hic publicanus. Quatuor sunt species quibus omnis tumor arrogãtium demõstrat. Cum bonum aut a semetipsis se habet existimãt: aut si sibi datũ desup credunt ꝓ suis se hoc accepisse meritis putãt: aut certe cum iactant se habere ꝙ nõ habẽt, aut despectis ceteris singulariter videri appetũt habere quod habent. Qua phariseus iste iactantie peste laborasse deprehẽditur, qui idcirco de tẽplo absq iustificatiõe descẽdit, quia bonorũ operũ merita sibi quasi singulariter tribuẽs orãti publicano se pretulit. Tu. Lec. ix.

Ieiuno bis isabbato: decimas do oĩm que possideo. Ezechiel propheta de ostẽsis sibi celi animalibus scribit. Et totũ corpus plenũ oculis in circuitu ipsorꝫ quatuor. Corpora quippe animalis idcirco plena oculis describũtur: quia sanctorũ actio ab omni parte circũspecta est, bona desiderabilit preuidẽs, mala solert cauens. Sed nos sepe dũ aliis rebus intẽdim⁹: fit vt alia negligam⁹. Et vbi negligim⁹: ibi ꝓculdubio oculũ nõ habem⁹. Nã ecce phariseus ad obtinendã abstinentiã ad impẽdendã miam: ad referẽdas deo grãs oculum habuerat: sed ad humilitatis custodiã non habebat. Et q̃d prodest quod cõtra hostiũ insidias pene tota ciuitas caute custodit: si vnũ foramen aptum relinquitur vnde ab hostib⁹ intretur. anti. Duo homines ascenderũt in tẽplum vt orarent, vn⁹ pharise⁹ et alter publican⁹, descẽdit hic iustificat⁹ in domũ suã ab illo. Alle. ps. Bñdictus. Ad ves. ãn. Stans a longe publicanus nolebat oculos ad celũ leuare, sed pcutiebat pectus suũ dicens

deus ppici9 esto mihi peccatori. Ps Magnificat. ¶ Dñica.xii. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: q̃ abundãtia pietatis tue et merita supplicum excedis et vota: effũde super nos miam tuã, vt dimittas que cõsciẽtia metuit, et adiicias qd orõ nõ presumit Per. Scdm marcũ. vii.

In illo tẽpore. Exiens iesus de finibus tyri venit per sydonem ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et reliq. Omelia venerabilis bede presbiteri. Lect. vii.

Surdus ille et mut9 quẽ mirabiliter curatũ a dño modo cũ euãgeliũ legeret audiuim9: genus humanũ designat i his q̃ ab errore diabolice deceptiõis diuina meretur gr̃a liberari. Obsurduit nãq homo ab audienda vite v̾ba: postq̃ mortifera serpẽtis v̾ba cõtra dñm tumidus audiuit. Mutus a laude cõditoris effectus est: ex quo cũ seductore colloquium habere presũpsit. Et merito clausit aures ab audiẽda inter angelos laude creatoris, quas ad audiẽdã eiusdẽ creatoris vituperationẽ sermonib9 hostis incautus aperuit. Merito clausit os ad predicãdã cũ angelis laudẽ creatoris: qd velut ad meliorandũ eiusdem opus creatoris: cibi vetiti preuaricatione superbus impleuit. Tu. Lectio. viii

Et heu miser generis humani defectus. Qd in radice viciosũ germinauit, viciosi9 multo dilatari cepit in ppagine ramorũ, ita vt veniẽte i carne dño exceptis paucis de iudea fidelibus totus pene mũdus ab agnicione et cõfessione veritatis surdus erraret et mut9. Sed vbi abũdauit peccatũ: supabundauit et gr̃a. Venit nãq dñs ad mare galilee vbi nouerat egrotare quẽ sanaret. Venit sua gr̃a pietatis ad tumẽtia turbida et istabilia gẽtiũ corda, in q̃bus nouerat esse qui ad suã gratiã ptineret. Et bene inter medios fines decapoleos ad mare galilee vbi egrotũ sãaret venisse phibet qr relicto ob perfidiã populo qui decalogi mandata acceperat exteras venit ad gentes: vt sicut iohannes ait, filios dei qui errant dispersi cõgregaret in vnum. Lectio nona.

Et adducũt iquit ei surdũ et mutũ: et deprecantur eũ vt iponat ei manũ. Quia ille surdus saluatorẽ agnoscere, mutus rogare nequibat: adducũt ei amici, et pro ei9 salute dño supplicãt. Sic nimirum sic spirituali necesse est curatiõe geratur: vt si quis humana industria ad auditũ confessionemq veritatis cõuerti nõ potest: diuine pietatis offerat aspectib9, atq ad sanãdũ eũ supne man9 flagitet auxiliũ. Nec tardat celestis mia medici si itẽta pcãtiũ nõ hesitat: nec deficit orõ. ãn Exiens ies9 de finibus tyri, venit p sydonẽ ad mare galilee iter medios fines decapoleos alleluya. Ps. Bñdict9. Ad vel. ã. Bñ õnia fecit: et surdos fecit audire et mutos loqui. Ps. Magnificat. ¶ Dñica. xiii. Oratio

Omñps et misericors deus de cuius munere venit, vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabilit̾ seruiatur: tribue nobis q̃sumus vt ad

ꝓmissiones tuas sine offensiōe cur=
ramus. Secundum Lucā.x.
IN illo tpe. Dixit ies⁹ discipu-
lis suis. Beati oculi qui vidēt
que vos videtis. Et reli. Sermo ex
cometā. vene. bede pbr̄i. l. vi.
Nō oculi scribarū neqꝫ phariseoꝝ
qui corpus dn̄i tātū videre: sed illi
beati oculi q̄ eius possunt cognosce
re sacramēta, de quib⁹ dicit. Et re=
uelasti ea peruulis. Beati oculi p-
uuloꝝ quib⁹ et se et patrē filius re
uelare diguatur. Dico aūt vobis ꝙ
multi prophete et reges voluerūt
videre que vos videtis, et non vi=
derunt: et audire que vos auditis,
et non audierunt. Lectio octaua
ABrahā vero exultauit vt vi=
deret diē xp̄i: vidit et gauis⁹
est. Esayas quoque et micheas et
multi alii ꝓphete viderūt gloriam
dn̄i: q̄ et ꝓpterea videntes sunt ap=
pellati. Sed hi oēs a lōge aspicien
tes et salutātes ⁊ per speculū i eni
gmate viderūt. Apl̄i autē in presen
tia habētes dn̄m conuescētesqꝫ ei: ⁊
q̄qꝫ voluissent iterrogādo discētes
nequaq̄ per āgelos ⁊ varias visio
nū species op⁹ habebāt doceri, quos
vero lucas multos prophetas et re
ges dicit matheus apertius ꝓphe=
tas et iustos appellat. Ipsi sunt re
ges magni q̄ tētacionū suarū mo-
tibus nō cōsētiēdo succūbere: sed re
gēdo preesse nouerūt. Tu. Lect.ix.
ET ecce quidā legisperit⁹ sur
rexit tētans eū: et dicēs. Ma
gister q̄d faciendo vitā eternā possi
debo? Legisperitus qui de vita eter
na dn̄m tentās interrogat, occasio=
nē vt reoꝝ tentandi de ipsis dn̄i ser
monibus sumpsit: vbi ait. Gaudete
autē ꝙ noīa vestra scripta sunt i ce
lis. Sed ipsa sua tētacione indicat
q̄ꝫ vera sit illa dn̄i confessio qua pa=
tri loquitur, ꝙ abscōdisti hec a sapi
ētibus et prudentib⁹, et reuelasti ea
paruulis. R. Homo q̄dā descēdebat
ab hierusalē i hierico ⁊ icidit in la=
trones q̄ etiā dispoliauerūt eū: ⁊ pla
gis ipositis abierūt sēiuiuo relicto.
ps. Bn̄dict⁹. Ad ves. an. Quis tibi
videt ꝓxim⁹ fuisse illi q̄ icidit in la
trones: et ait ille q̄ fecit miaꝫ in illo
vade ⁊ tu fac similit. alleluya. ps.
Magnifi. Dominica.xiiii. Oro.
OMnīps sempiterne deus: da no
bis fidei et spei ⁊ caritatis au
gmētū: et vt mereamur assequi q̄d
promittis, fac nos amare q̄d preci=
pis. Per dn̄m. Secūdū Lucā.xvii.
IN illo tpe. Dū iret iesus i hieru
salem trāsibat per mediā sama=
riā et galeliā. Et cū ingrederet q̄=
dā castellū: occurrerūt ei decē viri
leprosi. Et reliqua. Sermo ex com
mentario venera. bede pbr̄i. lec. vii.
LEprosi non absurde intelligi pos
sunt: qui scientiam vere fidei nō ha=
bentes varias doctrinas profiten=
tur erroris. Hi autē tā vitandi sūt
ecclesie vt si fieri potest longius re=
moti magno clamore interpellent.
Unde et aperte subiungitur. Qui
steterūt a lōge et leuauerūt vocē di
cētes Jesu pceptor miserere nostri
Et bene vt saluētur iesum p̄ceptorē
noiant. Quia eū in eius verbis se
errasse significāt hunc saluandi hu
militer preceptorē vocāt. Lec. viii.

Cumque ad cognitionem precep torís redeunt, mox ad formã salutis accurunt. Nã sequit. Quos vt vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus: et factũ est dũ irent mũdati sunt. Nullũ dñs eorũ quibus hec corporalia beneficia prestitit inuenit misisse ad sacerdotes: nisi leprosos. Quia videlicet sacerdotiũ iudeorũ figura erat futuri sacerdotii regalis, qd est in ecclesia quo consecrãtur omnes pertinentes ad corpus christi summi et veri principis sacerdotũ. Et quisquis vel heretica prauitate vel superstitione gentili, vel iudaica perfidia: vel etiã scismate fraterno quasi vario colore per christi grã caruerit, necesse est vt ad ecclesiã veniat, coloremque fidei verũ quem accepit ostendat. Lectio.ix.

Cetera vero vicina tanque valitudines et quasi morbos anime atque sẽluũ per se ipsum interius in conscientia et intellectu dominus sanat et corrigit. Unde autem vnus ex illis vt vidit quia mũdatus est, regressus est cũ magna voce magnificãs deũ. Et cecidit in faciẽ ante pedes eius gratias agens. Ille enim vere deo gratias agit: q repressis cogitationibus presumptionis sue: qua in semetipso infirmus se humiliter videt, qui nihil sibi virtutis tribuit, qui bona que egit esse de misericordia cõditoris cognoscit ã. Dũ ingrederet iesus quoddã castellũ: occurrerũt ei decem viri leprosi et steterũt a longe et leuauerũt vocẽ dicẽtes, iesu preceptor miserere nobis ps. Bñdictus. Ad vesperas. ã. Nonne decem mũdati sũt: et nouẽ vbi sunt nõ est iuẽtus q rediret et daret gl'iã deo, nisi hic alienigena: vade qa fides tua te saluũ fecit alleluya. ps. Magni. Dñica.xv.or.

Custodi quesumus dñe ecclesiam tuã propiciatiõe perpetua, et qa sine te labit humanã mortalitas: tuis semper auxiliis et abstrahat a noxiis: et ad salutaria dirigatur. Per. Scd'm matheu.vi.

In illo tpe Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dñis seruire. Et re. Sermo ex cõmẽta. venerabil, bede pbri. l.viii

Nemo potest duobus dñis seruire: quia nemo valet trãsitoria simul et eterna diligere. Si enĩ eternitatẽ diligimus: cũcta tẽporalia i vsu nõ in affectu possidemus. Aut enĩ vnũ odiet, et alterũ diliget: aut vni adherebit et alterũ cõtemnet. Hec verba diligẽter cõsideranda sunt. Nã q sint duo dñi, consequẽter exponet dicens. Non potestis deo seruire et mãmone. Audiat hoc auarus, audiat qui cẽsetur nomine christiano, nõ posse simul mammone, hoc est diuitiis christoque seruire. Lectio.viii

Et tamẽ nõ dixit q habet diuitias sed q seruit diuitiis. Qui enĩ diuitiarum seruus est, diuitias custodit vt seruus: Qui aũt seruitutis excussit iugum: distribuit eas vt dñs Sed q seruit mãmone, illi vtique seruit qui rebus istis terrenis merito sue peruersitatis prepositus, princeps huius seculi a dño dicitur. Ergo aut vnũ odiet et alterum diliget Ut fieri debet odiet scilicet dyabolum diliget deũ: aut vni adherebit

et alterū cōtēnet. Adherebit scilicet dyabolo cū quasi ei⁹ premia tpalia sectatur, cōtēnet aūt deū. Nō dixit odiet: sed sicut solēt minas ei⁹ pponere cupiditabus suis, qui de boni tate eius sibi iniquitatē blādiūtur. Quib⁹ per salomonē dicit. Fili ne adiicias peccatū sup peccatū: et dicas: Miseratio dei magna est. Lc.ix Ideo dico vobis. Nolite solliciti es se aīe vrē qd māducetis, aut corpori vrō qd induamini. Ergo quod oi bus natura tribuit et iumentis ac bestiis, hoib⁹ quoqz cōmune est: huius cura penitus nō liberamur: sed pcipitur nobis ne solliciti simus qd comedam⁹. Et qa in sudore vultus pparamus nobis panē: labor exercēd⁹ est, sollicitudo tollēda. Anima pl⁹ est q̄ esca: et corpus plus q̄ vestimentum. Admonet vt meminerimus multo āpli⁹ nobis deum dedisse q̄ non fecit et composuit ex aīa et corpore: q̄ est alimentū atqz tegu mētū. Ut intelligas eū qui dedit a nimā multo facili⁹ escas esse daturū. Similit enim qui corpus dedit multo facili⁹ daturū esse vestimētū Nolite solliciti esse dicētes quid mā ducabimus aut quid bibem⁹: scit enī pater vester celestis quid vobis ne cesse sit alt. ps. Bn̄dictus. Ad ves. an. Querite ergo primum regnum dei, et iusticiā eius: et hec oīa adiici ent vobis. alt a. ps. Magnificat.

Dominica.xvi Oratio.

Ecclesiam tuam dn̄e miseratio continuata mundet et muniat: et quia sine te nō potest salua consi stere, tuo semper munere guberne tur. Per. Secundum Lucam. vii.

In illo tpe. Ibat ies⁹ in ciui tatem q̄ vocat naym: et ibāt cum illo discipuli ei⁹, et tba copiosa. Cū autē appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebat filius vnic⁹ matris sue. Et re Ser. ex cōmē. ve. bede pbri. Lec. vii.

Defunctus hic qui extra portā ciuitatis multis est intuētibus elatus: significat hominē letali criminum funere soporatū: eandēqz insu per anime mortē non cordis adhuc cubili tegentē, sed ad multorū noticiā per locutionis operis ve indicium quasi per sue hostia ciuitatis propalantem. Qui bene filius vnicus matris sue fuisse perhibetur. Quia licet e multis collecta perso nis, vna sit perfecta et immaculata virgo mater ecclesia: singuli quiqz tamē fideliū vniuersalis se ecclesie filios rectissime fatētur. Nā et electus quilibet quando ad fidē imbui tur, fili⁹ est. Quando ad fidē alios imbuit: mater est. Lectio octaua.

Portam ciuitatis qua defūctus efferebatur: puto aliquē de sensibus esse corporis Qui enim seminat iter fratres discordias qui iniquitatē in excelso loquit, p oris portā extrahitur mortuus: qui viderit mulierē ad cōcupiscendā eam per oculorū portā sue mortis indicia profert. Qui fabulis ociosis obscenis ve carminib⁹, vel detractionibus aurē libenter aperit: hāc ani me sue portam mortis efficit. Cete rosqz qui non seruat sensus: mortis sibi ipsi reserat aditus. Lectio ix

Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cū illa. Viduā esse ecclesiā omnis anima q̄ spōse domini𝆺𝅥𝅯 sui se morte redēptā meminit agnoscit. Diuino autē nutu multa hominū turba viduā comitabatur: vt viso tāto miraculo multi testes multi fierent dn̄i laudatores. Quā cū vidisset ies9 misericordia motus super eam: dixit illi. Noli flere. Desiste inquit quasi mortuum flere, quē mox viuum resurgere videbis. Ubi mystice nouati dogma cōfunditur: q̄ de sua mūdicia supbe gloriatus humilē penitentiū mūdacionē euacuare conatur, verāq𝆺𝅥𝅯 matrē ecclesiā de natorū suorū spirituali extinctiōe plorātē spe vite redonāde negat cōsolari debere. āa. Ibat iesus in ciuitatē q̄ vocatur naym: et ecce defunctus efferebatur filius vnic9 matris sue. ps Bn̄dict9. Ad vesperas. ān Accepit autē ōnes timor, et magnificabant deū dicentes quia propheta magnus surrexit i nobis et quia deus visitauit plebē suā. ps Magn. ¶ Do.xvii. Oratio.

Tua nos q̄s gratia sēper et preueniat et sequatur: ac bonis operibus iugiter prestet essē intentos. Per. Scom. Lucam. xiiii.

In illo tpe. Cū intrasset ies9 in domo cuiusdā principis phariseorū sabbato māducare panē, et ipsi obseruabāt eū. Et ecce quidā homo hydropicus erat ante illum. Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbiteri. Lectio. vii.

Hydropis morb9 ab aquoso humore vocabulū trahit: grece enī aqua hydor vocatur. Est autē humor subcutaneus de vicio vesice natus cum inflatiōe turgēte et anhelitu fetido Proprium 𝆺𝅥𝅯 est hydropici q̄to magis abundat humoribus inordinatis: tanto amplius sitire. Et ideo recte comparatur ei quem fluxus carnalium voluptatum exuberās aggrauat. Comparatur diuiti auaro qui quāto est copiosior diuitiis quibus non bene vtitur: tanto ardētius talia concupiscit. Lectio. viii.

Et respōdēs iesus dixit ad legisperitos et phariseos. Licet sabbato curare? At illi tacuerunt Quod dicit respōdisse iesus: ad hoc respicit quod p̄missum est, et ipsi obseruabāt eū. Dn̄s eq𝆺𝅥𝅯 nouit cogitationes hoim. Sed merito interrogati tacēt: qui cōtra se dictū quicq̄d dixerint vident. Nā si licet sabbato curare: quare saluatorē an curet obseruāt. Si nō licet: quare ipsi sabbato pecora curant. Lectio nona.

Ipse vero apprehensum sanauit eū ac dimisit. Prouida dispēsatione dn̄s ante legisperitos et phariseos hydropicū curat: et mox cōtra auariciam disputat: vt videlicet per huius egritudinem corporis, in illis exprimeretur egritudo cordis. Deniq𝆺𝅥𝅯 post multa disputationis eius hortamenta subiunctū est. Audiebant autē hec omnia pharisei qui erant auari: et deridebant illum. Hydropicus quippe quo ampli9 biberet: amplius sitit. Et ōnis auarus sitim multiplicat qui cum ea que apetit adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius anhelat. āña

Dixit iesus ad legisperitos et pharíseos si licet sabbato curare: at illi tacuerũt: ipse vero apprehẽdens hydropicum sanauit eũ ac dimisit. ps. Bñdic. Ad vespe. añ. Cũ vocatus fueris ad nuptias recũbe i nouissimo loco: vt dicat tibi qui te iuitauit amice ascẽde superius: tunc erit tibi gl'ia corã simul discũbentibus. all'. ps Magñ. ¶ Dñica. xviii. Oratio

Da quesumus domine populo tuo dyabolica vitare contagia: et te solum deũ pura mente sectari. Per.

¶ Euãgeliũ scḋm matheum. xxii.

In illo tempore. Pharisei audientes q iesus silentiũ imposuisset saduceis: conuenerunt in vnũ. Et interrogauit iesum vnus ex eis legisdoctor tentans eum. Magister: quod est mandatũ magnum in lege: Et reliqua. Omelia beati iohannis episcopi. Lectio septima.

Conuenerũt vt multitudine vincerent quem ratione superare nõ poterãt. A veritate se esse nudos professi sunt: qui multitudine se armauerũt. Dicebãt enim apud se. Unus loquatur pro oibus: et oẽs loquamur per vnũ, vt siquidẽ vicerit, oẽs videamur victores. Si autem victus fuerit: vel solus videatur confus⁹. O pharisei qui oia propter homines cogitatis et facitis. Primũ quidẽ venientes cum vno: vincendi estis per vnum. Lectio. viii.

Tamen pone quia vno victo homine non intelligunt oẽs vos esse victos. Nunquid cõscientie vestre non sentiunt se esse confusas: Leuis enim est consolatio cũ quis in se ipso confusus est: quod ab aliis ignoratur. Magister, quod est mãdatum magnũ in lege: Magistrũ vocat cuius nõ vult esse discipulus nõ scire desiderãs sed tentãs. Simplicissimus iterrogator et malignissimus insidiator de magno mandato interrogat: qui nec minimum obseruat. Ille enim debet interrogare de maiori iusticia: qui minorem compleuit. Tu. Lectio nona

Dominus autem sic ei respondit vt interrogationis ei⁹ fictam conscientiam statim primo responso percuteret dicens. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mẽte tua. Hoc est magnum et primũ mandatũ. Maximũ autẽ et minimum mandatum dicimus quantum ad dignitatem mandatorũ nõ quantũ ad vtilitatẽ. Alioquin vtilitas omnium mandatorũ vna est: et omnia mandata que vnum vident esse mandatum, ita sibi coherẽt, vt alterum sine altero esse non possit. Tu autem. añ. Magister: quod est mãdatum magnum in lege: ait illi iesus: Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo alleluya. ps Bñdictus. Ad vesper. añ. Quid vobis videt de christo: cuius fili⁹ est: dicũt ei omnes, dauid: dicit iesus, quomodo dauid in spiritu vocat eũ dominũ dicẽs: dixit dominus domino meo sede a dextris meis. ps. Magnificat. ¶ Dominica. xix. Oratio.

Dirigat corda nr̃a q̃sumus dñe tue miserationis operatio: quia tibi sine te place

re non possumus. Per dñm nostrũ.

Secundum Matheum.ix.

In illo tempore. Ascendens iesus in nauiculam: trãsfretauit et venit in ciuitatem suam. Et re.

Omelia btĩ iohãnis episcopi. Lec.vii.

Creator rerũ orbis dñs posteaꝙ se ppter nos angustiauit in carne, cepit habere humanã patriã, cepit ciuitatis iudaice esse ciuis, parentes habere cepit, parẽtum oĩm ipse parẽs: vt inuitaret amor, attraheret caritas, vinceret affectio, suaderet humanitas, quos fugauerat dominatio, metus dispserat et fecerat vis potestatis extorres. Uenit in ciuitatẽ suã: et obtulerunt ei paraliticũ iacentem in lecto. Tu. Lect.viii.

Et vidẽs inquit iesus fidem illorum dixit paralytico. Confide fili. Dimittunt tibi peccata tua. Audit veniam et tacet paralyticus nec vllã repẽdit gratiã: q2 plus corporis quã anime tẽdebat ad curam et tẽporales erũnas resoluti corporis sic deflebat, vt eternas penas resolutionis anime nõ defleret: gratiorẽ sibi presentẽ vitam iudicans ꝙ futuram. Merito christus fidẽ offerentiũ respicit, et vecordiam despicit, sic iacentis vt fidei aliene suffragio paralytici animã ante curaretur ꝙ corpus. Tu au. Lectio.ix.

Respiciẽs inquit fidem illoꝝ. Cernitis in hoc loco fratres deum non querere insipientium voluntates, non expectare ignorantiũ fidem, non infirmi stulta desideria pscrutari: sed ad alteri9 fidẽ subuenire. Reuera fratres quãdo medic9 languẽtiũ querit aut respicit voluntates, cũ semp cõtraria desideret et requirat infirmus: hic est ꝙ nũc ferrũ, nunc ignẽ, nũc amara pocula ingerit, et opponit inuitis vt curã sani sẽtiant ꝙ sẽtire nõ poterãt egrotantes. an. Dixit dñs paralytico, cõfide fili remittunt tibi peccata tua. alle. ps Bñdict9. Ad vespe. an. Uidẽtes autẽ turbe timuerũt et glorificauerũt deum q̃ dedit potestatem talem hominibus. ps Magnificat.

Dñica.xx. post trinitatem. oro.

Omnipotens et misericors deus vniuersa nobis aduersantia, propiciatus exclude: vt mente et corpore pariter expediti, que tua sunt liberis mentibus exequamur. Per do.

Secundum matheum.xxii.

In illo tpe. Dicebat iesus turbis parabolam hanc. Simile factũ est regnum celorum homini regi: qui fecit nuptias filio suo. Et reli.

Omelia beati gregorii pape.lc.vii.

Plerunqꝫ in sancto euangelio per regnum celoꝝ presens ecclesia designatur. Congregatio iustorum regnum celorum dicitur. Quia enim per prophetam dominus dicit. Celum mihi sedes est. Et salomon ait. Anima iusti: sedes sapientie. Paulus etiam dicit, christum dei virtutem et dei sapientiam. Liquido colligere debemus: quia si deus sapiẽtia, anima autem iusti sedes est sapientie. Dum celũ dicitur sedes dei celũ ergo est anima iusti. Hinc per psalmistam de sanctis predicatoribus dicitur. Celi enarrant gloriã dei. Tu autem. Lectio octaua

Regnū ergo celorū ecclesia iustorū est: quia dum eorum corda in terra nil ambiūt per hoc quod ad superna suspirāt: iam in eis dn̄s quasi in celestibus regnat. Dicat ergo simile est regnū celorū homini regi qui fecit nuptias filio suo. Iā intelligit caritas vestra q̄s est rex regis filii pater? Ille nimirū cui psalmista ait. Deus iudiciū tuū regi da: et iustitiā tuā filio regis. Tu. Lect. ix.

Qui fecit nuptias filio suo. Tunc enim deus pater deo filio nuptias fecit: quādo hūc in vtero virginis humane nature cōiunxit. Quādo deū ante secula fieri voluit hoiem in fine seculorum. Sed q̄a ex duab⁹ personis solet fieri ista cōiūctio: absit hoc ab intellectib⁹ nostris vt personā dei et hominis salvatoris nostri iesu xp̄i ex duab⁹ personis credamus esse vnitā. Ex duabus quippe atque in duabus hūc naturis existere dicim⁹. Sed ex duab⁹ p̄sonis cōpositā credi: vt nephas vitemus. ꝗ. Dicite iuitatis ecce prādiū meū paui: venite ad nuptias alleluya. ꝟ. Bn̄dictus. Ad ves. an. Nuptie q̄dē parate sunt: sed qui inuitati erāt nō fuerūt digni, ite ergo ad exitus viarū, et quoscunque inueneritis vocate ad nuptias all'a. ꝟ. Magnificat. ¶ Dn̄ica.xxi. Oratio.

Largire q̄s dn̄e fidelibus tuis indulgētiā placatus et pacē vt pariter ab oībus mūdētur offensis: et secura tibi mēte deseruiāt Per. ¶ Secundum iohannem. iiii

In illo tp̄e. Erat q̄dā regul⁹ cuius fili⁹ īfirmabat̄ capharnaū. Hic cum audisset q̄a ies⁹ adueniret a iudea ī galileā, abiit ad eū et rogabat eū vt descenderet et sanaret filiū ei⁹. Incipiebat em̄ mori. Et rel. Om̄e. bti gregorii pape. Lect. vii.

Lectio sc̄ti euāgelii quā modo fratres audistis expositiōe nō indiget Sed ne hanc tacite preterisse videamur, exhortādo potius q̄ exponēdo in ea aliquid loquamur. Hoc autē nobis solūmodo de expositiōe videō esse requirendū. Cur is qui ad salutem petendam venerat audiuit nisi signa et prodigia videretis non creditis. Tu autem. Lectio. viii.

Qui enim salutem querebat filio p̄culdubio credebat. Neque em̄ ab illo q̄reret salutē, quē nō crederet saluatorē. Quare ergo dicitur. Nisi signa et p̄digia videretis nō creditis, cū ante crederet q̄ signū videret? Sed mementote q̄d petiit: et aperte cognoscetis quia ī fide dubitauit. Poposcit nāque vt descēderet et sanaret filiū eius. Lect. ix.

Corporalē ergo p̄sentiam dn̄i q̄rebat q̄ p spiritū nusq̄ deerat. Min⁹ itaque in eū credidit, quē nō putauit posse salutē dare: nisi presēs esset et corpore. Si em̄ perfecte credidisset p̄culdubio sciret q̄ non esset loc⁹ vbi nō esset de⁹. Ex magna ergo parte diffis⁹ est: quia virtutē nō dedit maiestati, sed presentie corporali. Tu. ꝗ. Erat quidā regulus cuius filius infirmabat̄ capharnaū, hic cū audisset quia iesus adueniret in galeliam, rogabat eū vt sanaret filiū ei⁹. ꝟ. Bn̄dictus. Ad vesperas An. Cognouit autē pater quia illa hora erat ī qua dixit iesus: filius tuus

viuit, ⁊ credidit ipse ⁊ dom⁹ eius to taps. Magni. Dñica.xxii. Oro.

Familiã tuam q̃s dñe continua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatibus te protegẽte sit libera: et in bonis actib⁹ tuo nomini sit deuota. Per. Scdm matheum.xviii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnum celorum homini regi: qui voluit rationem ponere cũ seruis suis. Et reliqua. Omelia beati augustini episcopi. Lectio.vii.

Ecce fratres res in aperto est admonitio vtilis valde et salubris. Obediẽtia debetur vt quod iussum est impleatur: q2 oĩs homo debitor est dei, et debitorem habet fratrem suũ. Quis est enim qui non sit debitor: nisi in quo nullum peccatum potest inueniri? Quis est autẽ qui nõ habeat debitorem fratrem: nisi ille in quem nemo peccauit? Putas ne quisq̃ in genere humano reperiri potest qui nõ et ipse aliquo peccato obstrictus sit fratri suo? Tu.R. viii.

Debitor est ergo oĩs homo habens tamen et ipse debitorem Ideo deus iustus constituit tibi regulam in debitore tuo: quod faciet et ipse cum suo. Duo sũt opera mie que nos liberant: que breuiter ipse dñs posuit in euãgelio. Dimittite ⁊ dimittetur vobis: date ⁊ dabitur vobis. Dimittite et dimittitur vobis: ad ignoscendũ pertinet. Date ⁊ dabitur vobis: ad prestandum beneficium pertinet. Lectio nona.

Quod ait de ignoscendo et tu vis tibi ignosci quod peccas ⁊ habes aliũ cui tu possis ignoscere Rursus qđ pertinet ad tribuendũ bñficium petit te medic⁹ ⁊ tu es dei medicus. Oẽs enim quãdo oram⁹: mendici dei sumus. Ante ianuã patris familias stam⁹, immo etiã prosternimur supplices: ingemiscimus aliqđ volentes accipere. Et ipsũ aliqđ ipse deus est. Quid a te accipit mendic⁹? Panẽ. Et tu qđ petis ab eo nisi christũ qui dicit. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. añ. Dixit aũt dñs seruo redde quod debes: procidẽs aũt seruus ille rogabat eũ dicẽs: patientiã habe in me, et oĩa reddam tibi. ps. Bñdict⁹. In vel.añ. Serue neq̃: omne debitũ dimisi tibi qm̃ rogasti me: nõne ergo oportuit te misereri cõserui tui sicut ⁊ ego tui misert⁹ sum. al. R. ps. Magnificat. Dominica.xxiii. Oratio.

Deus refugiũ nostrũ et virtus: adesto piis ecclesie tue precib⁹ auctor ipse pietatis: et presta vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per dominum nost.

Scdm matheum.xxii.

In illo tpe. Abeuntes pharisei concilium inierunt: vt caperent iesum in sermone. Et re. Omelia bti hieronymi presbiteri. Lectio.vii.

Querẽtes dñm cõprehẽdere principes sacerdotũ et scribe: timuerũt populũ. Atq3 ideo quod per se nõ poterant, presidis manib⁹ efficere tẽtabãt, vt ipsi a morte eius viderent immunes: ⁊ mittũt ei discipulos suos cũ herodianis. Tu. Lectio.viii.

Miserũt ergo discipulos suos quasi adhuc minus cognitos

et minus suspectos, vt aut abscondite facileqꝫ deciperent eũ, aut deprehensi minus erubescerent: apud eũ Nã concilio male deprehenso, tãto minus nascitur confusio, quãto fuerit persona deterior. Sed discipuli magistris suis minores etate erãt: malicia antẽ pares. Tu. Lectio.ix.

M Agister scim⁹ qꝛ verax es: ⁊ viã dei in veritate doces et non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum: Dic ergo nobis. Quid tibi videtur licet censum dari cesari an nõ? Magistrũ eũ vocant ⁊ veracẽ: vt quasi honoratus ⁊ laudatus mysterium sui cordis eis simpliciter aperiret: tãq̃ eos volens habere discipulos ãn. Magister scim⁹ qꝛ verax es et viã dei i veritate doces allelluya. Ps. Bñdict⁹. Ad vesper ãñ. Reddite ergo q̃ sũt cesaris cesari: ⁊ q̃ sunt dei deo. alleluya. Ps. Magnificat.

Dñica vigesimaquarta. Oratio

A Bsolue quesumus dñe tuorũ delicta populorum: ⁊ a peccatorum nexibus que pro nostra fragilitate contraximus: tua benignitate liberemur. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum. Qui.

Secundum Matheum.ix.

I N illo tpe. Loquẽte iesu ad turbas: ecce pĩceps vnus accessit ⁊ adorauit eũ dicẽs: Dñe filia mea modo defuncta est: sed veni impone manum tuã super eã, et viuet. Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbyteri. Lectio. vii.

P rinceps sinagoge nullus melius q̃ ipse moyses intelligit. Unde bene iairus, id est illuminans siue illuminat⁹ dicitur: quia qui accepit verba vite dare aliis: ⁊ per hec ceteros illuminat: et ipse a spiritu sctõ quo vitalia monita scribere, vel docere possit illuminatur. Tu autem domine miserere. Lectio octaua.

Q Ui iuxta euãgelium luce videns iesum, procidit ad pedes eius, quia in spiritu venturum in carne dominum viderat: humili corde se eius potentie subdidit quẽ ita circa finẽ seculi hominem incarnandũ esse cognouit vt eternum ãte omne seculum deũ existere nõ dubitaret. Sed caput christi deus, pedes eius quid apti⁹ q̃ assumpta humanitas qua terram nostre mortalitatis tetigit accipiẽdi sunt. Et procidere archisynagogũ ad pedes iesu est legislatorem cum tota progenie mediatorem dei et hominũ longe sibi dignitatis gloria preferẽdũ esse cognoscere et confiteri cũ apostolo: quia quod infirmũ est dei, fortius est hoibus. Tu. Lectio.ix.

F Ilia ergo archisynagogi ipsa est synagoga q̃ sola legali institutione composita, quasi vnica mossinata erat, et hec velut duodecimo etatis anno hoc est tempore pubertatis appropinquante moriebatur, quia nobiliter a pphetis educata, postq̃ ad intelligibiles ãnos peruenerat, postq̃ spiritualem deo sobolẽ generare deberet, subito languore erroris cõsternata, spiritualis vite vias ingredi desperabiliter omisit. Et si non a christo ei succurreretur in horrendam mortem per

omnem corruisset. Tu aut dne. an. Loquente iesu ad turbas: ecce princeps vnus accessit et adorauit eum dicens: domine filia mea modo defuncta est: sed veni impone manum tuam super eam et viuet alleluya. ps. Bndictus. Ad vesperas. an. Confide filia: fides tua te saluam fecit, et salua facta est mulier ex illa hora all'a. ps. Magnificat. ¶ Dominica vigesima quinta. Oratio

Excita quesumus dne tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructum ppensius exequetes, pietatis tue remedia maiora percipiant. Per dnm nostrum. ¶ Nota q proxima do. ante aduen quatuncunqz tempus breue fuerit: semper dicitur. Oratio. Excita quesumus do. cum expositione euangelii Cu subleuasset oculos. si de dnica fiat seruitium. Si vero de aliquo festo. ix. lec. fiat seruitiu: tuc ad memoria de dominica dicitur hec ane. Cum subleuasset oculos et an Illi hoies, cu hac oratioe. Excita qsum9. ¶ Secundum. Johanne. vi.

In illo tempore. Cum subleuasset oculos iesus: et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad philippu Unde ememus panes vt manducent hi. Et reliqua. Sermo ex commentario beati hieronimi.

Lectio septima.

Pascis in mote: verbu in alto. Proinde no quasi humiliter iacet: quod in mote factum est, non transeunt ptereundum est: sed suscipiendum. Turbas vidit: esurientes agnouit, misericorditer pauit: non solu pro veritate, veru etiam pro potestate. Quid enim sola prodesset bonitas, vbi no erat panis vnde turba esuriens pasceretur. Tu au. Lectio. viii.

Nisi bonitati adesset potestas ieiuna illa turba et esurientes remaneret. Deniqz et discipuli qui erant cu dno in fame: et ipsi turbas volebat pascere, vt no remanerent inanes: Sed vnde pascerent no habebant. Interrogauit dns vnde emerent panes ad turbas pascedas: vt ait scriptura. Hoc aut dicebat tentas eum discipulu scilicet philippu, que interrogauerat. Lectio. ix.

Ipse enim sciebat quid esset facturus. Cur ergo de bono tentabat: nisi quia ignorantiam discipuli demonstrabat. Et forte in demonstratione ignorantie discipuli aliqd significauit. Apparebit ergo cu ipsum sacramentu de quinqz panibus ceperit nobis loqui, et quid significet indicare. Tu. an. Cu subleuasset oculos iesus, et vidisset maximam multitudinem venientem ad se dixit ad philippum: vnde ememus panes vt manducent hi: hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset factur9. ps. Bndict9 Ad ves. an. Illi homines cum signum vidissent quod factum fuerat, glorificabant deum et dicebant quia hic est saluator mudi. ps. Magnificat.

¶ Pars estiualis de tempore breuiarii: ad vsu insignis ecclesie Sarum finit feliciter.

Psalterium dauidicum

ad verum Sarisburiensis ecclesie vsum: presbyteris omnibus per punctuationes ad limam distinctum, vtile atque accommodum.





¶ In dñicis dieb⁹ A dñe ne i ira usq ad .xl. Ad matutinas. Hymn⁹



Primo dierum omnium quo mundus extat conditu⁹: vel quo resurgens conditor, nos morte victa liberet.

Pulsis procul torporibus, surgamus oẽs ocius: ꝛ nocte queramus piũ, sicut prophetã nouimus.

Nostras p̃ces vt audiat, suamq; dextrã porrigat: vt expiatos sordibus, reddat polorum sedibus.

Ut quiq; sacratissimo, huius diei tempore: horis quietis psallimus, donis beatis muneret.

Iam nũc paterna claritas, te postulamus affatim: absit libido sordidans, omnisq; actus noxius.

Ne feda sit vel lubrica, cõpago nostri corporis: per quã auerni ignibus, ipsi crememur acrius.

Ob hoc redemptor q̃s, vt probra nr̃a diluas: vite perennis commoda, nobis benigne conferas.

Quo carnis actu exules, effecti ipsi celibes: vt prestolamur cernui, melos canamus glorie.

Gloria tibi dñe, qui natus. Et dr̃ in omni hymn. eiusdem metri, usq; ad pur. p̃ter in hym. Deus creator Post pur. vero dr̃. ℣ Presta pater A Deus oĩmpsq; ad aductũ, tã in do. q̃ in fer. dieb⁹. q̃n de do. vel fe. agit: dr̃ ad matu. seques Hymnus

Nocte surgentes vigilemus oẽs, semp in psalmis meditemur atq;, virib⁹ totis dño canamus, dulciter hymnos.

Ut pio regi pariter canẽtes, cum suis sctĩs mereamur aulã, ingredi celi simul ꝛ beatã, ducere vitã.

Prestet hoc nobis deitas beata, patris ac nati pariterq; sancti, spiritus, cuius roboat i omni, gloria mundo. Amen. Psalmus .i.



Beatus vir qui nõ abiit in cõcilio ipiorũ, ꝛ in via peccatorũ nõ stetit: ꝛ in cathedra pestilentie nõ sedit.

Sed in lege domini voluntas eius; ꝛ in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tanq̃ lignũ quod plantatũ est secus decursus aquaꝝ: quod fructũ suũ dabit in tempore suo.

Et folium eius nõ defluet: et oĩa quecunq; faciet prosperabuntur.

Non sic impii nõ sic: sed tanq̃ puluis quẽ proiicit vẽt⁹ a facie terre.

Ideo non resurgũt impii in iudicio: neq; pctõres in cõcilio iustorũ.

Quoniã nouit dñs viã iustorum, et iter impiorũ peribit Psalmus .ii

Quare fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania.

Astiterunt reges terre et principes conuenerunt in vnũ: aduersus dñm, ꝛ aduersus Christũ eius.

Dirumpamus vincula eorum: ꝛ proiiciamus a nobis iugũ ipsorũ.

Qui habitat i celis irridebit eos: et dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: et in

et in furore suo conturbabit eos.
Ego autem constitutus sum rex ab eo super syon montem sanctum eius: predicans preceptum eius.
Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.
Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & possessionem tuam terminos terre.
Reges eos in virga ferrea: & tanquam vas figuli confringes eos.
Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.
Servite domino in timore: et exultate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinam nequando irascatur dominus: & pereatis de via iusta.
Cum exarserit in brevi ira eius: beati oes qui cofidut in eo. Ps. iii.

Domine quid multiplicati sut qui tribulat me: multi insurgunt aduersum me.
Multi dicunt anime mee: non est salus ipsi in deo eius.
Tu aute dne susceptor meus es: gloria mea et exaltas caput meu.
Voce mea ad dnm clamaui: et exaudiuit me de monte sancto suo.
Ego dormiui et soporatus sum: et exsurrexi, quia dns suscepit me.
Non timebo milia populi circundatis me: exurge domine saluum me fac deus meus.
Quonia tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti.
Domini est salus: et super populum tuu benedictio tua. Non dicitur ad noct. iste ps. Psalmus. iiii.

Cum inuocarem exaudiuit me deus iustitie mee: in tribulatione dilatasti mihi.
Miserere mei: et exaudi orationem meam.
Filii hominu usquequo graui corde: ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium.
Et scitote quonia mirificauit dominus sanctu suum: dns exaudiet me cum clamauero ad eum.
Irascimini et nolite peccare que dicitis i cordibus vestris: & in cubilibus vestris compungimini.
Sacrificate sacrificium iustitie, et sperate in domino: multi dicunt quis ostendit nobis bona?
Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitia in corde meo.
A fructu frumenti vini et olei sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsu dormiam & requiescam.
Quoniam tu domine, singulariter in spe constituisti me. Non dicitur ad noct. iste ps. Psalmus. v.

Verba mea auribus percipe dne: intellige clamore meu.
Intede voci orationis mee: rex meus et deus meus.
Quonia ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi: & videbo quonia non deus volens iniquitate tu es.
Neque habitauit iuxta te malignus: neque permanebut iniusti ante oculos tuos.
Odisti oes qui operatur iniquitate: perdes oes qui loquuntur medaciu.

Urũ sanguinum ⁊ dolosũ abominabitur dñs: ego autem in multitudine misericordie tue.
Introibo in domũ tuã: adorabo ad templũ sctũ tuũ in timore tuo
Dñe deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorũ veritas, cor eorum vanum est.
Sepulchrum patẽs est guttur eorum, linguis suis dolose agebãt: iudica illos deus.
Decidãt a cogitationibus suis secundum multitudinem impietatũ eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.
Et letẽtur oẽs qui sperant i te: in eternũ exultabũt ⁊ habitabis in eis
Et gloriabunt in te oẽs qui diligũt nomẽ tuũ: qm̃ tu bñdices iusto
Domine vt scuto: bone voluntatis tue coronasti nos. Psalm⁹. vi.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.
Miserere mei domine quoniã infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo.
Conuertere dñe et eripe aiam meã saluũ me fac propter miam tuam.
Quoniã nõ est in morte q̃ memor sit tui: in iferno autẽ q̃s confitebitur tibi.
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meũ: lachrymis meis stratũ meũ rigabo.
Turbat⁹ est a furore ocul⁹ me⁹. inueteraui iter oẽs inimicos meos
Discedite a me oẽs qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit dñs deprecationẽ meam: dñs orationem meam suscepit.
Erubescant et cõturbentur vehementer oẽs inimici mei: cõuertãtur et erubescant valde velociter.
Glor. In oib⁹ dñicis dieb⁹ per aduen. vsq; ad nati. dñi. In. i. noc. ãn. Non auferetur sceptrũ de iuda et dux de femore eius, donec veniat qui mittẽdus est. In omnibus do. ab octa. epy. vsq; ad passionẽ dñi qñ de do. agitur. In. i. noc. aña. Seruite domino in timore. In omnib⁹ do. a. do. tri. vsq; ad aduẽ. dñi qñ de do. agit. In. i. noc. ãn. p fidei meritis vocitũ ẽ iure btũs legẽ q̃ dñi meditat nocte dieq;. Ps. 7

Domine deus me⁹ in te speraui saluum me fac: ex omnib⁹ persequẽtib⁹ me ⁊ libera me.
Nequando rapiat vt leo animam meam: dum non est qui redimat neq; qui saluum faciat.
Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis:
Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.
Persequatur inimicus aĩam meam et comprehendat ⁊ cõculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in puluerem deducat.
Exurge dñe in ira tua: ⁊ exaltare in finibus inimicorum meorum.
Et exurge dñe deus meus in precepto quod mandasti: et synagoga populorum circundabit te.
Et propter hanc in altum regredere.

re: dominus iudicat populos.
Iudica me dñe secundū iustitiam meā: & scdm innocētiā meā sup me
Cōsumet neq̄cia pctōꝝ & diriges iustū: scrutās corda & renes deus.
Iustū adiutorium meū a domino qui saluos facit rectos corde.
Deus iudex iust⁹ fortis & patiens nūquid irascet per singulos dies.
Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit et parauit illum.
Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturit iniusticiam concepit dolorē: et peperit iniquitatem.
Lacum apperuit et effodit eum: et incidit in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius in iquitas eius descendat.
Confitebor dño scdm iusticiā eius et psallā noī dñi altissimi. ps. viii.
Domine domin⁹ noster: q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra.
Quoniā eleuata est magnificentia tua: super celos.
Ex ore infantiū & lactentiū perfecisti laudē propter inimicos tuos: vt destruas inimicum et vltorem.
Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorū: lunam et stellas que tu fundasti.
Quid est homo q̄ memor es eius aut fili⁹ hominis qm̄ visitas eum.
Minuisti eū paulomin⁹ ab āgelis gloria & honore coronasti eū: & constituisti eū sup opera manuū tuarū
Omnia subiecisti sub pedibus ei⁹ oues et boues vniuersas: insuper et pecora campi.
Uolucres celi & pisces maris: qui perambulant semitas maris.
Dñe dñs noster q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. ps. x.
Confitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Letabor & exultabo in te: psallam nomini tuo altissime.
In cōuertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur et peribunt a facie tua.
Quoniam fecisti iudicium meum et causam meam: sedes super thronum qui iudicas iusticiam.
Increpasti gentes et periit impius: nomen eorum delesti in eternū et in seculum seculi.
Inimici defecerunt framee in finem: et ciuitates eorū destruxisti.
Periit memoria eoꝝ cum sonitu: et dominus in eternū permanet.
Parauit in iudicio thronum suū: et ipse iudicabit orbē terre in equitate, iudicabit populos in iusticia.
Et factus est dominus refugium pauperi: adiutor in oportunitatibus in tribulatione.
Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti querentes te domine.
Psallite dño qui habitat in siō: annunciate inter gentes studia eius
Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum.
Miserere mei domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.

Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filie sion.
Exultabo in salutari tuo: infixe sunt gentes in interitu quā fecerūt
In laqueo isto quē absconderunt comprehensus est pes eorum.
Cognoscetur dñs iudicia faciēs: in operibus manuū suarum comprehensus est peccator.
Conuertantur peccatores in infernū oēs gētes que obliuiscūtur deum.
Quoniam non in finē obliuio erit pauperis: pacientia pauperum nō peribit in finē.
Exurge dñe nō cōfortetur homo: iudicētur gentes in cōspectu tuo.
Constitue dñe legislatorē sup eos vt sciant gētes qm̄ homines sunt.
Ut quid dñe recessisti longe: despicis ī oportunitatib⁹ in tribulaciōe
Dum superbit impius incēditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.
Qm̄ laudatur peccator in desideriis aie sue: et iniquus bñdicitur.
Exacerbauit dñm peccator: secundū multitudinē ire sue nō queret.
Non est deus in conspectu eius: inquinate sunt vie illius in oī tēpore
Auferūtur iudicia tua a facie ei⁹: oīm inimicorum suorū dominabitur
Dixit enim in corde suo nō mouebor a gñatiōe ī gñationē sine malo
Cuius maledictione os plenū est: et amaritudine et dolo, sub ligua eius labor et dolor.
Sedet in insidiis cū diuitibus in occultis: vt interficiat innocētem.
Oculi eius in pauperem respiciūt insidiatur in abscōdito q̄si leo in spelunca sua.
Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dū adtrahit eum.
In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se ⁊ cadet cum dominatus fuerit pauperem.
Dixit eni ī corde suo oblit⁹ est deus auertit faciem suā ne videat in finē
Exurge dñe de⁹ et exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum
Propter quod irritauit impi⁹ deum dixit enim in corde suo nō requiret
Uides qm̄ tu laborē ⁊ dolorē cōsideras: vt tradas eos ī man⁹ tuas.
Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.
Contere brachium peccatoris et maligni: queritur peccatum illius et non inuenietur.
Dominus regnabit in eternum et in seculum seculi: peribitis gentes de terra illius.
Desiderium pauperum exaudiuit dominus: preparacionem cordis eorum audiuit auris tua.
Iudicare pupillo et humili: vt non apponat vltra magnificare se homo super terram. Psalmus .x.

In domino confido quomodo dicitis anime mee: transmigra in montem sicut passer.
Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerūt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.
Quoniam quē perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit.
Dominus in templo sancto suo: dominus in celo sedes eius.

Oculi ei⁹ in pauperē respiciūt:palpebre ei⁹ interrogāt filios hominū
Dominus interrogat iustum et impium:qui autem diligit iniquitatem odit animam suam.
Pluet super peccatores laqueos: ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum.
Quoniam iustus dn̄s ꝛ iusticias dilexit:equitatē vidit vultus eius.
Gloria pa. Per aduentū. an̄.
Erit ipse expectacio gentium:lauabitque vino stolam suam:et sanguine vue pallium suum.
Ab octa.epy.vsqꝫ ad passio. Dn̄i.ā.
Domine deus meus in te speraui Per estatē ān. Iuste deus iudex fortis patiensque benignus in te sperantes muni miserādo fideles.

Psalmus.xi.

Saluū me fac domine quoniā defecit sāct⁹:quoniā diminute sūt veritates a filiis hominum.
Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suū:labia dolosa in corde,et corde locuti sunt.
Disperdat dominus vniuersa labia dolosa et linguam vaniloquā
Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus labia nostra a nobis sunt:quis noster dominus est.
Propter miseriam inopū et gemitū pauperum:nunc exurgā dicit dn̄s.
Ponam in salutari:fiducialiter agam in eo.
Eloquia dn̄i eloquia casta argentum igne examinatum:probatum terre purgatum septuplum.
Tu dn̄e seruabis nos ꝛ custodies nos:a generatiōe hac in eternum.
In circuitu impii ambulabunt secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. ps.xii.

Usquequo domine obliuisceris me in finem: vsqꝫquo auertis faciem tuam a me
Quādiu ponā consilia in aīa mea: dolorem in corde meo per diem.
Usqꝫquo exaltabitur inimic⁹ meus super me:respice et exaudi me domine deus meus.
Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā ī morte:nequādo dicat inimicus me⁹ preualui aduersus eū.
Qui tribulāt me exultabunt si mot⁹ fuero:ego aūt ī mīa tua speraui.
Exultabit cor meū in salutari tuo cātabo dn̄o qui bona tribuit mihi: et psallam noī dn̄i altissimi. ps.xiii
Dixit insipiens in corde suo: nō est deus.
Corrupti sunt ꝛ abominabiles facti sūt ī studiis suis:non est q̄ faciat bonū nō est vsqꝫ ad vnum.
Dominus de celo ꝓspexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum.
Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt:nō est qui faciat bonum non est vsqꝫ ad vnum.
Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebāt: venenum aspidum sub labiis eorū.
Quorū os maledictione ꝛ amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundēdum sanguinem.
Contricio ꝛ infelicitas in viis eorum et viā pacis non cognouerūt: nō est timor dei ante oculos eorū.
Nonne cognoscēt omnes qui operantur iniquitatē:qui deuorāt plebem meam sicut escam panis.
Deum non inuocauerūt illic trepi

dauerũt timoꝛe vbi nõ erat timoꝛ.

Quoniã dñˀ in generatione iusta est: consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est.

Quis dabit ex sion salutare israel cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue, exultabit iacob ⁊ letabitur israel. Psalmus .xiiii.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo.

Qui ingreditur sine macula: et operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in coꝛde suo: qui non egit dolũ in lĩgua sua.

Nec fecit pꝛoximo suo malum: et oppꝛobꝛium nõ accepit aduersus pꝛoximos suos.

Ad nichilum deductus est in cõspectu eius malignus: timẽtes autem dominum gloꝛificat.

Qui iurat pꝛimo suo ⁊ nõ decipit: q̃ pecuniã suã nõ dedit ad vsuram et mũera sup̱ innocẽtes nõ accepit

Qui facit hec: non mouebitur in eternũ. Gloꝛia pri. Sicut erat. ⁊c.

Per aduentũ. añа Pulchꝛioꝛes sunt oculi eius vino, et dentes eius lacte candidioꝛes. ℣ Ex sion species decoꝛis eius. ℟. Deus noster manifeste veniet. Per octa epiphanii. vsq̧ ad passionẽ dñi. añа. Respice et exaudi me domine deus meus. Vers. Memoꝛ fui nocte nõis tui domine. Resp. Et custodiui legem tuam Per esta ãn Surge et in eternum serua munimĩe sacro custodique tuos astripotẽs famulos Vers. Memoꝛ fui nocte nõis tui domine.

Psalmus .xv.

Conserua me dñe qm̃ sperauí in te, dixi dño deˀ meˀ es tu: q̃m bonoꝛum meoꝛum non eges.

Sanctis qui sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicate sunt ĩfirmitates eoꝛum: postea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de sãguinibus: nec memoꝛ ero nominum eoꝛum per labia mea.

Dominus pars hereditatis mee et calicis mei: tu es qui restituis hereditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in pꝛeclaris: etenim hereditas mea pꝛeclara est mihi.

Benedicam dñm qui tribuit mihi intellectum: insuper et vsq̧ ad noctem increpuerunt me renes mei.

Pꝛouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniã a dextris est mihi ne commouear.

Pꝛopter hoc letatũ est coꝛ meum et exultauit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre coꝛruptionem.

Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo, delectationes ĩ dextera tua vsq̧ ĩ finẽ. Glori. Dñicis diebˀ p̱ aduentũ vsq̧ ad nat. dñi. In .ii. noc. ãn. Bethleem non es minima in pꝛincipibus iuda ex te enim exit dux qui regat populum meum Israel, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

Diebus do. ab oct. epi. vsq̧ ad passio. do. In .ii. noc. ã. Bonoꝛum meoꝛum non indiges, in te speraui cõserua me domine.

Dñicis diebˀ ab octa. trin. vsq̧ ad aduentum dñi. In .ii. nocc. ãn. Nature genitoꝛ conserua moꝛti redemptos, fac que tuo dignos seruitio famulos.

Psalmus .xvi.

Exaudi dñe iusticiam meam: intende deprecationē meam
Auribus percipe orationem meam: non in labiis dolosis.
De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videāt equitates
Probasti cor meum & visitasti nocte: igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas.
Ut non loquatur os meum opera hominū: propter verba labiorum tuorū ego custodiui vias duras.
Perfice gressus meos in semitis tuis vt nō moueātur vestigia mea.
Ego clamaui quoniam exaudisti me deus: inclina aurem tuam mihi et exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.
A resistentibus dextere tue: custodi me vt pupillam oculi.
Sub vmbra alarum tuarum protege me: a facie impiorum qui me afflixerunt.
Inimici mei animā meam circundederunt, adipem suum concluserunt: os eorum locutū est superbiam.
Proiicientes me nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.
Susceperunt me sicut leo paratus ad predam: et sicut catulus leonis habitans in abditis.
Exurge domine preueni eum et supplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuā ab inimicis manus tue.
Domine a paucis de terra diuide eos in vita eorū: de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.
Saturati sunt filiis: et demiserūt reliquias suas paruulis suis.
Ego autem in iusticia apparebo in conspectu tuo: satiabor cūm apparuerit gloria tua.
Gloria patri et filio: et spūi sancto
Sicut erat in. Per aduentum. añ.
Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuell.
Post oct. epiphanie vsq; ad passio. dñi. aña.
Inclina domine aurem tuā mihi, et exaudi verba mea.
Per estatem. aña.
Pectora nostra tibi tu cōditor orbis adure igne pio purgans atque cremando probans.
Psalmus. xvii.
Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamētum meum et refugium meum et liberator meus.
Deus meus adiutor meus: & sperabo in eum.
Protector meus et, cornu salutis mee: et susceptor meus.
Laudans inuocabo dominum: et ab inimicis meis saluus ero.
Circundederunt me dolores mortis: et torrentes iniquitatis conturbauerunt me.
Dolores iferni circundederūt me, preoccupauerūt me laquei mortis
In tribulatione mea inuocaui dominum: & ad deum meum clamaui
Et exaudiuit de templo sācto suo vocē meā: et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius
Commota est et contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt: et commota sunt, quoniam iratus est eis.

Ascendit fum⁹ in ira eius: ⁊ ignis a facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.
Inclinauit celos et descēdit: et caligo sub pedibus eius.
Et ascēdit super cherubin ⁊ uolauit: uolauit super pēnas uētorum.
Et posuit tenebras latibulū suū i circuitu eius: tabernaclū eius tenebrosa aqua in nubibus aeris.
Pre fulgore in conspectu eius nubes transierunt: grando et carbones ignis.
Et intonuit de celo dominus ⁊ altissimus dedit uocem suam: grando et carbones ignis.
Et misit sagittas suas et dissipauit eos: fulgura multiplicauit et conturbauit eos.
Et apparuerūt fontes aquarum: et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.
Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus ire tue.
Misit de somno et accepit me: et assumpsit me de aquis multis.
Eripuit me de inimicis meis fortissimis et ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.
Preuenerunt me in die afflictionis mee: et factus est dominus protector meus.
Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit quoniam uoluit me.
Et retribuet mihi dominus secundum iusticiam meam: et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.
Quia custodiui uias domini: nec impie gessi a deo meo.
Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: et iusticias eius nō repuli a me.
Et ero immaculatus cum eo: et obseruabo me ab iniquitate mea.
Et retribuet mihi dominus secundum iusticiam meam: et secundum puritatem manuum mearū in conspectu oculorum eius.
Cum sancto sanctus eris: et cum uiro innocente innocens eris.
Et cum electo electus eris: et cum peruerso peruerteris.
Quoniam tu populum humilem saluum facies: et oculos superborum humiliabis.
Quoniam tu illuminas lucernam meam domine: deus meus illumina tenebras meas.
Quoniam in te eripiar a tentacīōe, et in deo meo transgrediar murū.
Deus meus impolluta uia eius: eloq̄a dñi igne examinata, ꝓtector est omniū sperantium in se.
Quoniā quis deus preter dñm: aut quis deus preter deū nostrū.
Deus qui precinxit me uirtute: et posuit immaculatam uiā meam.
Qui pficit pedes meos tanq̄ ceruorū: ⁊ super excelsa statuens me.
Qui docet manus meas ad prelium: et posuisti ut arcum ereum brachia mea.
Et dedisti mihi protectionē salutis tue: et dextera tua suscepit me.
Et disciplina tua correxit me in finē: ⁊ disciplina tua ipsa me docebit
Dilatasti gressus meos subt⁹ me: et nō sunt infirmata uestigia mea.
Persequar inimicos meos ⁊ com

pꝛehendam illos: et non conuertar donec deficiant.

Confringā illum nec poterūt stare: cadent subtus pedes meos.

Et pꝛecinxisti me virtute ad bellum: et supplantasti insurgentes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi doꝛsum: ⁊ odientes me disperdidisti.

Clamauerunt nec erat qui saluos faceret: ad dominum nec exaudiuit eos.

Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.

Eripiens me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium.

Populus quem non cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Filii alieni mentiti sunt mihi: filii alieni inueterati sunt, et claudicauerunt a semitis suis.

Viuit dn̄s ⁊ benedictus deus meus: et exaltetur deus salutis mee.

Deus qui das vindictas mihi: et subdis populos sub me, liberatoꝛ meus de inimicis meis iracundis.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.

Pꝛopterea cōfiteboꝛ tibi in nationibus domine: et nomini tuo psalmum dicam.

Magnificās salutem regis eius, et faciēs misericoꝛdiā chꝛisto suo dauid: ⁊ semini eius vsque in seculū.

Gloꝛia patri. Sicut erat. ⁊c.

Per aduētu. ān. Oꝛietur in diebus eius iusticia et abundantia pacis, et adoꝛabunt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei. Versi. Egredietur virga de radice iesse. Et flos de radice eius ascendet.

Post octauas Epyphanie vsque ad passionem domini. ān.

Dominus firmamentum meum et refugium meum. Ver. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Res. Super iudicia iustificationis tue.

Per estatem. an.

Tu populum humilem saluasti ab hoste redemptoꝛ atque superba tuo colla pꝛemis iaculo. Ver. Media nocte.

Psalmus. xviii

Celi enarrāt gloꝛiam dei: et opera manuum eius, annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: ⁊ nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquele neq; sermones quoꝝ nō audiātur voces eoꝛum.

In oēm terrā exiuit sonus eoꝝ: et in fines oꝛbis terre verba eoꝛum.

In sole posuit tabernaculum suū: et ipse tanq̄ sponsus pꝛocedens de thalamo suo.

Exultauit vt gygas ad currendā viam: a summo celo egressio eius.

Et occursus eius vsq; ad summū eius: nec est qui se abscondat a caloꝛe eius.

Lex domini immaculata conuertens animas: testimoniū dn̄i fidele sapientiam pꝛestans paruulis.

Iusticie domini recte letificantes coꝛda: pꝛeceptum domini lucidum illuminans oculos.

Timoꝛ dn̄i sanctus permanet in seculum seculi: iudicia domini vera iustificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pꝛeciosum multum: et dulcioꝛa super mel et fauum.

Etenim seruus tuus custodit ea in custodiēdis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me: et ab alienis parce seruo tuo.
Si mei non fuerint dominati tūc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo.
Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.
Domine adiutor meus et redemptor meus.
Gloria patri et filio: et spūi sancto.
Sicut erat in. Dñicis diebus per aduētum vsq ad natiuitatem dñi. In .iii. noct. aña. Nox recessit dies autem appropinquauit: abiiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis.
Dñicis diebus ab octa. epyphanie vsque ad passionē dñi qñ de dominica agitur. In .iii. noct. aña. Preceptum domini lucidum illuminans oculos
Dñicis dieb⁹ per esta. qñ de do. agit vsq ad aduētū. In .iii. no. añ. Sponsus vt e thalamo processit christus in orbē descēdens celo iure salutifero. ps. xix.

Exaudiat te dominus in die tribulatiōis: protegat te nomen dei iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: et de sion tueatur te.
Memor sit omnis sacrificii tui: et holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundū cor tuum: et omne consilium tuum confirmet.
Letabimur in salutari tuo: et in nomie dei nostri magnificabimur
Impleat dñs omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus christū suum.
Exaudiat illū de celo sancto suo: in potētatibus salus dextere eius.
Hi in curribus et hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus.
Ipsi obligati sunt et ceciderunt: nos autē surreximꝰ et erecti sumꝰ
Dñe saluum fac regem: et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.
Gloria patri. Per aduentum. añ Hora est iam nos de somno surgere: et aperti sūt oculi nostri surgere ad christū: quia lux vera est fulgens in celis. Ab oct. epiphanie vsq ad passionem domini añ. Impleat dominus omnes petitiones tuas. Per estatem aña. Auxilium nobis saluator mitte salutis, et tribuas vitā tēpore perpetuo

Psalmus. xx.

Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer.
Desiderium cordis eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius nō fraudasti eum.
Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.
Vitā petiit a te et tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum et in seculum seculi.
Magna gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impones super eum.
Quoniā dabis eum in benedictione in seculū seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
Quoniā rex sperat in domino: et in mia altissimi nō commouebitur

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.
Pones eos vt clibanũ ignis in tẽpore vultus tui: dñs i ira sua conturbabit eos, et deuorabit eos ignis.
Fructum eorũ de terra perdes: et semen eorum a filiis hominum.
Quoniam declinauerũt in te mala: cogitauerunt consilia que non potuerunt stabilire.
Quoniã pones eos dorsum: in reliquiis tuis pparabis vultũ eorũ.
Exaltare dñe i virtute tua: cantabimus et psallemus virtutes tuas. Gloria. Peradue. aña. Gaudete in domino semper, modestia vestra nota sit omnibus hominibus, dominus prope est nihil solliciti sitis, sed in omni oratione petitiones vestre innotescant apud deũ. V. Egredietur dominus de loco sancto suo. R. Veniet vt saluet populum suum. Nõ dicat vlterius. Ab oct. epy. vsq; ad passio. dñi. aña. Domine i virtute tua. R. Cantabimus et psallemus virtutes tuas. Per esta. añ. Rex sine fine manẽs miseris tu parce ruinis, premia concedens et tua cũcta gerens. V. Exaltare. Cãticũ Ambrosii et Aug.



Te deũ laudamus: te dominum confitemur.
Te eternum patrem: omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli: tibi celi et vniuerse potestates.
Tibi cherubin et seraphin: incessabili voce proclamant.
Sanctus. Sanctus. Sanctus.
Dominus deus sabaoth.
Pleni sunt celi et terra: maiestatis glorie tue.
Te gloriosus: apostolorũ chorus.
Te prophetarum laudabilis numerus.
Te martirum candidatus: laudat exercitus.
Te per orbem terrarũ: sancta cõfitetur ecclesia.
Patrem immense maiestatis.
Venerandum tuũ verũ: et vnicũ filium.
Sanctũ quoq; paraclitũ spiritũ.
Tu rex glorie Christe.
Tu patris sempiternus es filius.
Tu ad liberãdũ suscepturus hominẽ: nõ horruisti virginis vterũ.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna celorum.
Tu ad dexteram dei sedes: in gloria patris.
Iudex crederis: esse venturus.
Te ergo quesumus famulis tuis subueni: quos pcioso sanguine redemisti.
Eterna fac: cũ sanctis tuis i gloria numerari.
Saluum fac populum tuum domine: et benedic hereditati tue.
Et rege eos: et extolle illos vsq; in eternum.
Per singulos dies benedicim⁹ te.
Et laudamus nomen tuum in seculum: et in seculum seculi.
Dignare domine die isto: sine peccato nos custodire.
Miserere nrĩ dñe: miserere nrĩ.
Fiat misericordia tua dñe super nos: quẽadmodũ sperauimus i te.
In te domine speraui: nõ confundar ieternũ. V. Excels⁹ sup oẽs gentes dñs. R. Et sup celos gloria ei⁹

D eus

1 Deus in ad. ¶ In lau. an Regnauit dominus precinctus fortitudine cũ decore virtutũ: cuius ſedes eſt in eternũ. ps. Dñs
2 regñ. añ. Clamus oẽs quia dominus ipſe eſt deus cui iubilemus et exaltemus ⁊ laudemus nomen eius in eternum. ps. Jubila.
3 aña Benedicã te in vita mea: vt videã virtutem tuam ⁊ gloriã tuam. ps. Deus deus
meus. aña Omnis creatura celi et terre
4 benedicat dominum: hymnum dicat et superex-
5 altet eum in ſecula. ps. Benedicite. aña Spiritus omnis laudet dominũ quia ipſe dixit et facta ſunt oia: mãdauit et creata ſũt vniuerſa. P. Laudate dñm de celis. He predicte ãe. ſemp in laud. dicantur do. diebus qñ inchoatur aliqua noua hyſtoria: cũ pleno ſeruitio: et quando vltimo fit ſeruicium de dñica ante. lxx. vel ante aduentum: mediis vero dominicis dicitur hec ſola aña Regnauit. Pſalmus. xcii.



Dominus regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt dñs fortitudinem et precinxit ſe.
Etenim firmauit orbẽ terre: qui non commouebitur.
Parata ſedes tua extunc: a ſeculo tu es.
Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem ſuam.
Eleuauerũt flumina fluctus ſuos: a vocibus aquarum multarũ.
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.
Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domũ tuã decet ſanctitudo domine in longitudinem dierum. Gloria patri. Pſalmus. xcix.
Jubilate deo omnis terra: ſeruite domino in letitia.
Introite in conſpectu eius: in exultatione.
Scitote quoniam dñs ipſe eſt deus: ipſe fecit nos et non ipſi nos.
Populus eius ⁊ oues paſcue eius introite portas eius in cõfeſſione: atria eius i hymnis cõfitemini illi.
Laudate nomen eius quoniã ſuauis eſt dñs in eternũ miſericordia eius: ⁊ vſq; in generatione et generationẽ veritas eius. Glo. ps. lxii.
Deus deus meus ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: q̃ multipliciter tibi caro mea.
In terra deſerta inuia et inaquoſa ſic in ſancto apparui tibi: vt viderẽ virtutem tuam et gloriam tuã.
Quoniam melior eſt miſericordia tua ſup vitas, labia mea laudabũt te.
Sic benedicã te in vita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur anima mea: et labiis exultationis laudabit os meum.
Sic memor fui tui ſuper ſtratum meum: in matutinis meditabor in te. quia fuiſti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo: adheſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua.
Ipſi vero in uanum queſierũt animam meam introibunt in inferiora terre, tradentur in manus gladii partes vulpium erunt.
Rex vero letabitur in deo, laudabũtur oẽs ⁊ iurãt i eo: quia obſtructũ eſt os loquentiũ iniqua. ps. lxvi.
Deus miſereatur noſtri: et benedicat nobis: illuminet vultũ ſuum

suum super nos: et misereatur nostri.

Et cognoscamus in terra viã tuam: in oĩbus gẽtibus salutare tuũ

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus cõfiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos deus deus noster bñdicat nos deus: et metuant eum omnes fines terre. Gloria patri.

¶ Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula.

Benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino.

Benedicite aque omnes que super celos sunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite sol et luna domino: benedicite stelle celi domino.

Bñdicite ymber et ros domino: benedicite omnis spiritus dei dño

Benedicite ignis et estus domino benedicite frigus et estas domino.

Benedicite rores et pruina dño: benedicite gelu et frigus domino.

Benedicite glacies et niues dño: benedicite noctes et dies domino.

Benedicite lux et tenebre domino: benedicite fulgura et nubes dño.

Benedicat terra dominum: laudet et superexaltet eum in secula.

Benedicite montes et colles dño benedicite vniuersa germinãtia in terra domino.

Benedicite fontes domino: benedicite maria et flumina domino.

Benedicite cete et omnia que mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi domino.

Benedicite omnes bestie et pecora dño: bñdicite filii hominũ dño.

Benedicat Israel dominum: laudet et superexaltet eum in secula.

Benedicite sacerdotes dñi domino: benedicite serui domini dño.

Benedicite spiritus et anime iustorum domino: benedicite sancti et humiles corde domino.

Benedicite anania azaria misael domino: laudate et superexaltate eum in secula.

Benedicamus patrem et filiũ cũ sancto spiritu: laudemus et superexaltemus eum in secula.

Benedictus es dñe in firmamẽto celi: et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. Ps. cxlviii

Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis.

Laudate eũ omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius

Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle et lumen.

Laudate eum celi celorũ: et aque que sup celos sũt laudẽt nomẽ dñi.

Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt.

Statuit ea in eternum et in seculum seculi: preceptum posuit et nõ preteribit.

Laudate dominum de terra: dracones et omnes abyssi.

Ignis grãdo nix glacies spiritus pro-

procellarū: que faciunt verbū eius.
Montes et oēs colles: ligna fructifera et omnes cedri.
Bestie et vniuersa pecora: serpentes et volucres pennate.
Reges terre et oēs populi: principes et omnes iudices terre.
Iuuenes et virgines senes cum iunioribus laudent nomē domini: quia exaltatū est nomē eius solius
Confessio eius super celum et terram: et exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius: filiis israel populo appropinquanti sibi. Psalm⁹. cxlix.

Cantate dño cāticū nouum: laus ei⁹ in ecclesia sctōrum.
Letetur israel in eo qui fecit eum: et filie Syon exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei.
Quia beneplacitū est dño i populo suo: et exaltauit mās uetos i salutē.
Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis.
Exultatiōes dei in gutture eorum: et gladii ancipites i manibus eorum
Ad faciendā vindictam in nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum i cōpedib⁹: et nobiles eorum i manicis ferreis
Ut faciāt in eis iudiciū cōscriptū: gloria hec est oib⁹ sctis eius. Ps. cl

Laudate dominum in sanctis ei⁹: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius; laudate eū secundum multitudinē magnitudinis eius.
Laudate eū in sono tube; laudate eum in psalterio et cythara.
Laudate eū in tympano et choro: laudate eum in cordis et organo.
Laudate eum in cymbalis benesonātibus, laudate eum in cymbalis iubilationis omnis spiritus laudet dñm. Gloria patri. Capitulum

Benedictio et claritas et sapientia et grāțu actio et honor et virt⁹ et fortitudo deo nostro i secula seculorum, amē. Deo. g. Hoc cap dr in oibus do. ad lau. a Dñe ne in ira, vsqz ad. lxx. et a De⁹ oim, vsqz ad aduētū qñcūqz agit de do. ¶ In oibus dñicis. a Domine ne in ira. quādo de do agitur, vsqz ad. xl. dr ad laudes sequens hymnus. Hymnus.

Eterne rerū cōditor, noctem diēqz qui regis: et temporum das tēpora, vt alleues fastidium.
Preco diei iam sonet, noctis profunde peruigil: nocturna lux viantibus, a nocte noctem segregans.
Hoc excitatus lucifer, soluit polum caligine; hoc omnis errorum chorus, viam nocendi deserit.
Hoc nauta vires colligit, pontiqz mitescunt freta: hoc ipsa petra ecclesie, canente culpam diluit.
Surgamus ergo strenue, gall⁹ iacentes excitat; et somnolentos increpat, gallus negantes arguit.
Gallo canēte spes redit, egris salus refunditur: mucro latronis cōditur, lapsis fides reuertitur.
Iesu labētes respice, et nos vidēdo corrige; si respicis lapsi stabunt fletuqz culpa soluitur.
Tu lux refulge sensibus, mētisqz somnū discute: te nostra vox primū sonet

sonet et vota soluamus tibi.
Gloria tibi domine qui natus. ec.
vsq ad puri. Post pu. vero dicit.
Deo pri sit gloria eiusq soli filio
cū spū paraclito et nūc et i perpetuū
Amē. ℣. Dominus regnauit. ℟. Decorem in duit alleluia. Iste ℣. cū ps. cap. dicat
i lau. osb⁹ do. vsq ad. lxx. et a Deus oim. vsq ad aduē. dñi qñ de do. agitur. A. lxx vsq ad. xl. ℣. Domine refugium factus es nobis. ℟. A generacione e progenie. Per esta. in do. et fer. dieb⁹ vsq ad aduē dr ad lau. hic sequēs hy⁹ qñ de do. vel de fer. agitur. Hymn⁹

Ecce iā noctis tenuatur vmbra, lucis aurora rutilās choruscat, nisibus totis rogitem⁹ omnes, cunctipotentem.

Ut deus noster miseratus omnē pellat languorem, tribuat salutē, donet et nobis pietate patris, regna polorum.

Prestet hoc nobis deitas btā, patris ac nati pariterq sancti: spirit⁹ cuius reboat in omni gloria mūdo

℣. Dominus regnauit. ℟. Decorem induit, alleluia. Cāt. cū zacharie prophete. lu. i.

Benedictus dominus de⁹ israel: quia visitauit et fecit redemptionem plebis sue.

Et erexit cornu salutus nobis: in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarū eius.

Salutem ex inimicis nostris: et de manu omnium qui oderūt nos.

Ad faciendam misericordiā cum patrib⁹ nostris: et memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum qd iurauit ad abrahā patrē nostrū: daturū se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorū liberati: seruiamus illi.

In sanctitate et iusticia corā ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandā scientia salutis plebiā eius: in remissionē peccatorū eorū

Per viscera mie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Illuiare his q̄ in tñbris et in vmbra mortis sedēt: ad dirigēdos pedes nros i viā pacis. G ps. cxxi.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancille in manib⁹ dñe sue: ita ocula nostri ad dominū deum nostrū donec misereatur nostri

Miserere nostri domine miserere nostri: quia multū repleti sumus despeccione.

Quia multum repleta est anima nostra opprobrium abundātibus and despectio superbis.

Gloria patri. Kirieleisō. Christeleison. Kirieeleison. Pater noster
Et ne nos inducas in tempta. Sed libera.
Exurge domine adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum.
Domine deus virtutum conuerte nos
Et ostende faciem tuam et salui erimus.
Domine exaudi oratio. Et clamor meus.
Dominus vobiscum. Et cum spiritu. Oro.

Ecclesie tue dñe preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus et erroribus vni

lis, sedula tibi seruiat libertate: et pacem tuam nostris concede temporibus. Per dnm.

Ad primam hymnus.



Iam lucis orto sidere, deū precemur supplices; vt i diurnis actibus, nos seruet a nocentibus.

Linguam refrenans temperet, ne litis horror insonet, visum fouendo contegat, ne vanitates hauriat.

Sint pura cordis intima, absistat et vecordia, carnis terat superbiam, potus cibiq; parcitas.

Ut cum dies abcesserit noctemque sors reduxerit, mundi per abstinentiam, ipsi canamus gloriam.

Deo patri sit gloria, eiusq; soli filio, cum spiritu paraclito, et nunc et in perpetuum.

Psalmus. xxi.

Deus de9 meus respice in me quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorū meorum.

Deus meus clamabo per diem et non exaudies: et nocte et nō ad insipientiam mihi.

Tu autem in sācto habitas: laus israel.

In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt et liberasti eos.

Ad te clamauerūt & salui fcti sūt, in te sperauerunt et nō sunt cōfusi

Ego autem sum vermis et non homo: opprobrium hominum et abiectio plebis.

Oēs videntes me deriserunt me: locuti sūt labiis & mouerūt caput.

Sperauit in dño eripiat eum: saluum faciat eū quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxisti me de vētre spes mea ab vberibus matris mee: i te proiectus sū ex vtero.

De ventre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me.

Quoniam tribulatio proxima est: quoniā non est qui adiuuet.

Circundederūt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

Aperuerūt super me os suū: sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt oīa ossa mea.

Factū est cor meum tanq̄ cera liquescens: in medio ventris mei.

Aruit tanq̄ testa virtus mea et lingua mea adhesit faucibus meis: et in puluerē mortis deduxisti me.

Quoniam circundederunt me canes multi: consilium malignantiū obsedit me.

Foderūt man9 meas & pedes meos: dinumerauerunt oīa ossa mea.

Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me: diuiserūt sibi vestimenta mea et super vestē meā miserunt sortem.

Tu autē domine ne elongaueris auxiliū tuū a me: ad defensionem meam conspice.

Erue a framea deus animā meā et de manu canis vnicā meam.

Salua me ex ore leonis: et a cornibus vnicorniū humilitatem meā

Narrabo nomen tuū fratrib9 meis: in medio ecclesie laudabo te.

Qui timetis dñm laudate eū: vniuersum semē iacob glorificate eū.

Timeat eū omne semē israel: quo

nia non spreuit neq despexit depre
catione pauperis.
Nec auertit faciē suā a me: et cum
clamarem ad eū exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia ma-
gna: uota mea reddā in cōspectu ti-
mentiū eum.
Edēt pauperes et saturabūtur et
laudabūt dn̄m qui requirūt eū: vi-
uēt corda eorum in seculum seculi.
Reminiscētur et conuertentur ad
dominū: vniuersi fines terre.
Et adorabūt in cōspectu eius: vni
uerse familie gentiū.
Quoniam dn̄i est regnū: et ipse do
minabitur gentium.
Mādūcauerūt & adorauerunt oēs
pingues terre: in cōspectu eius ca-
dent oēs qui descēdūt in terram.
Et anima mea illi viuet et semen
meum seruiet ipsi.
Annūciabitur dn̄o generatio ven
tura: et annunciabūt celi iusticiā
eius, populo qui nascetur quem fe-
cit dominus. Psalmus. xxii.
Dominus regit me et nihil mi
hi deerit: in loco pascue ibi
me collocauit.
Super aquā refectionis educauit
me: animā meā conuertit.
Deduxit me super semitas iusti-
cie: propter nomē suum.
Nam et si ābulauero in medio ū-
bre mortis: nō timebo mala quo-
niā tu mecū es.
Uirga tua & baculus tu⁹: ipsa me
consolata sunt.
Parasti i conspectu meo mēsā: ad
uersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meū: et
calix meus inebriās q̄ preclarus es.
Et misericordia tua subsequetur
me: oībus diebus vite mee.
Et vt inhabitē i domo dn̄i: in lon
gitudinē dierū. Gloria pa. ps. xxiii.
Domini est terra et plenitu
do eius: orbis terrarum & v-
niuersi qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundauit
eū: & super flumina preparauit eū.
Quis ascendet in montē dn̄i: aut
quis stabit in loco scto eius.
Innocēs manibus et mūdo corde
qui nō accepit in vano animā suā:
nec iurauit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionē a dn̄o: et
misericordiā a deo salutari suo.
Hec est generatio querentiū eum,
querentiū faciem dei iacob.
Attollite portas prīcipes vestras
et eleuamini porte eternales: & i-
troibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie: dn̄s for-
tis et potens, dn̄s potens i prelio.
Attollite portas prīcipes vestras
et eleuamini porte eternales: et in
troibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie: dn̄s vir-
tutum ipse est rex glorie. ps. xxiiii.
Ad te domine leuaui animam
meā: deus meus in te confido
non erubescam.
Neq irrideāt me inimici mei: ete
nim vniuersi qui sustinent te, non
confundentur.
Confundantur omnes iniqua a-
gentes superuacue.
Uias tuas dn̄e demonstra mihi:
et semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua et doce

me: quia tu es deus saluatoꝛ meus, et te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum tuarum domine: et misericoꝛdiarum rum que a seculo sunt.
Delicta iuuentutis mee: et ignorantias meas ne memineris.
Secūdū misericoꝛdiā tuā memēto mei: ꝓpter bonitatē tuā dn̄e.
Dulcis et rectꝰ dn̄s: ꝓpter hoc legē dabit delinquētibus in via.
Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas.
Uniuerse vie domini misericoꝛdia et veritas requirentibus testamentum eius: et testimonia eius
Propter nomen tuū dn̄e ꝓpiciaberis pctō meo: multum est enim.
Quis est homo qui timet dn̄m: legem statuit ei in via quam elegit.
Anima eiꝰ in bonis demoꝛabitur, et semē eius hereditabit terram.
Firmamentū est dominus timentibus eum: et testamentum ipsius vt manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dn̄m: qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos.
Respici i me ⁊ miserere mei, quia vnicus et pauper sum ego.
Tribulaciones coꝛdis mei multiplicati sunt: de necessitatibus meis erue me.
Uide humilitatē meā ⁊ laboꝛē meum: ⁊ dimitte vniuersa delicta mea
Respice īimicos meos qm̄ multiplicate sunt: ⁊ odio iniquo oderūt me.
Custodi animā meā et erue me: non erubescam qm̄ speraui in te.
Innocentes et recti adheserunt mihi: quia sustinui te.
Libera deꝰ Israel: ex oībus tribulatiōibus suis. Gloꝛia ps. xxv.
Iudica me dn̄ qm̄ ego i innocentia mea ingressus sum: ⁊ in dn̄o sperans non infirmaboꝛ
Proba me dn̄e et tenta me: vrenes meos et coꝛ meum.
Qm̄ mia tua āte oculos meos est, et complacui in veritate tua.
Non sedi cum consilio vanitatis: et cū iniqua gerētibus nō introibo
Odiui ecclesiam malignantium: ⁊ cum impiis non sedebo.
Lauabo iter inocētes manus meas, et circundabo altare tuū dn̄e.
Ut audiam vocem laudis tue: et enarrem vniuersa mirabilia tua.
Dn̄e dilexi decoꝛē domus tue: et locum habitacionis gloꝛie tue.
Ne perdas cum impiis deus animam meā: cum viris sanguinum vitam meam.
In quoꝝ manibꝰ iniqtates sunt: dextera eorū repleta est muneribus
Ego autē i innocētia mea ingressus sū: redime me ⁊ miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te dn̄e. ps. liii
Deus i noīe tuo saluum me fac, et in virtute tua iudica me.
Deus exaudi oꝛacionē meam: auribus percipe verba oꝛis mei.
Qm̄ alieni insurrexerunt aduersum me, et foꝛtes quesierūt animā meam: et non ꝓposuerunt deum ante conspectum suum.
Ecce enim deus adiuuat me: et dominus susceptoꝛ est anime mee.
Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi ⁊ cōfi-
tebor nomini tuo dñe: qm̄ bonū est
Qm̄ ex omni tribulatione eripui-
sti me: ⁊ sup inimicos meos despe-
xit ocul⁹ me⁹. Glo. Psalm⁹. cxvii

Confitemini domino quoni-
am bonus: quoniam in secu
lum misericordia eius.
Dicat nūc israel quoniā bon⁹ quo
niam in seculū misericordia eius.
Dicat nunc domus aaron, quoni-
am in seculum misericordia eius.
Dicant nunc qui timent dominū:
qm̄ in seculū misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dñm: ⁊
exaudiuit me in latitudine dñs.
Dominus mihi adiutor: nō time-
bo quid faciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor: ⁊ ego de
spiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in domino:
q̄z confidere in homine.
Bonum est sperare in domino: q̄z
sperare in principibus.
Omnes gentes circuierūt me: et in
nomine dñi quia ultus sum in eos
Circundantes circundederunt me
et in nōie dñi quia ultus sū in eos.
Circundederunt me sicut apes et
exarserūt sicut ignis in spinis: et in
noie domini qui ultus sum in eos.
Impulsus euersus sum ut caderē
et dominus suscepit me.
Fortitudo mea et laus mea dñs:
et factus est mihi in salutem.
Uox exultationis et salutis: in ta
bernaculis iustorum.
Dextera domini fecit virtutē, dex
tera domini exaltauit me: dextera
domini fecit virtutem.

Non moriar sed viuam: et narra-
bo opera domini.
Castigās castigauit me dominus
et morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iusticie ⁊ in-
gressus in eas confitebor dño: hec
porta domini iusti intrabunt in eā.
Confitebor tibi quoniam exaudi-
sti me: et factus es mihi in salutem
Lapidē quē reprobauerunt edifi-
cātes: hic fact⁹ est in caput anguli.
A domino factum est istud: et est
mirabile in oculis nostris.
Hec est dies quā fecit dominus: ex-
ultemus et letemur in ea.
O domine saluum me fac o domine
bene prosperare: benedictus qui
venit in nomine domini.
Benedixim⁹ vobis de domo dñi:
deus dñs et illuxit nobis.
Constituite diem solemnem in con
densis: usq̄z ad cornu altaris.
Deus meus es tu ⁊ confitebor ti-
bi: deus meus es tu et exaltabo te.
Confitebor tibi quoniā exaudisti
me: et factus es mihi in salutem:
Confitemini dño quoniā bonus:
quoniā in seculū misericordia eius
A. xx. usq̄z ad pal. die do. p isto ps
Confitemini. dicitur ps. Dñs reg-
nauit decorem. Psalm⁹. cxviii.

Beati immaculati in via: qui
ambulant in lege dñi.
Beati qui scrutantur testimonia
eius: in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquita
tem: in viis eius ambulauerunt.
Tu mandasti: mandata tua custo
diri nimis.
Utinā dirigantur vie mee: ad cu-

stodiendas iustificationes tuas.
Tunc nō confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.
Cōfitebor tibi i directiōe cordis: i eo quod didici iudicia iustitie tue.
Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaqȝ.
In quo corrigit adolescentior viā suā: in custodiendo sermones tuos.
In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis.
In corde meo abscōdi eloquia tua: vt non peccem tibi.
Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.
In labiis meis pronunciaui: omnia iudicia oris tui.
In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in oībus diuitiis
In mādatis tuis exercebor: et cōsiderabo vias tuas.
In iustificatiōib⁹ tuis meditabor: nō obliuiscar sermones tuos. ps.
Retribue seruo tuo viuifica me: ꝛ custodiā sermōes tuos.
Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua.
Cōcupiuit aīa mea desiderare iustificatiōes tuas: in omni tempore.
Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.
Aufer a me opprobriū ꝛ contemptū: quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederunt principes et aduersum me loquebātur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
Nam et testimonia tua meditatio mea est: et consilium iustificationes tue.
Adhesit pauimēto anima mea: viuifica me secundū verbū tuum.
Vias meas enunciaui ꝛ exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimoniis tuis domine: noli me confundere.
Viam mādatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.
Glo pri. In diebus do. a Dn̄e ne i ira. vsqȝ ad. lxx. ꝛ a De⁹ omniū. vsqȝ ad aduē. dn̄i qn̄ de do. agitur. ān. Dominus⁹ regit me ꝛ nihil mihi deerit i loco pascue ibi me collocauit. In feri. a Domine ne in ira. vsqȝ ad. lxx. Et a Deus omnium vsqȝ ad aduē. qn̄ de do. agitur. ān. De⁹ exaudi orationē meā, auribus pcipe verba oris mei. In fer. p aduē. ān. Ueni ꝛ libera nos De⁹ nr̄. Symbo. athā.
Quicunqȝ vult saluꝰ esse: ante omnia opus est vt teneat catholicam fidem.
Quam nisi quisqȝ integrā, inuiolatāqȝ seruauerit: absqȝ dubio ineternum peribit.
Fides autem catholica hec est, vt vnum deum in trinitate: et trinitatem in vnitate veneremur.
Neqȝ cōfundentes personas: neqȝ

substantiam separantes.
Alia est enim persona patris alia filii: alia spiritus sancti.
Sed patris et filii et spiritussancti vna est diuinitas: equalis gloria, coeterna maiestas.
Qualis pater talis fili⁹: talis spiritus sanctus.
Increatus pater, increatus fili⁹: increatus spiritussanctus.
Immensus pater, immensus filius: immensus spiritussanctus.
Eternus pater, eternus filius: eternus spiritussanctus.
Et tamen non tres eterni: sed vnus eternus.
Sicut non tres increati, nec tres immensi: sed vnus increatus, et vnus immensus.
Similiter omnipotens pater, omnipotens filius: omnipotens spiritus sanctus.
Et tamen nō tres omnipotentes: sed vnus omnipotens.
Ita deus pater, deus filius: deus spiritussanctus.
Et tamen non tres dii: sed vnus est deus.
Ita dñs pater, dominus filius: dominus spiritussanctus.
Et tamen non tres domini: sed vnus est dominus.
Quia sicut singulatim vnāquāq; personā: deum aut dñm confiteri christiana veritate cōpellimur.
Ita tres deos aut dños: dicere catholica religione prohibemur.
Pater a nullo est factus: nec creatus, nec genitus.
Filius a patre solo est: nō factus nec creatus, nec genitus.
Spiritus sanctus a patre et filio, nō factus, nec creatus, nec genit⁹: sed procedens.
Vnus ergo pater nō tres patres: vnus filius nō tres filii, vn⁹ spiritussanctus nō tres spiritussancti.
Et in hac trinitate nihil prius aut posterius: nihil maius aut minus.
Sed tote tres persone: coeterne sibi sunt et coequales.
Ita vt per omnia sicut iam supra dictū est, et vnitas in trinitate: et trinitas in vnitate veneranda sit.
Qui vult ergo saluus esse: ita de trinitate sentiat.
Sed necessariū est ad eternā salutem: vt incarnationē quoq; dñi nostri iesu christi fideliter credat.
Est ergo fides recta vt credam⁹ et confiteamur: q2 dominus noster iesus christus dei filius, deus et homo est.
Deus est ex substantia patris ante secula genit⁹: et homo est ex substantia matris in seculo natus.
Perfectus deus, perfectus homo: ex anima rationali: et humana carne subsistens.
Equalis pri scdm diuinitatē: minor patri secundū humanitatem.
Qui licet de⁹ sit et homo: non duo tamen, sed vnus est christus.
Vnus autem nō conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in deum.
Vnus omnino nō cōfusione substantie: sed vnitate persone.
Nam sicut anima rationalis et caro vnus est homo: ita deus et homo

vnus est christus.
Qui passus est pro salute nostra: descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis.
Ascendit ad celos sedet ad dexteram patris oipotentis: inde venturus est iudicare vivos & mortuos.
Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporib⁹ suis: et reddituri sunt de factis propriis rationem.
Et qui bona egerunt, ibunt in vitam eternam: qui vero mala in ignem eternam.
Hec est fides catholica, quā nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit saluus esse non poterit. Gloria
In oib⁹ do. qcūq; dr ps. De⁹ deus meus re. cū reliquis pis. ad primā dicit super Quicunq;, hec aña.
Te deum patrem ingenitum: te filium vnigenitum: te spiritum sanctum paraclitum sanctam et indiduā trinitatem totuo corde et ore confitemur, laudamus atqe benedicimus; tibi gloria in secula. In ceteris aūt do. simplicibus totius anni: et oibus festis simpli. cū iii. & ix. lec. cū regimie cho. & in oct. & infra qū cho. regitur. Et in cōme. btē marie & festi loci: nisi i fes et cōme. q̄ cōtigūt infra octa. sctē trinitatis dr sup Quicūq; hec ān.
Te iure laudant: te adorāt: te glorificant omnes creature tue: o btā trinitas. In tpe pas. Alleluya. In omnib⁹ fe. dup. per ānū extra ebd. sctē trinitatis dr super Quicunq;. hec ān. Gratias tibi deus: gratias tibi vera vna trinitas: vna & summa deitas sctā: et vnā unitas. In tpe paschali.
In omnibus fes. qū de fes agitur per totū annū & in fe. iii. lec. sine regi. cho. nō regit. Et in vigiliis. & in. iiii temporib⁹ extra ebd. penthe. & ebd. sctē trinū. dr sup Quicūq; hec ān.
Gloria tibi trinitas equalis una deitas et ante omnia secula, et nunc et in perpetuum. I tpe pas. Alleluya. Per ebd. s. tri. d. quocunq; f. i. fer. dr sup Quicūq;. hec ān.
Obtā et benedicta et gloriosa trinitas pater et filius et spūssctūs.
cap. Ti. i.
Regi seculorū immortali invisibili soli deo honor et gloria i secula seculorū amē. Deo grās
Hoc pred. cp. dr oib⁹ do. et i fes. & in oct. & infra qū cho. regit. Et i cōme btē ma. & de fe. loci per to. annū: extra ebd pasch. ¶ In omnibus aliis fe. per annū: & in oīb⁹ fes. ab oct. pas. usq; ad penthe. & in oct. & infra oct. sine regie chori, & in vigi. ascen. et penthe. & in vigi. nata. dñi & epycū extra do. eue. dr hoc Cap. Esa. 33.
Domine miserere nostri: te enim expectauimus: esto brachiū nostrū inmane: & salus nostra in tpe tribulationis. In oib⁹ aliis fes. per adue. & a Domine ne in ira. usq; ad cenā do. et a Deus oim. usq; ad aduentū qū de fes. agit. dr Ca. zac. viii.
Pacē et veritatē diligite: ait dñs ops. Et qū cunq; dr hoc pred. cap. ad. i. tūc fiant preces cū prostratiōe ad oēs ho. ℟. Jesu christe fili dei uiui: Miserere nobis. Et er. Qui sedes ad dexteram patris. Miserere. Gloria. Jesu.
Iste ℣. sc Qui sedes dr per totū ānū post pred. ℟. nisi in die nati. do. et ab hinc usq; in crasti. puri. & a pasc do. usq; ad ascē. do. et nisi qū dicat de sctā maria: & nisi in fe. & oct. corp. Christi qū de oct. fit seruitiū: & nisi

in fe. trāſfig. ⁊ in fe. ⁊ per oct. noīs ieſu: q̄ī de ipſis oct. nī ſeruit̄ ſequi tur ℣. Exurge domine adiuua nos. Reſp. Et libera nos propter nomen tuum. Et his dic tis ſequuntur preces hoc modo

Kyrieeleyſon. iii. Chriſteeleiſō iii. Kyrieeleyſon. iii. Pr̄ nr̄.
Et ne nos inducas. Sed libera.
Uiuet anima mea et laudabit te.
Et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui ſicut ouis q̄ periit: Quere ſeruum tuū dn̄e quia mādata tua non ſum oblitus. Credo in deum.
Carnis reſurrectionem.
Et vitam eternam. Amen.
Repleatur os meū laude. Et can tem gloriam tuam tota die magni⸗tudinem tuam.
Dn̄e auerte faciē tuam a peccatis meis. Et oēs iniq̄tates meas dele.
Cor mūdū crea in me de⁹ Et ſpm̄ rectū innoua in viſceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua. Et ſpi ritū ſanctū tuū ne auferas a me.
Redde mihi leticiā ſalutaris tui.
Et ſpū principali cōfirma me.
Eripe me domīe ab homine malo
A viro iniquo eripe me.
Eripe me de inimicis meis de⁹ me us. Et ab īſurgētib⁹ ī me liber̄ me
Eripe me de operātibus iniquita tem. Et de viris ſanguinū ſalua me
Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi. Et reddam vota mea de die in diem.
Exaudi nos de⁹ ſalutaris noſter
Spes omnium finium terre et in mari longe.
Deus in adiutoriū meum intende,
Dn̄e ad adiuuandum me feſtina.

Sāctus deus ſctūs fortis ſanctus et immortalis. Agn⁹ dei qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.
Bn̄dic aīa mea dn̄o. Et oīa que in tra me ſunt nomi ſctō eius.
Benedic aīa mea dn̄o. Et noli obli uiſci omnes retributiones eius.
Qui ꝓpiciat oib⁹ iniq̄tatib⁹ tuā
Qui ſanat oēs infirmitates tuas
Qui redemit de interitu vitā tua
Qui coronat te in miſericordia et miſerationibus.
Qui replet ī bonis deſideriū tuū
Renouabit vt aquile iuuent⁹ tua.
Deīde dr̄ Confiteor. et Miſerea⸗tur. et. Abſolutionē. vt ad cōpleto.
Sequuntur preces hoc modo.
De⁹ tū conuerſ⁹ viuificabis nos.
Et plebs tua letabitur in te.
Oſtende nobis dn̄e miam tuam.
Et ſalutare tuum da nobis.
Dignare domine die iſto.
Sine peccato nos cuſtodire
Miſerere nr̄i dn̄e. Miſerere noſtri
Fiat mia tua domine ſuper nos.
Queadmodū ſperauimus in te.
Domine deus virtutum conuerte nos. Et oſtende faciem tuam et ſal ui erimus.
Dn̄e exaudi orationē. Et clamor.
Dn̄s vobiſcū. Et cū ſpū. Oremus
He preces ꝑdicte dicantur ſupradi cto modo ad primā p totū annū, tā in feſt. q̄ī in profeſt. tam duplici q̄ ſimplici: niſi a cena dn̄i vſq̄ ad oct. paſc. et niſi in die aiarū: ita tn̄ q̄ in oibus fef. et per aduētū et a Domine ne in ira. vſq̄ ad cenā dn̄i et a Deus om nium vſq̄ ad aduē. dn̄i, qn̄ de fef. a gi̅t. ſtatim poſt Fiat me ſequit̄ ℣.

Exaudi dñe vocē meā qua clamaui ad te. ꝛ cet. oīa sicut ad cōpl. notat: eū vsqꝫ ad orōnē dicēd explearꝭ. Hec sequēs oratio dꝫ in oib⁹ fe. duplicibus per annū extra ebd. pasc. Orō.

IN hac hora huius diei, tua nos dñe reple mīa: vt per totū diē exultātes in tuis laudib⁹ delectemur. Per. Dñs vobis. Benedicam⁹ dño. Deo grꝭ. In omnib⁹ do. et in fes. sctōꝝ nō dupl. et in fes. extra ebd. pasche dicaꝭ hec orō.

DOmine sācte pater omīpotēs eterne deus qui nos ad principiū huius diei peruenire fecisti, tua nos hodie salua virtute et concede vt in hac die ad nullū declinemus peccatum: nec vllum incurramus periculū: sed semꝑ ad tuam iustitiam faciēdam oīs nostra actio tuo moderamine dirigatur. Per. Dñs vo. Benedicam⁹ dño. deo. g. Deīde di. sacer. sic. Preciosa est ī cōspectu dñi Mors sāctoꝝ ei⁹. Deinde dica sacer. sīn dñs vobiscū ꝛ sine orem⁹

SAncta maria maꝭ dñi dei nostri iesu christi atqꝫ oēs sācti iusti et electi dei intercedāt et orēt ꝓ nobis peccatorib⁹ ad dñꝫ deū nostrū: vt nos mereamur ab eo adiuuari ꝛ saluari: ꝗ in trinitate perfecta viuit ꝛ regnat de⁹. Per oia secula seculorū. Amē. Sacer. di Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuādū me festina. Eodē mō dꝫ trib⁹ vicib⁹. De⁹ ī ad. Dñe ad. ꝛ tūc sequiꝭ sic. Gloria pri. ꝛ filio ꝛ spūi sctō. Sicut. Kyrie eleysō. Christe ele. Kirieeleisō. Pater noster. Et ne nos. Sed libera.

Et veniat suꝑ nos mīa tua domine Salutare tuū secūdū eloquiū tuū. Et respice ī seruos tuos: et ī opera tua. Et dirige filios eorum. Et sit splēdor dñi dei nrī suꝑ nos. Et opera manuū nostraꝝ dirige suꝑ nos, ꝛ op⁹ manuū nostraꝝ dirige. Hec sequēs orō dꝫ ī festis dupli. et quotiēscūqꝫ chor⁹ regitur extra ebd. pasche sin dñs vo. sed tātū cū Orem⁹.

OMnipotēs sempiterne de⁹ dirige actus nostros in beneplacito tuo: vt in nomie dilecti filii tui mereamur bonis operib⁹ abūdare. Qui tecū vi. Dñs uo. Bendi. In oib⁹ aliis fe. et profe. dꝫ hec orō. sine Dominus vo. sed tātū cū orem⁹

DIrigere et sanctificare ꝛ regere dignare domine deus quesumus corda et corpora nostra in lege tua: ꝛ in operib⁹ mādatorū tuorū, vt hic et ī eternū te auxiliāte sani ꝛ salui esse mereamur. Per Et finiaꝭ supradicto modo: vꝫ cū Domin⁹ vo. et cū Benedicam⁹ do.

¶ Et sciendū est ꝙ quādocūqꝫ dicitur ps. Ad te leuaui ocu. post matutinas tūc ad primā post tabulam lectā, dꝫ sine nota iste ps. psalm⁹. cxx.

LEuaui oculos meos in mōtes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum a domino: qui fecit celum et terram.
Non det in cōmotionem pedē tuum: neqꝫ dormiet qui custodit te.
Ecce nō dormitabit neqꝫ dormiet: qui custodit israel.
Dominus custodit te, dñs protectio tua: super manū dexterā tuā.

Per diem sol non vret te: neqꝫ luna per noctem.
Dñs custodit te ab õni malo: custodiat animam tuam dominus.
Dñs custodiat introitũ tuũ et exitũ tuũ: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculũ
Gloria patri. Sicut erat.
Kyrie eleyson. Christe el. Kyrie el.
Pater noster. Et ne nos. Sed libe.
Ostẽde nobis dñe misericordiã tuã
Et salutare tuum da nobis.
Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas. Deus meꝰ sperãtes in te
Mitte eis dñe auxilium de sancto.
Et de syon tuere eos.
Esto nobis dñe turris fortitudinis
A facie inimici.
Nihil proficiat inimicꝰ in eis. Et filiꝰ iniquitatis nõ apponat nocere eis
Domine exaudi. Et clamor.
Dñs vobiscũ. Et cum. Oremus
Adesto dñe supplicationibus nostris: ⁊ viã famulorꝫ tuorũ in salutis tue prosperitate dispone, vt inter omnes vie et vite huius varietates, tuo sẽper protegamur auxilio. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus salus eterna credentium, exaudi nos pro famulis tuis, pro quibus misericordie tue implorantus auxilium: vt reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in ecclesia tua referant actiones. Per christum. ℟.
Amen. Excellentior persona dicat.
Benedicite. Domi. In nomine patris et filii et spiritussancti. Amen.

Ad tertiam hymnus.


Nunc sancte nobis spiritꝰ vnum patri cũ filio, dignare promptus ingeri, nostro refusus pectori.
Os lingua mens sensus vigor, cõfessionem personent, flammescat igne charitas, accẽdat ardor proximos.
Presta pater piissime, patriqꝫ cõpar vnice: cũ spiritu paraclito, regnans per omne seculũ. Amen. ps.

Legem pone mihi domine viã iustificationum tuarum: et exquiram eam semper.
Da mihi intellectum et scrutabor legem tuam: et custodiam illam in toto corde meo.
Deduc me in semita mandatorum tuorum: quia ipsam volui.
Inclina cor meum in testimonia tua: et non in auariciam.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
Statue seruo tuo eloquium tuũ: in timore tuo.
Amputa opprobriũ meũ qđ suspicatus sum: qꝛ iudicia tua iocunda.
Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.
Et veniat super me mia tua dñe: salutare tuũ secundũ eloquiũ tuũ.
Et respondebo exprobrãtibus mihi verbum: quia speraui in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsqꝫquaqꝫ: quia in iudiciis tuis supersperaui.
Et custodiam legem tuã semper:

in seculum et in seculum seculi.
Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.
Et loquebar ī testimoniis tuis in conspectu regū ꝛ non confundebar
Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi.
Et leuaui manus meas ad mādata tua que dilexi: ꝛ exercebor in iustificacionibus tuis. Psalmus.
Memor esto verbi tui seruo tuo: ī quo mihi spē dedisti.
Hec me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi inique agebāt vsqꝫquaqꝫ: a lege autem tua non declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine: et consolatus sum.
Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquētibus legem tuam.
Cantabiles mihi erāt iustificaciones tue: ī loco peregrinatiōis mee.
Memor fui nocte nominis tui domine: et custodiui legem tuam.
Hec facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.
Portio mea domine: dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum.
Cogitaui vias meas et conuerti pedes meos: in testimonia tua.
Paratus sum et non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.
Funes pctōꝝ circūplexi sunt me: et legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tue.
Particeps ego sum oīm timentium te: ꝛ custodientium mandata tua.
Misericordia tua dn̄e plena est terra: iustificaciones tuas doce me.
Gloria patri. Psalmus.
Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine: secundum verbum tuum.
Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me: quia in mādatis tuis credidi.
Priusqꝫ hūiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.
Bonus es tu: ꝛ in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas superboꝝ: ego autē in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatū est sicut lac cor eorum, ego vero legē tuā meditatus sum.
Bonū mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.
Bonū mihi lex oris tui: super milia auri et argenti.
Manus tue fecerunt me et plasmauerunt me: da mihi intellectum vt discam mandata tua.
Qui timent te videbunt me ꝛ letabuntur: quia in verba tua supersperaui.
Cognoui domine quia equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.
Veniant mihi miserationes tue ꝛ viuam: quia lex tua meditacio mea est.

Confundantur superbi quia iniuste iniquitatē fecerūt in me: ego autē exercebor in mandatis tuis.
Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua.
Fiat cor meū imaculatū in iustificationibus tuis: vt non confundar.
Glori patri. In dñica an.
Laus et perennis gloria deo patri et filio sancto simul paraclito in secula seculorum.

Capitulum. ii. Corinth. vltimo.

Gratia dñi nostri iesu christi et caritas dei: & cōicatio sancti spūs sit semper cū oībus nobis.
℟ Inclina cor meum deus In testimonia tua.
℣ Auerte oculos meos ne uideant vanitatē, in via tua uiuifica me. In testi. Gloria. Inclina.
℣ Ego dixi domine miserere mei.
℟ Sana animam meam quia peccaui tibi.
In fer. an. Ueniant mihi miseriones tu et uiuam.

Capitulū hier. xvii.

Sana me domine & sanabor: saluū me fac & saluus ero, quoniā laus mea tu es. ℟ Sana animam meā Quia peccaui tibi. ℣ Ego dixi domine miserere mei. Quia. Gloria. Sana. ℣ Adiutor meus esto domine. ℟ Ne derelinquas me neque despicias me deus salutaris meus.
In fer. per aduētū aña.
Tuam domine excita potentiam, et veni ad saluandum nos.

Capitulum. Hebreorum. x.

Qui venturus est veniet et non tardabit: iam nō erit timor in finibus nostris, quoniā ipse est saluator noster.
℟ Ueni ad liberandum nos. Domine deus virtutum. ℣ Et ostende faciem tuam et salui erimus. Domine. Gloria. Ueni. ℣ Timebūt gentes nomen tuum domine. ℟ sp. Et omnes reges terre gloriam tuam.

Ad sextam. Himnus.

Rector potens verax deus, qui temporas rerum vices: splendore mane instruis, et ignibus meridiem.
Extingue flammas litium, aufer calorem noxium, confer salutem corporum, veramque pacem cordium.
Presta pater piissime.

Psalmus.

Defecit in salutare tuum anima mea: et in verbum tuum supersperaui.
Defecerunt oculi mei in eloquiū tuum, dicentes qñ cōsolaberis me.
Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.
Quot sūt dies serui tui: qñ facies de persequentibus me iudicium.
Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.
Omnia mandata tua veritas, iniqui persecuti sunt me adiuua me.
Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
Secundum miam tuā viuifica me et custodiam testimonia oris tui.
In eternum domine: verbum tuū permanet in celo.
In gñatione & gñationē veritas tua: fundasti terram & permanet.
Ordinatiōe tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.
Nisi quod lex tua meditatio mea est: tūc forte perissem in humilitate mea
In eternū nō obliuiscar iustificatiōes tuas: quia in ipsis viuificasti me

Tuus sum ego saluū me fac: quia iustificationes tuas exquisiui.
Me expectauerūt pctōres vt perderēt me: testimonia tua intellexi
Oīs cōsummationis vidi finē: latū mādatū tuum nimis. Psalmus
Quomodo dilexi legē tuā dñe tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos prudentē me fecisti mādato tuo: quia ineternum mihi est.
Sup oēs docētes me intellexi, qz testimōia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi: quia mandata tua quesiui.
Ab omni via mala prohibui pedes meos vt custodiam verba tua.
A iudiciis tuis nō declinaui: quia tu legem posuisti mihi.
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnē viam iniquitatis.
Lucerna pedibus meis verbum tuū: et lumē semitis meis.
Iuraui et statui custodire iuditia iusticie tue.
Humiliatus sum usqquaqz dñe: viuifica me secundū verbū tuum.
Voluntaria oris mei bene placita fac dñe: et iudicia tua doce me.
Anima mea in manib⁹ meis semper: et legē tuā non sum oblitus.
Posuerūt peccatores laqueū mihi: et de mādatis tuis nō erraui.
Hereditate acquisiui testimonia tua in eternum: quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meū ad faciēdas iustificationes tuas ineternum, propter retributionem. Psalmus.
Iniquos odio habui: et legem tuam dilexi.
Adiutor et susceptor meus es tu: et in verbum tuū super speraui.
Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei.
Suscipe me scdm eloquium tuum et viuā: et nō confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me et saluus ero: et meditabor i iustificatiōib⁹ tuis semp.
Spreuisti oēs discedētes a iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eor.
Preuaricātes reputaui oēs pctōres terre: ideo dilexi testimōia tua
Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.
Feci iudiciū et iusticiā: nō tradas me calūniantibus me.
Suscipe seruū tuū in bonū: nō calumnientur me superbi.
Oculi mei defecerunt in salutare tuū: et in eloquiū iusticie tue.
Fac cū seruo tuo scdm mīam tuā et iustificatiōes tuas doce me.
Seru⁹ tu⁹ sum ego: da mihi intellectū vt sciā testimonia tua.
Tempus faciendi dñe: dissipauerūt legē tuam.
Ideo dilexi mādata tua super aurū et topasion.
Propterea ad oīa mādata tua dirigebar: oēz viā iniquā odio habui.
Gloria pri. In do. antiph.
Gloria laudis resonet in ore omniū patri genitoque proli spiritui sācto pariter resultet laude perenni.
Capitulum. i. Johannis. v.
Tres sunt qui testimoniū dant in celo, pater et verbū

et spiritussanctus: et hii tres vnum sunt. ℟ In eternũ domine Permanet verbum tuũ. ℣ In celo et in seculũ seculi veritas tua. Per. Glo. In. ℣ Dominus regit me et nihil mihi deerit. ℟ In loco pascue ibi me collocauit. In sex. an. Non confundas me domine: ab expectacione mea. Cp. thes. v.

OMnia probate quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos. ℟ Benedicam dominũ In oi tẽpe. ℣ Sẽp laus ei' i oze meo. In. Glo. Be. ℣ Domin' re. In aduẽ. a In tuo aduẽtu erue nos domine. Cp. Esa. xiiii.

PRope est vt veniat tempus eius: et dies eius nõ elongabũtur, miserebitur dñs iacob et israel saluabitur. ℟ Ostende nobis domine Misericordiam tuam. ℣ Et salutare tuum da nobis. Misericordiam. Glozia pa. Ostende. ℣ Memento nostri domine in beneplacito populi. ℟ visita nos in salutari tuo. Ad nonam himnus.

RErũ deus tenax vigoz, imot' i te permanet, lucis diurne tempoza, successib' determinãs.

Largire clarum vespere, quo vita nusq̃ decidat, sed premium mortis sacre, perennis instet glozia.

Presta pater. Psalmus.

MIrab'lia testimonia tua domine: ideo scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonũ tuorũ illuminat: et intellectũ dat paruulis.

Os meũ aperui et attraxi spiritũ: quia mandata tua desiderabã.

Aspice in me et miserere mei: secundũ iudiciũ diligẽtiũ nomẽ tuũ.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniustitia.

Redime me a calũniis hominum, vt custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum, et doce me iustificationes tuas.

Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam:

Iustus es domine: et rectum iudicium tuum.

Mandasti iusticiam testimonia tua, et veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus: q̃a obliti sũt verba tua inimici mei.

Ignitũ eloquiũ tuũ vehementer, ⁊ seruus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego et contemptus: iustificaciones tuas non sum oblitus.

Iusticia tua iusticia ineternum: ⁊ lex tua veritas.

Tribulacio ⁊ angustia inuenerũt me, mãdata tua meditacio mea est

Equitas testimõia tua ineternũ: intellectum da mihi et viuã.

Glozia patri et fi. Sicut. ps.

CLamaui in toto corde exaudi me domine: iustificationes tuas requiram.

Clamaui ad te saluũ me fac: vt custodiã mandata tua.

Preueni in maturitate et clamaui: quia in verba tua supersperaui

Preuenerũt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.

Uocem meā audi secundum misericordiam tuam domine: et secundum iudicium tuum viuifica me.
Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: a lege autē tua longe facti sunt.
Prope es tu domine: et omnes vie tue veritas.
Initio cognoui de testimoniis tuis: quia ineternū fundasti ea.
Uide humilitatē meā et eripe me, quia legem tuam nō sum oblitus.
Iudica iudiciū meū et redime me propter eloquium tuū viuifica me.
Longe a pctōribus salus: quia iustificatiōes tuas nō exquisierunt.
Misericordie tue multe dñe: secūdum iudicium tuum viuifica me.
Multi qui persequūtur me et tribulant me: a testimoniis tuis non declinaui.
Uidi preuaricātes et tabescebam: quia eloquia tua nō custodierunt.
Uide qm̄ mandata tua dilexi dñe in misericordia tua viuifica me
Principiū verborū tuorū: veritas, in eternum oīa iudicia iusticie tue.
Gloria patri. Psalmus.

PRincipes persecuti sūt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum.
Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.
Iniquitatem odio habui et abominatus sum: legem autē tuā dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iusticie tue.
Pax multa diligentibus legem tuam: et non est illis scandalum.
Expectabam salutare tuū domine: et mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer.
Seruaui mandata tua et testimonia tua: quia omnes vie mee in cōspectu tuo.
Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo dñe: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.
Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundem eloquium tuum eripe me.
Eructabūt labia mea hymnū: cū docueris me iustificationes tuas.
Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mādata tua equitas.
Fiat man⁹ tua vt saluet me, quoniam mandata tua elegi.
Concupiui salutare tuū domine: et lex tua meditatio mea est.
Uiuet anima mea et laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis que periit: quere seruum tuū domine, quia mandata tua non sum oblitus.
Gloria patri. In dñica. añ. Ex quo omnia: per quem omnia: in quo omnia: ipsi gloria in secula.
Cap. ad ephesi. v.

UNus dominus, vna fides vnum baptisma, vnus deus et pater omnium qui super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis qui est benedictus in secula.
℟. Clamaui in toto corde, Exaudi me domine
℣. Iustificationes tuas requiram. Exaudi. Gloria. Cla. ℣. Ab occultis meis munda me domine.
℟. Et ab alienis parce seruo tuo.
In fe. añ. Iuxta eloquium tuum da mihi intellectum domine. Capitulū. galat. vi.

A Lter alterius onera portate et sic adimplebitis legē christi Res. Redime me domine et miserere mei. Ver. Pes enim meus stetit in via recta: in ecclesiis benedicā te domine. Et Glo. Redi. Ver. Ab occultis meis. In fer.i.ad.ān. Veni domine et noli tardare: relaxa facinora plebis tue Israel.


Capitulum. Mic.iiii.

V Enite ascendamus ad montē domini et ad domū dei iacob: et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius: quia de sion exibit lex & verbum domini de hierusalem.

Res. Super te hierusalem. Orietur dominus. Ver. Et gloria eius in te videbitur. Orietur. Gloria. Super. Ver. Domine deus virtutum converte nos. Res. Et ostende faciem tuam et salui erimus.

Fer.ii.ad matuti. Inuitat. Venite exultemus domino. p. Jubilate deo salutari. a. Domine ne in ira. Usque ad.xl. quando de.ii.fer. agitur, dicitur ad matutinas sequens.

Himnus.



S Omno refectis artubus, spreto cubili surgim⁹: nobis pater canētib⁹, adesse te deposcimus.

Te lingua primū cōcinat, te mentis ardor ambiat: vt actuū sequentium tu sancte sis exordium.

Cedant tenebre lumini, et nox diurno syderi: vt culpa quam nox intulit, lucis labescat munere.

Precamur idē supplices, noxas vt oēs amputes: & ore te canentiū lauderis in perpetuū. Gloria tibi domine. Post purificationem. Presta pater piissime. Per estatē dicit hymn⁹ Nocte surgentes. que re. in principio psalterii, āte p̄m. Beatus vir. Psalmus.



D Omin⁹ illuminatio mea: et salus mea quē timebo?

Dominus protector vite mee: a quo trepidabo.

Dum appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas.

Qui tribulāt me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistāt aduersum me castra: non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me preliū: in hoc ego sperabo.

Unam petii a domino hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee.

Ut videā voluntatem domini: et visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me et nunc exaltauit caput meū super inimicos meos.

Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiā vociferatiōis: cantabo et psalmum dicam domino.

Exaudi dn̄e vocē meā qua clamaui ad te: miserere mei & exaudi me.

Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea: faciē tuā dn̄e requirā.

Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.

Adiutor meus esto ne derelinquas me: neq̄ despicias me deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, et mater

mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi domine in via tua: ⁊ dirige me in semita recta propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona domini: in terra viventium.

Expecta dominū viriliter age ⁊ cōfortetur cor tuum: et sustine dominum. Psalmus.xxvii.

Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me, ne quādo taceas a me: et assimilabor descendentibus in lacum.

Exaudi dñe vocem deprecationis mee, dū oro ad te: dum extollo manus meas ad tēplum sctm̄ tuum.

Ne simul tradas me cum peccatoribus: et cum operantibus iniquitatem ne perdas me.

Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera eorum: et secundum nequiciam adinuentionum ipsorum.

Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.

Quoniam non intellexerunt opera dñi: et in opera manuū eius destrues illos: et non edificabis eos.

Benedictus dñs: quoniam exaudiuit vocem deprecationis mee.

Dominus adiutor meus et protector meus: et in ipso sperauit cor meum et adiutus sum.

Et floruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor ei.

Dñs fortitudo plebis sue: et protector saluationum christi sui est.

Saluum fac populū tuū dñe, et benedic hereditati tue: ⁊ rege eos et extolle illos usq; in eternum.

Gloria pa. Ān. Dominus defensor vite mee. Psalmus.xxviii.

Afferte dño filii dei: afferte domino filios arietum.

Afferte dño gloriā ⁊ honorē, afferte dño gloriā nomini eius: adorate dñm in atrio sancto eius.

Vox domini super aquas deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas.

Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.

Vox dñi confringentis cedros: et confringet dominus cedros libani.

Et cōminuet eos tanq̄ vitulū libani: et dilectus quemadmodū filius unicornium.

Vox domini intercidentis flammā ignis, vox domini concutientis desertum: et cōmouebit dominus desertum cades.

Vox domini preparantis ceruos ⁊ reuelabit cōdensa: et in templo eius omnes dicent gloriam.

Dñs diluuiū inhabitare facit: ⁊ sedebit dominus rex in eternum.

Dñs virtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace. Psalmus.xxix.

Exaltabo te domine q̄m suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

Domine deus meus clamaui ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum.
Psallite dn̄o sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis eius.
Quoniā ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius.
Ad vesperā demorabitur fletus: et ad matutinum leticia.
Ego autē dixi in abundātia mea: non mouebor in eternum.
Domine in voluntate tua: prestitisti decori meo virtutem.
Auertisti faciem tuam a me: et factus sum conturbatus.
Ad te domine clamabo: et ad deū meum deprecabor.
Que vtilitas in sanguine meo: dū descendo in corruptionem.
Nunquid cōfitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam.
Audiuit dn̄s et misert⁹ est mei: dn̄s factus est adiutor meus.
Conuertisti plāctū meū in gaudium mihi: concidisti saccum meū et circundedisti me leticia.
Vt cātet tibi gloria mea et non cōpungar: dn̄e deus meus in eternū confitebor tibi. Gloria pa. Sicut.
An. Adorate dominum in aula sancta eius. Psalm. xxx.

In te domine speraui nō confundar in eternum: in iusticia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.
Esto mihi in deum protectorem: et in domum refugij, vt saluum me facias.
Quoniam fortitudo mea et refugium meū es tu: et propter nomen tuum deduces me et enutries me.
Educes me de laqueo quē absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.
In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis.
Odisti obseruantes vanitates: superuacue.
Ego autem in dn̄o speraui: et exultabo et letabor in mīa tua.
Quoniam respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus animam meam.
Nec cōclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spacioso pedes meos.
Miserere mei dn̄e quoniam tribulor conturbatus est in ira oculus meus, anima mea et venter meus.
Quoniā defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus.
Infirmata est in pauptate virtus mea: et ossa mea conturbata sunt.
Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium: vicinis meis valde, et timor notis meis.
Qui videbant me foras fugerunt a me: obliuioni datus sum tanquā mortuus a corde.
Factus sum tanq̄ vas perditum: q̄m audiui vituperacionem multorum commorātium in circuitu.
In eo dum conuenirent simul aduersum me: accipere animam meā consiliati sunt.
Ego autem in te speraui, domine

dixi deus meus es tu:in manibus tuis sortes mee.
Eripe me de manu inimicorū meorum:et a persequentibus me.
Illustra faciem tuam super seruū tuum,saluum me fac in misericordia tua domine:non confūdar quoniam inuocaui te.
Erubescāt impii et deducantur in infernū:muta fiāt labia dolosa.
Que loquūtur aduersus iustū iniquitatē: in superbia et in abusione
Quam magna multitudo dulcedinis tue domine : quam abscondisti timentibus te.
Perfecisti eis qui sperant in te : in conspectu filiorum hominum.
Absconde eos in abscondito faciei tue: a conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum.
Benedictus dominus: quoniā mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita.
Ego autem dixi in excessu mentis mee:proiectus sum a facie oculorū tuorum.
Ideo exaudisti vocem orationis mee:dum clamarem ad te.
Diligite dominum omnes sancti eius:quoniam veritatem requiret dominus,et retribuet abūdāter facientibus superbiam.
Viriliter agite et confortetur cor vestrū oēs qui speratis in dn̄o.
Gloria pri Sicut erat. ps.xxxi.
Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.
Quoniā tacui inueterauerunt ossa mea:dum clamarem tota die.
Quoniā die ac nocte grauata est super me manus tua:conuersus sum in erūna mea dū configitur spina.
Delictū meū cognitum tibi feci:et iniusticiam meā non abscondi.
Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meā domino:et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te oīs sanctus: in tempore opportuno.
Verūtamē in diluuio aquarū multarū:ad eū nō approximabunt.
Tu es refugiū meum a tribulatione que circundedit me:exultacio mea erue me a circundantibus me.
Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris:firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus: in quibus non est intellectus.
In chamo et freno maxillas eorū cōstringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris:sperantem autem in domino misericordia circundabit.
Letamini in domino et exultate iusti:et gloriamini oēs recti corde.
Gloria patri. ān In tua iusticia libera me domine. Psalmus.xxxii.
Exultate iusti in domino: rectos decet laudatio.
Cōfitemini dn̄o in cythara:in psalterio decē cordarū psallite illi.
Cātate ei canticum nouum : bene psallite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbũ domini: et omnia opera eius in fide.
Diligit misericordiã et iudicium: misericordia dñi plena est terra.
Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum
Congregans sicut in vtere aquas maris: ponẽs in thesauris abissos.
Timeat dominũ omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.
Quoniam ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt.
Dñs dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorũ: et reprobat consilia principum.
Consilium autem dñi in eternum manet: cogitationes cordis eius in generatiõe et generationem.
Beatus gens cuius est dominus deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi.
De celo respexit dominus: vidit omnes filios hominum.
De preparato habitaculo suo: respexit super omnes qui habitant terram.
Qui finxit singillati corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.
Non saluatur rex per multam virtutem: et gygas non saluabitur in multitudine virtutis sue.
Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis sue non saluabitur.
Ecce oculi domini super metuẽtes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius.
Ut eruat a morte animas eorum: et alat eos in fame.
Anima nostra sustinet dñm: quoniam adiutor et protector noster est.
Quia in eo letabitur cor nostrũ: & in noie sancto eius sperauimus.
Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum sperauimus in te. Psalmus. xxxiii.
Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.
In dño laudabitur aĩa mea: audiant mansueti et letentur.
Magnificate dñm mecum: et exaltemus nomen eius in idipsum.
Exquisiui dominum et exaudiuit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
Accedite ad eũ & illuminamini: et facies vestre nõ confundentur.
Iste pauper clamauit & dñs exaudiuit eũ: et ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.
Inmittit angelus dñi in circuitu timẽtiũ eũ: et eripiet eos.
Gustate et videte qm̃ suauis est dñs: beatus vir qui sperat in eo.
Timete dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.
Diuites eguerunt et esurierunt: inquirentes autem dominum nõ minuentur omni bono.
Venite filii audite me: timorẽ domini docebo vos.
Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos.
Prohibe linguam tuam a malo: et labia tua ne loquantur dolum.
Diuerte a malo et fac bonum: inquere pacem et persequere eam.

Oculi domini sup iustos: et aures eius ad preces eorum.
Uultus autem domini super facientes mala: vt perdet de terra memoriam eorum.
Clamauerũt iusti ⁊ dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.
Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit.
Multe tribulationes iustorũ: ⁊ de omnibus his liberauit eos dñs.
Custodit dñs omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorum pessima: et qui oderunt iustum delinquent.
Redimet dominus animas seruorum suorum: ⁊ non delinquet omnes qui sperant in eo.
Gloria patri. An. Rectos decet collaudatio. Psalmus. xxxiiii.

Iudica dñe nocentes me: expugna impugnantes me.
Apprehende arma ⁊ scutũ: ⁊ exurge in adiutorium mihi.
Effunde frameam ⁊ conclude aduersus eos qui persequũtur me: dic anime mee salus tua ego sum.
Confundantur et reuereantur: q̃rentes animam meam.
Auertantur retrorsũ ⁊ cõfundantur: cogitantes mihi mala.
Fiãt tanq̃ puluis ante faciem vẽti: ⁊ angelus dñi coarctans eos.
Fiat via illorũ tenebre ⁊ lubricũ: et angelus dñi persequens eos.
Quõ gratis absconderunt mihi interitũ laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.
Ueniat illi laqueus quẽ ignorat: et captio quã abscondit apprehendat eũ ⁊ laqueum cadat in ipsum.
Aĩa autem mea exultabit in dño: ⁊ delectabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent: dñe quis similis tibi.
Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum ⁊ pauperem a diripientibus eum.
Surgẽtes testes iniqui: que ignorabam interrogabant me.
Retribuebãt mihi mala pro bonis: sterilitatem anime mee.
Ego autem cum mihi molesti essẽt: induebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio animã meam: et oratio mea in sinu meo conuertetur.
Quasi proximũ et quasi fratrẽ nostrum sic cõplacebã: quasi lugens ⁊ contristatus sic humiliabar.
Et aduersum me letati sunt ⁊ conuenerunt: cõgregata sunt super me flagella et ignoraui.
Dissipati sunt nec cõpuncti tentauerunt me, subsãnauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.
Dñe quãdo respicies restitue aĩam meam a malignitate eorum: a leonibus vnicam meam.
Cõfitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te.
Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique: qui oderunt me gratis ⁊ annuũt oculis.
Quoniã mihi quidem pacifice loquebantur: et in iracũdia terre loquentes dolos cogitabant.

Et dilatauerunt super me os suũ: dixerunt euge euge viderunt oculi nostri.

Vidisti domine ne sileas: domine ne discedas a me.

Exurge ⁊ intende iudicio meo deus meus: et dominus meus in causam meam.

Iudica me secundum iusticiam tuam domine deus meus: et non supergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus suis, euge euge anime nostre: nec dicãt deuorabimus eum.

Erubescant ⁊ reuereãtur simul: qui gratulantur malis meis.

Induantur confusione et reuerentia: qui maligna loquũtur sup me.

Exultent et letentur qui volunt iusticiam meam: et dicant semper magnificetur dominus qui volunt pacem serui eius.

Et lingua mea meditabitur iusticiam tuam: tota die laudem tuam.

Psalmus. xxxv.

Dixit iniustus vt non deliquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius.

Quoniam dolose egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.

Verba oris ei⁹ iniquitas ⁊ dolus: noluit intelligere vt bene ageret.

Iniquitatẽ meditatus est in cubili sue: astitit enim omni vie non bone, maliciam autem non odiuit.

Domie in celo misericordia tua: ⁊ veritas tua vsq; ad nubes.

Iusticia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa.

Homines et iumenta saluabis domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.

Filii autem hominum: in tegmine alarum tuarum sperabunt.

Inebriabuntur ab vbertate dom⁹ tue: et torrente voluptatis tue potabis eos.

Quoniam apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen.

Pretende misericordiam tuã sciẽtibus te: et iusticiam tuam his qui recto sunt corde.

Non veniat mihi pes superbie: et manus peccatoris nõ moueat me.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare. Gloria. Expugna i pugnantes me. Psalmus. xxxvi.

Noli emulari in malignãtib⁹: neq; zelaueris facientes iniquitatem.

Quoniã tanq̃ fenum velociter arescent: et quemadmodũ oleta herbarum cito decident.

Spera in domino et fac bonitatẽ: et inhabita terrã et pasceris in diuitiis eius.

Delectare in domino: ⁊ dabit tibi peticiones cordis tui.

Reuela domino viam tuam: ⁊ spera in eo et ipse faciet.

Et educet quasi lumen iusticiam tuam: et iudiciũ tuũ tanq̃ meridiem, subditus esto dño et ora eum.

Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua: ⁊ in homine faciente iniusticias.

Desine ab ira et derelinque furorem: noli emulare vt maligneris.

Quoniã qui malignantur exterminabuntur: sustinẽtes autem dominum ipsi hereditabunt terram.

Et adhuc pusillum & non erit peccator: et queres locum eius et non inuenies.

Mansueti autẽ hereditabunt terram: et delectabuntur in multitudine pacis.

Obseruabit peccator iustũ: et stridebit super eum dentibus suis.

Dñs autem irridebit eũ: quoniam prospicit q̄ veniat dies eius.

Gladium euaginauerũt peccatores: intenderunt arcum suum.

Ut decipiant pauperẽ et inopem: vt trucident rectos corde.

Gladius eorũ intret in corda ipsorum: et arcus eorũ cõfringatur.

Melius est modicum iusto: super diuitias peccatorum multas.

Quoniã brachia peccatorũ cõterẽtur: cõfirmat autem iustos dñs.

Nouit dñs dies immaculatorum: et hereditas eorũ in eternũ erit.

Non cõfundentur in tempore malo: et in diebus famis saturabũtur quia peccatores peribunt.

Inimici vero dñi mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficiẽtes quemadmodũ fumus deficient.

Mutuabitur peccator et nõ soluet: iustus autẽ miseretur et tribuet.

Quia benedicẽtes ei hereditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt.

Apud dñm gressus hominis dirigetur: et viam eius volet.

Cum ceciderit iustus non collidetur: quia dominus supponit manum suam.

Iunior fui etenim senui, et nõ vidi iustum derelictum: nec semen eius querens panem.

Tota die miseretur et commodat: et semen eius in benedictione erit.

Declina a malo, et fac bonum: et inhabita in seculum seculi.

Quia dominus amat iudicium: et non derelinquet sãctos suos, in eternum conseruabuntur.

Iniusti punientur et semen impiorum peribit.

Iusti autem hereditabũt terram: et inhabitabunt in seculum seculi super eam.

Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium.

Lex dei eius in corde ipsius: & non supplantabitur gressus eius.

Cõsiderat peccator iustum: & querit mortificare eum.

Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

Expecta dominum et custodi viã eius, et exaltabit te vt hereditate capias terram: cum perierint peccatores videbis.

Uidi impium super exaltatum: et eleuatum sicut cedros libani.

Et transiui & ecce non erat: quesiui eũ et non est inuentus locus eius.

Custodi innocentiam & vide equitatem: quoniam sunt reliquie homini pacifico.

Iniusti autem disperibunt simul: reliquie impiorum interibunt.

Salus autẽ iustorum a domino: et protector eorum est in tempore

tribulationis.
Et adiuuabit eos dominus & liberabit eos: et eruet eos a peccatoribus & saluabit eos, quia sperauerunt in eo. Psalmus. xxxvii.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me.
Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.
Miser factus sum & curuatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.
Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt: vanitates et dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus.
Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt & confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum: domine deus salutis mee.
Gloria pa. Reuela domino viam tuam. ℣. Domine in celo misericordia tua. ℟. Et veritas tua usque ad nubes. Lectiones & responsoria de eadem feria. ante lau. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodum sperauimus in te. Iste. ℣. dicante laudes in omnibus feriis a. Domine ne in ir. usque ad. xl. Et a. Deus omnium usque ad aduentum domini quando de feria agitur. In laudibus. Psalmus. l.

Miserere mei deus: secundum magnã misericordiam tuam
Et secundum multitudinẽ miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meã ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccaui & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibꝰ tuis, et vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.
Asperges me domie ysopo & mũdabor: lauabis me et super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiũ & leticiam: et exultabunt ossa humiliata
Auerte faciẽ tuã a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus: et spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: et spiritũ sanctũ tuũ ne auferas a me.
Redde mihi leticiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiam tuam.
Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtiqꝫ olocaustis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem.
Tunc acceptabis sacrificiũ iusticie oblationes et olocausta: tunc imponent super altare tuũ vitulos.
Gloria patri. an. Miserere mei deꝰ
ps. v. Verba mea ptis to.ii.at. Intellige clamorẽ meũ dñe. an. Deus deꝰ meꝰ ad te de luce vigilo. ps Ipsũ
Confitebor tibi dñe quoniam iratus es mihi: cõuersus est furor tuus et cõsolatus es me.
Ecce deus saluator meus: fiducialiter agam et non timebo.
Quia fortitudo mea et laus mea dñs: & factus est mihi in salutem.
Haurietis aquas i gaudio de fontibus saluatoris: et dicetis in illa die confitemini domino et inuocate nomen eius.
Notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniam excelsum est nomen eius.
Cantate domino quoniam magnifice fecit: annunciate hec in vniuersa terra.
Exulta et lauda habitatio syon: qꝛ magnꝰ in medio tui sanctus israel.
Gloria patri & filio: & spũi sancto.
Sicut erat. an. Conuersus est furor tuus domine, et consolatus es me. an. Laudate dominum de celis
ps. Ipsum. Capit.

Vigilate et orate, state in fide: viriliter agite et cōfortamini: & oia vr̃a in caritate fiant. Ho cp̄. Dz olbus fer. ad lau. a Domie ne in ira. vsqz ad caput ieiunii: et a Deus oim. vsqz ad aduentum dn̄i quā do de fer. agitur. a Domie ne i ira. vsqz ad .xl. quando de .ii. fer. agitur dicitur ad lau. sequens Hymnus.

Splendor paterne glorie, de luce lucem proferens: lux lucis et fons luminis, dies diem illuminans.

Verusqz sol illabere, micans nitore perpeti: iubarqz sancti spiritus i-funde nostris sensibus.

Votis vocemur te patrē, patrem perennis glorie: patrem potentis gracie, culpam releget lubricam.

Informet actus strennuos, dentem retūdat inuidi: casus secundet asperos, donet gerendi gratiam.

Mentem gubernet et regat, casto fideli corpore: fides calore feruëat, fraudis venena nesciat.

Christusqz nobis sit cibus, potusqz noster sit fides: leti bibamus sobrie, ebrietatem spiritus.

Letus dies hic transeat, pudor sit vt diluculum: fides velut meridies crepusculum mens nesciat.

Aurora cursis prouehit, aurora totus prodeat; in patre totus filius, et totus in verbo pater.

Deo patri sit gloria, eiusqz soli filio: cū spū paraclito, & nūc et in perpetuū. Amen. V. In matutinis dn̄e meditabor in te. R. Qz fuisti adiutor me. Per esta. dz hi. Ecce iā no ctis. V. In matutinas. Iste V. dz omi fer. ad lau. a. Dn̄e ne in ira. vsqz ad xl. et a. Deꝰ oim. vsqz ad aduen. dn̄i qn̄ de feria agitur. an. Benedictus deus israel. ps. Ipsum. Deinde dicantur preces feriales hoc modo.

Kyrie eleyson. iii. Christe eleyson. iii. Kyrie eleysō. iii. Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera.

Ego dixi domine miserere mei. Sana animam meam quia peccaui tibi.

Conuertere dn̄e vsqzquo. Et deprecabilis esto super seruos tuos.

Fiat misericordia tua domine super nos. Quemadmodum sperauimus in te.

Sacerdotes tui induantur iusticiam. Et sancti tui exultent.

Dn̄e saluū fac regem. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

Saluos fac seruos tuos & ācillas tuas. Deus meus sperantes in te.

Saluū fac populū tuum dn̄e: & benedic hereditati tue. Et rege eos & extolle illos vsqz in eternum.

Domine fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus pro fidelibus defunctis. Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis.

Exaudi dn̄e vocem meam qua clamaui ad te. Miserere mei et exaudi me. ps. Miserere mei. totus ps. dicatur sine nota cum Gloria pa. et Sicut erat. Finito ps. solus sacer. erigat se: et ad gradū cho. accedat s. ad mat. & ad ves. sūc dicēdo hos V.

Exurge dn̄e adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum.

Dn̄e deus virtutū cōuerte nos.

Et ostēde faciē tuā et salui erimus. Dñe exaudi. Et clamor. Dñs vo. Et cū spū tuo. Orem⁹. In aduē. dñi qn de fer. agit: dicāt mēo. ad mat. ān Spiritussāct⁹ in te descēdet maria: ne timeas habēs in vtero filiū dei alleluya. ℣. Egredietur virga de radice iesse. ℟. Et flos de radice eius ascendet. Oratio.

Deus q̄ de beate marie virginis vtero verbū tuū āgelo nunciāte carnē suscipere voluisti: p̄sta supplicib⁹ tuis, vt q̄ vere eā dei genitricē credim⁹: ei⁹ apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per eundē christum. Mēo. de ōnib⁹ sctis. ān. Ecce domin⁹ veniet ⁊ ōnes sācti ei⁹ cū eo: et erit i die illa lux magna alleluya. ℣. Ecce apparebit dominus super nubē candidam. ℟. Et cum eo sanctorum milia. Oratio

Conscientias nr̄as q̄sumus dñe visitādo purifica vt veniens ies⁹ christus filius tuus dominus nr̄ cum omnibus sanctis: paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecū vi. ⁊c. Ad vesperas. ⁊c. Ab octaua scti stephani vsq; ad puri. quotidie fiat mēo. de sctā maria: de quacūq; fiat seruit. tā ad vesp. q̄ ad matu. nisi i vigi. epiphanie et in die eiusdē In fest. ix. lectionū ⁊ ifra octauas ⁊ in octaua quādo cho. regitur. Et in dominica do. ad vtrasq; vesperas cū hac. ān. Quādo nat⁹ es ineffabiliter ex v̄gine tūc iplete sunt scripture: sicut pluuia in vellus descēdisti vt saluū faceres gen⁹ humanū, te laudamus de⁹ nr̄. Et ad mat. cū hac. ān. Ecce maria genuit nobis saluatorē: quem iohannes videns exclamauit dicens: ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi alleluya. In fer. v̄o ⁊ in fes. iii. lec. sine reg. cho. ad ves. dr̄ hec. ān. Rubū quē viderat moyses incombustū conseruatā agnouimus tuā laudabilē virginitatē dei genitrix itercede p̄ nobis. Et ad matu. cū hac. ān. Germinauit radix iesse orta est stella ex iacob: v̄go peperit saluatorē: te laudam⁹ de⁹ nr̄. Et ad matu. dr̄ sēp ℣ Post partū. Et ad ves. dr̄ ℣. Specios⁹ forma p̄ filiis hominū. ℟. Diffusa est grati i labiis tuis. Nō dicit vlteri⁹. Oratio

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecūda hūano generi p̄mia p̄stitisti: tribue q̄sum⁹, vt ipsā pro nobis intercedere sētiam⁹: per quā meruim⁹ auctorem vite suscipere dominum nostrū iesum christū filiū tuum. Deinde fiat mēo. de oib⁹ sanctis in fer. ⁊ in fes. sine regi. cho. ad ve. ⁊ ad matu. post puri. vero ad matu. dr̄ hec. ān Beata mater ⁊ innupta virgo gloriosa regina mūdi: intercede p̄ nobis ad dn̄m. ℣. Post partū. Orō Famulorū. vel orō. Omnipo. sempiterne deus. vt posteri⁹ patet. Non dicit. orō Cōcede quesum⁹ misericors deus. ad mēo. de sctā maria nisi ad procetiū. Mēo. de oib⁹ sctis. Ad matu. ān Exultabūt. ℣. Mirabilis. Oratio. Infirmitatem. vel oratio. Omnium sanctorum. vel oratio. Uide domine. vel oratio. Tribue. Post purificationem ad mēo. de sctā maria dicitur. ān. e. sicut post historiam. Deus oim. Et etiā de oib⁹. sctis. ad vel. et

ad memo. de pasc. tpe. Fer. scda post oct. trinitatis et ab hinc. usq ad adue. dñi: tam in fer. q̄ in fes. iii. lectio. sine regi. cho. et in octa. & infra q̄n cho. nō regit dicant he tres memo. scz de cruce, de sctā maria: & de oib⁹ sctis. Cum vero in fes. iii. lect. aliqd fes. contig. tunc in primis fiat memo. de sctō: & postea memo. supradicte. Per oct vero reliquiarū: siue de sctis siue de fer. semper fiat in primis memo. de cruce. Ad matutinas āN Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi. Vers. Omnis terra adoret te deus et psallat tibi. Res. Psalmū dicat nomini tuo. Oratio

Deus qui sanctam crucē tuam ascendisti & mundi tenebras illuminasti: tu corda et corpora nostra illuminare digneris saluator mundi. Qui viuis et regnas cū deo. Vel oratio.

Perpetua quesumus dñe pace custodi: quos per lignum sancte crucis redimere dignat⁹ es saluator mundi. Qui viuis et regnas cum deo. Memoria de sancta maria ad matutinas. āN. Beata mater et innup. ut prime supra. ℣ Post partum virgo. Oratio

Adesto nobis domine deus noster: & quos sancte crucis letari facis honore: eius quoq perpetuis defende subsidiis. Per christum dominum. Vel Oratio.

Famulorum tuorum quesumus dñe delictis ignosce ut qui tibi placere de actib⁹ nostris non valemus: genetricis filii tui domini dei nostri intercessione saluemur. Per eū. Vel Oratio

Omnipotens sempiterne deus nos famulos tuos dextera tue potētie a cunctis protege periculis: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione, fac nos presenti gaudere prosperitate et futura. Per christū dñm. Nō dr. Oro. Cōcede q̄s mi. ad memo. de sancta maria per totū annū, sed ad pres. et ad completo. de ea tm̄. Mēo. de oib⁹ sctis ad matut. āN. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Vers. Mirabilis deus in sanctis suis. Resp. Et gloriosus in maiestate sua. Oratio

Infirmitatem nostram quesum⁹ dñe propicius respice: ut mala ōnia que iuste meremur omnium sanctorum tuorū intercessione auerte. Per. Vel Oratio

Omnium sanctorū tuorū quesumus dñe intercessione placatus: et veniam delictorum nobis tribue, et remedia sempiterna concede. Per. Vel oratio

Vide dñe infirmitates nr̄as et intercedētibus oib⁹ sāctis tuis: celeri nobis pietate succurre. Per. Vel oratio

Tribue q̄s dñe oēs sctōs tuos iugiter orare pro nobis: et eos semp clemēter audire digneris. Per. Mēo. de cruce ad ves. āN.

Salua nos christe saluator per virtutē sctē crucis qui saluasti petrum in mari miserere nobis. Vers. Ōis terra. Vel. āN. Per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. Vel āN. Adoramus te christe et benedicimus tibi: q̄r per crucem tuam redemisti mundum. Ver. Omnis terra. Oro vts ad matut. Mēo.

de sctã maria ad vs. ãn. Sãcta ma-
ria ergo intercede p toto mũdo q̃a
genuisti regẽ orbis. Sãcta dei ge
nitrix virgo sẽp maria. Vel ãn. sãc-
ta dei genitrix virgo sẽp maria: int-
cede p nobis ad dominũ deũ nostrũ
℣. Post ptũ. Vel. ãn. In ple mat-
i ptu virgo: gaude & letare pia mat
domini. ℣. Sctã dei ge. Orõ vts ad
mat. Mẽo. de oib⁹ sctis ad vesp. ãn.
Sãcte dei oẽs q̃ estis consortes sup-
norum ciuiũ: itercedite p nobis. ℣.
Letamini. vel. Exultẽt. vel. ãn. Oẽs
electi dei nr̃i mẽoramini ãte deũ: vt
vestris p̃cib⁹ adiuti mereamur vo-
bis adiũgi. ℣. Leta. vel. Exult. Vel
ãn. Sãctorũ precibus cũctorum red
de salutẽ, corporis & aie christe tu-
is famulis. ℣. Letami. Vel ãn.
O q̃p gloriosũ est regnũ in quo cum
christo gaudẽt oẽs sãcti amicti sto-
lis albis: sequũtur agnũ quocũq3 ie
rit. ℣. Letam. Isti duo ℣. ad mẽo. de
oibus sctis nõ variantur nisi cũ ℣.
Letami. ad primas vesp. dr: tunc ad
mẽo. de oib⁹ sctis dicet ℣. Exultent
Sitr r ad mat. qñ ℣. Mirabilis d. dr
in lau. tũc ad mẽo. de oibus sctis di
cet ℣. Iustorũ aie. Qd̃ p totũ ãnũ ob
seruet: nisi i aduẽ. & i tpe pas. Orõ
vt supra ad matu. Feria. iii. ad-
matu. Inuit. Iubilem⁹ deo saluta-
ri nostro. ps. Venite. a. domine ne i i
ra. sicq3 ad. xl, quando de .iii. feria agi
t dicit ad matu. sequens hymnus.

Consors paterni luminis, lux
lucis ipse & dies: noctẽ canẽ-
do rũpim⁹, assiste postulãtibus.
Aufer tenebras mẽtiũ fuga catuas
demonum, expelle sumnolentiam,
ne pigritantes obruat.
Sic christe nobis oib⁹, indulgeas
credentibus: vt prosit exorantibus,
quod precinentes psallimus.
Presta pater piissi. Per estatem.
himnus. Nocte fur. ps. xxxviii.



Dixi custodiã vias meas:
vt non delinquam in lin-
gua mea.
Posui ori meo custodiã:
cum consisteret peccator aduersum
me.
Obmutui & humiliat⁹ sum: & silui
a bonis, et dolor me⁹ renouat⁹ est.
Cõcaluit cor meũ itra me: & in me-
ditatione mea exardescet ignis.
Locutus sum in lingua mea: notũ
fac mihi dñe finẽ meum.
Et numerum dierũ meorũ qui est:
vt sciam quid desit mihi.
Ecce mensurabiles posuisti dies
meos: & substantia mea tanq̃ nihi-
lum ante te.
Verũtamẽ vniuersa vanitas: om-
nis homo viuens.
Verũtamẽ in imagine pertransit
homo: sed et frustra conturbatur.
Thesaurizat: et ignorat cui cõgre-
gabit ea.
Et nunc q̃ est expectatio mea, nõne
dñs: & substantia mea apud te est.
Ab omnibus iniquitatibus meis
erue me: opprobrium insipienti de-
disti me.
Obmutui et non aperui os meum
quoniã tu fecisti; amoue a me pla-
gas tuas.
A fortitudine manus tue ego defe-
ci: in increpationibus propter ini-

quitatē corripuisti hominem.

Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: verū tamen vane cōturbatur omnis homo.

Exaudi orationē meam domine: et deprecationē meam auribus percipe lachrymas meas.

Ne sileas quoniā aduena ego sum apud te: et peregrinus sicut omnes patres mei.

Remitte mihi vt refrigerer priusq̄ abeā: & āplius nō ero. Ps. xxxix.

Expectans expectaui dominū: et intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis.

Et statuit supra petrā pedes meos: et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum nouum: carmen deo nostro.

Videbūt multi et timebunt: & sperabunt in domino.

Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit i vanitates et insanias falsas.

Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annunciaui et locutus sum: multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium et oblationem noluisti: aures autē perfecisti mihi.

Holocaustum & pro peccato nō postulasti: tunc dixi ecce venio.

In capite libri scriptū est de me, vt facerem voluntatem tuā deus meus volui: et legem tuā in medio cordis mei.

Annunciaui iusticiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea nō prohibebo domine tu scisti.

Iusticiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiā tuā et veritatē tuā: a cōsilio multo.

Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circundederūt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates mee, et non potui vt viderem.

Multiplicate sunt sup capillos capitis mei: & cor meū dereliquit me.

Complaceat tibi dn̄e vt eruas me: dn̄e ad adiuuandū me respice.

Confundantur et reuereantur simul qui querunt animam meam: vt auferant eam.

Conuertantur retrorsum et reuereantur: qui volunt mihi mala.

Ferant cōfestim cōfusionem suam: qui dicunt mihi euge euge.

Exultent et letentur super te omnes querentes te: et dicant semper magnificetur domin⁹ qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum et pauper: dominus sollicitus est mei.

Adiutor meus et protector meus es tu: deus meus ne tardaueris.

Gloria patri. Añ. Ut non delinquā in lingua mea. Psalmus. xl.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dominus.

Dominus conseruet eum et viuifi

cet eum et beatū faciat eum in terra: et non tradat eum in animā inimicorum eius.
D ñs opem ferat illi super lectum doloris ei⁹: vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius.
E go dixi dñe miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi.
I nimici mei dixerunt mala mihi: quādo morietur & peribit nomē eius
E t si ingrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi.
E grediebatur foras: & loquebatur in idipsum.
A duersum me susurrabāt omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.
V erbum iniquum constituerūt aduersum me: nūquid qui dormit non adiiciet vt resurgat.
E tenī homo pacis mee i quo sperauī qui edebat panes meos: magnificauit sup me supplantationē.
T u autem domine miserere mei: et resuscita me et retribuam eis.
I n hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.
M e autem propter innocentiā suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in eternum.
B enedictus dñs deus israel: a seculo & in seculū fiat fiat. ps. xli.
Q uemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te deus.
S itiuit anima mea ad deum fontem viuum: quādo veniam et apparebo ante faciem dei.
F uerūt mihi lachrymme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus.
H ec recordatus sū et effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsqȝ ad domum dei.
I n voce exultationis et confessionis: sonus epulantis.
Q uare tristis es anima mea: et quare conturbas me.
S pera in deo quoniam adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.
A d me ipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra iordanis & hermonii a mōte modico.
A bissus abissum inuocat: in voce catharactarum tuarum.
O mnia excelsa tua et fluctus tui: super me transierunt.
I n die mandauit dñs misericordiam suā: et nocte canticū eius.
A pud me oratio deo vite mee: dicā deo susceptor meus es.
Q uare oblitus es mei: et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus.
D um confringuntur ossa mea, et exprobrauerunt mihi: qui tribulant me inimici mei.
D um dicūt mihi per singulos dies vbi est deus tuus.
Q uare tristis es anima mea: et quare conturbas me.
S pera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, et deus meus.
G loria pri an. Sana domine aiam meam

quia peccaui tibi. Iste psalmus nõ dicit ad noct. ps. xlii. Iudica me deus et discerne. Psalmus. xliii.

Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis.

Opus quod operatus es in diebus eorum: et in diebus antiquis.

Manus tua gentes disperdidit et plantasti eos: afflixisti populos et expulisti eos.

Nec enim i gladio suo possederunt terram: et brachium eorum nõ saluauit eos.

Sed dextera tua et brachium tuum et illuminatio vultis tui: quoniam complacuisti in eis.

Tu es ipse rex meus et deus me⁹: qui mandas salutes iacob.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu: et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me.

Saluasti enim nos de affligentibus nos: et odientes nos cõfudisti.

In deo laudabimur tota die: et in noie tuo cõfitebimur tibi in seculũ.

Nunc autem repulisti et confudisti nos: et non egredieris deus in virtutibus nostris.

Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: et qui oderunt nos diripiebant sibi.

Dedisti nos tanq̃ oues escarũ: et in gentibus dispersisti nos.

Vendidisti populum tuũ sine precio: et non fuit multitudo in commutationibus eorum.

Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannationẽ et derisũ his qui in circuitu nostro sunt.

Posuisti nos in similitudinẽ gentibus: cõmotionẽ capitis in populos.

Tota die verecundia mea contra me est: & confusio faciei mee cooperuit me.

A voce exprobrãtis et obloquẽtis: a facie inimici et persequentis.

Hec omnia venerũt super nos nec obliti sumus te: et inique non egimus in testamento tuo.

Et non recessit retro cor nostrũ: & declinasti semitas nr̃as a via tua.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos vmbra mortis.

Si obliti sumus nomẽ dei nostri: et si expandim⁹ manus nostras ad deum alienum.

Nonne deus requiret ista: ipse eni nouit abscondita cordis.

Quoniã propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis.

Exurge quare obdormis dñe: exurge et ne repellas in finem.

Quare faciem tuã auertis: obliuisceris inopie nostre, et tribulationis nostre.

Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: cõglutinatus est in terra venter noster.

Exurge dñe adiuua nos: et redime nos ppter nomẽ tuũ. ps. xliiii.

Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribe: velociter scribentis.

Speciosus forma pre filiis homi-
nũ: diffusa est gratia in labiis tuis
ppterea benedixit te de9 in eternũ
Accingere gladio tuo super femur
tuum: potentissime.
Specie tua et pulchritudine tua:
intẽde prospere procede & regna.
Propter veritatem et mansuetu-
dinem et iusticiã: et deducet te mi-
rabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute: populi sub te
cadent in corda inimicorum regis.
Sedes tua deus in seculum seculi:
virga directionis virga regni tui.
Dilexisti iusticiã et odisti iniqui-
tatẽ: propterea vnxit te deus deus
tu9 oleo leticie pre consortib9 tuis
Mirra et gutta et cassia a vestimẽ-
tis tuis a domib9 eburneis: ex qui-
bus delectauerũt te filie regum in
honore tuo.
Astitit regina a dextris tuis in ve-
stitu deaurato: circũdata varietate
Audi filia et vide & inclina aurem
tuam: et obliuiscere populum tuũ,
et domum patris tui.
Et concupiscet rex decorem tuum:
quoniam ipse est dominus deus tu
us et adorabunt eum.
Et filie tyri in muneribus: vultũ
tuum deprecabuntur omnes diui-
tes plebis.
Omnis gloria eius filie regis ab
intus in fimbriis aureis: circum
amicta varietatibus.
Adducentur regi virgines post e-
am: proxime eius afferentur tibi.
Afferentur in leticia et exultatio
ne: adducentur in templum regis.
Pro patribus tuis nati sunt tibi fi
lii: constitues eos principes sup om
nem terram.
Memores erunt nois tui dñe: in õ-
ni gñatione & generationem.
Propterea populi cõfitebuntur ti-
bi in eternum: et in seculum seculi.
Gloria pri. an. Eructauit cor meũ
verbum bonum. Psalmus. xlv.

Deus noster refugiũ et virt9:
adiutor in tribulatiõibus que
inuenerunt nos nimis.
Propterea non timebimus dũ tur
babitur terra: et transferentur mõ-
tes in cor maris.
Sonuerunt et turbate sunt aque
eorum: conturbati sunt montes in
fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuita
tem dei: sanctificauit tabernaculũ
suum altissimus.
Deus in medio eius non commo-
uebitur: adiuuabit eam deus ma-
ne diluculo.
Conturbate sunt gentes et incli-
nata sunt regna: dedit vocem suã
mota est terra.
Dominus virtutũ nobiscum: sus-
ceptor noster deus iacob.
Venite et videte opera dñi: que
posuit prodigia super terram.
Auferens bella vsq3 ad finem ter-
re: arcum cõteret et confringet ar-
ma, et scuta comburit igni.
Vacate et videte quoniã ego sum
dñs: exaltabor in gentibus et exal
tabor in terra.
Dñs virtutũ nobiscum: susceptor
noster deus iacob. Psalmus. xlvi.

Omnes gentes plaudite mani-
bus: iubilate deo in voce ex-

ultacionis.
Quoniam dñs excelsus terribilis: rex magnus super omnem terram.
Subiecit populos nobis: et gẽtes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatem suam: speciem iacob quem dilexit.
Ascendit deus in iubilo: et domin⁹ in voce tube.
Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite.
Quoniam rex omnis terre deus: psallite sapienter.
Regnabit deus super gentes: deus sedet super sedẽ sanctam suam.
Principes populorum congregati sunt cum deo abrahã: quoniam dii fortes terre vehementer eleuati sũt
Gloria patri. ãn. Adiutor in tribulationibus. Psalmus. xlvii.
Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius.
Fũdatur exultacione vniuerse terre, mons syon latera aquilonis: ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipit eam.
Quoniam ecce reges terre cõgregati sunt: conuenerunt in vnum.
Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt commoti sunt: tremor apprehendit eos.
Ibi dolores vt parturiẽtis: in spũ vehementi cõteres naues tharsis.
Sicut audiuim⁹ sic vidimus in ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in eternum.
Suscepimus deus misericordiã tuam: in medio templi tui.
Scdm nomen tuũ deus sic et laus tua in fines terre: iusticia plena est dextera tua.
Letetur mons syon et exultent filie iude: propter iudicia tua dñe.
Circundate syon et cõplectimini eam: narrate in turribus eius.
Ponite corda vestra in virtute eius: et distribuite domos eius vt enarretis in progenie altera.
Quoniam hic est deus deus noster in eternum: et in seculum seculi ipse reget nos in secula. Psal. xlviii.
Audite hec omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem.
Quicq; terrigene et filii hominũ: simul in vnum diues et pauper.
Os meum loquetur sapientiam: et meditatio cordis mei prudentiam.
Inclinabo in parabolam aurẽ meam: aperiam in psalterio propositionem meam.
Cur timebo in die mala iniquitas: calcanei mei circundabit me.
Qui cõfidũt in virtute sua: et in multitudine diuitiarum suarũ gloriãtur.
Frater nõ redimit redimet homo: et nõ dabit deo placationem suam.
Et precium redemptionis anime sue: et laborabit in eternũ et viuet adhuc in finem.
Non videbit interitum cum viderit sapientes morientes: simul insipiens et stultus peribunt.
Et relinquet alienis diuitias suas: et sepulchra eorum domus illorum in eternum.
Tabernacula eorum in progenie

et progenie: vocauerunt nomina sua in terris suis.

Et homo cũ in honore esset nõ intellexit: cõparatus est iumẽtis insipientibus, et similis factus est illis.

Hec via illorum scãdalum ipsis: et postea in ore suo complacebunt.

Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.

Et dominabuntur eorũ iusti in matutino: et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum.

Verũtamẽ deus redimet animam meã de manu iferi: cũ acceperit me

Ne timueris cũ diues factus fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

Qm̃ cũ interierit nõ sumet oĩa: neqȝ descendet cum eo gloria eius.

Quia anima eius in vita ipsi⁹ benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.

Introibit vsque in progenies patrum suorum: et vsque ineternum nõ videbit lumen.

Homo cũ in honore esset nõ intellexit: cõparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis.

Gloria pa. An. Auribus percipite qui habitatis orbem. Psal. xlix.

Deus deorum dñs locutus est: et vocauit terram.

A solis ortu vsqȝ ad occasum: ex syon species decoris eius.

Deus manifeste veniet: de⁹ noster et non silebit.

Ignis in cõspectu ei⁹ exardescet: et in circuitu eius tẽpestas valida.

Aduocauit celũ desursum: et terrã discernere populum suum.

Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

Et annunciabũt celi iusticiã eius: qm̃ deus iudex est.

Audi populus meus et loquar israel: et testificabor tibi, deus deus tuus ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te: olocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiã de domo tua vitulos: neqȝ de gregibus tuis hircos.

Qm̃ mee sunt omnes fere siluarũ: iumenta in montibus et boues.

Cognoui omnia volatilia celi: et pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero nõ dicã tibi: meus est enim orbis terre et plenitudo eius.

Nũquid mãducabo carnes thaurorum: aut sanguinẽ hyrcorum potabo.

Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo vota tua.

Et inuoca me in die tribulationis: et eruam te et honorificabis me.

Peccatori autem dixit deus quare tu enarras iusticias meas: et assumis testamentũ meũ per os tuum.

Tu vero odisti disciplinam: et proiecisti sermones meos retrorsum.

Si videbas furem currebas cum eo: et cum adulteris portionem tuam ponebas.

Os tuum abũdauit malicia: et lingua tua concinnabat dolos.

Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: et aduersus filium matris tue ponebas scandalum, hec fecisti et tacui.

Existimasti inique quod ero tui simi-

lis: arguam te et statuam cōtra faciem tuam.
Intelligite hec qui obliuiscimini deum: nequando rapiat, et non sit qui eripiat.
Sacrificiuz laudis honorificabit me: et illic iter quo ostendā illi salutare dei. Non dicit ad noct. Iste psalmus. L. Miserere. ec. ps. li.
Quid gloriar's i malicia: qui potens es in iniquitate.
Tota die iniusticiā cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.
Dilexisti maliciam super benignitatem: iniquitatem magis q̄ loqui equitatem.
Dilexisti omnia verba precipitationis: lingua dolosa.
Propterea deus destruet te in finem: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viuentium
Videbūt iusti et timebunt et super eum ridebunt et dicent: ecce homo qui non posuit deum adiutorē suū
Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: et preualuit in vanitate sua.
Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in misecordia dei in eternū et in seculum seculi.
Cōfitebor tibi in seculū q̄a fecisti: et expectabo nomē tuū q̄m bonū est i cōspectu sctorū tuorū. Glori. psi an. Deus deorū dn̄s locutus est. V. Immola deo sacrificiū laudis. R. Et redde altissimo vota tua. Fe io V. Fiat mia tu. In lau. ān. Secūdū magnā miā tuā: miserere mei deus ps. Miserere mei deus. ps. xlii.
Iudica me de⁹ et discerne causam meam de gēte non sctā: ab hoīe iniquo et doloso erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti: et quare tristis incedo, dū affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerūt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutē meam.
Confitebor tibi in cythara de⁹ de⁹ meus: quare tristis es anima mea, et quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Gloria. ān. Salutare vultus mei et deus meus. ān. Ad te de luce vigilo. ps. Deus deus me⁹ ad. ¶ Canticū ezechiel. Esa. 28.
Ego dixi in dimidio dierū meorum: vadā ad portas inferi.
Quesiui residuum annorum meorum: dixi non videbo dominum deum in terra viuentium.
Non aspiciam hominem vltra: et habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est et conuoluta est a me: quasi tabernaculū pastorum.
Precisa est velut a texēte vita mea dum adhuc ordirer succidit me.
De mane vsq̄ ad vesperā finies me: sperabā vsq̄ ad mane quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.
De mane vsq̄ ad vesperā finies me: sicut pullus hyrundinis sic clamabo, meditabor vt columba.

Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum.

Domine vim patior respõde pro me: quid dicam aut quid respondebit mihi cum ipse fecerim.

Recogitabo tibi oẽs annos meos: in amaritudine anime mee.

Domine si sic viuitur & in talibus vita spiritus mei, corripies me & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animã meam vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia nõ infern⁹ cõfitebit tibi neqꝫ mors laudabit te: nõ expectabũt qui descẽdũt in lacũ veritatem tuã.

Viuens viuens ipse cõfitebitur tibi sicut et ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Dñe saluũ me fac: et psalmos nostros cantabim⁹ cunctis dieb⁹ vite nostre in domo dñi. Gloria. ãn. Cũctis diebus vite nr̃e saluos fac nos dñe. ãn. In excelsis laudate deũ. ps. Laudate. ꝟ. Vigilate. ℟. Dñe ne i ira. vsqꝫ ad. xl. qñ de iiii. feria agitur: dicitur ad laudes sequens hymnus.

Ales diei nũcius, lucẽ propinquã p̃cinit: nos excitator mẽtiũ, iam christ⁹ ad vitã vocat.

Auferte clamat lectulos, egros sopore desides: castiqꝫ recti ac sobrii vigilate iam sum proximus.

Iesum ciamus vocibus, flentes p̃cantes sobrie: intenta supplicatio dormire cor mundum vetat.

Tu christe somnũ discute, tu rũpe noctis vincula: tu solue peccatũ vetus: nouumqꝫ lumẽ ingere.

Deo patri. ꝟ. In matutinis. ẽp. Vigilate. Per estatẽ hy⁹. Ecce iã noc. ꝟ. In matutinis. ãn. Erexit dñs nobis cornu salutis in domo dauid pueri sui. p̃s. Bñdict⁹. Preces vt ĩ. ii. fer. Orõ vt detet. Cetere. vt s. ¶ Fer. iiii. Inuita. In manu tua dñe. Oẽs fines terre. ps. Venite. ℟. Dñe ne in ira. vsqꝫ ad. xl. qñ de iiii. feria agitur dicitur ad matut. sequẽs. Hymnus.

Rerũ creator optĩe, rectorque noster aspice: nos a quiete noxia, mersos sopore libera.

Te christe sctẽ poscimus, ignosce tu criminibus: ad confitendũ surgimus, morasqꝫ noctis rumpimus.

Mentes manusque tollimus, prophetã sicut nouim⁹: nobis gerendũ precipit palusqꝫ gestis censuit.

Vides malũ quod gessimus, occulta nostra pandimus: preces gemẽtes fundimus, dimitte quod peccauimus. Presta. Per estatẽ hymn. Nocte surgentes. Psalmus. lii.

Dixit insipiẽs in corde suo: non est deus.

Corrupti sunt et abominabiles facti sũt iniquitatibus: non est qui faciat bonum.

Deus de celo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens deum.

Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsqꝫ ad vnum.

Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam vt cibum panis.

Deũ nõ inuocauerũt: illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor.

Quoniam deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt quoniam deus spreuit eos.
Quis dabit ex syon salutare israel cum conuerterit deus captiuitatẽ plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel. Non dicitur ad noct. iste ps. liii. Deus in noie. Psal. liiii.
Exaudi deus orationem meã: et ne despexeris deprecationẽ meam, intende mihi et exaudi me.
Contristat⁹ sum in exercitatiõe mea: et cõturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris.
Quoniam declinauerunt in me iniquitates: et in ira molesti erant mihi.
Cor meũ conturbatũ est in me: et formido mortis cecidit super me.
Timor et tremor venerunt super me: et contexerunt me tenebre.
Et dixi quis dabit mihi pennas sicut colũbe: et volabo et requiescam.
Ecce elongaui fugiens: et mansi in solitudine.
Expectabã eũ qui saluũ me fecit: a pusillanimitate spũs et tẽpestate.
Precipita dñe diuide liguas eorum: quoniam vidi iniquitatem et cõtradictionem in ciuitate.
Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas: et labor in medio eius et iniusticia.
Et non defecit de plateis eius: vsura et dolus.
Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtique.
Et si is qui oderat me sup me magna locutus fuisset: abscondissẽ me forsitan ab eo.
Tu vero homo vnanimis: dux meus et notus meus.
Qui simul mecũ dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum consensu.
Veniat mors super illos: et descẽdant in infernum viuentes.
Quoniã nequicie in habitaculis eorum: in medio eorum.
Ego autem ad deum clamaui: et dominus saluauit me.
Vespere et mane et meridie narrabo et annunciabo: et exaudiet vocem meam.
Redimet in pace aiam meã ab his qui appropinquãt mihi: quoniã inter multos erant mecum.
Exaudiet deus et humiliabit illos: qui est ante secula.
Non enim est illis commutatio et non timuerũt deum: extendit manũ suam in retribuendo.
Contaminauerunt testamentũ eius: diuisi sunt ab ira vultus eius, et appropinquauit cor illius.
Molliti sunt sermones eius super oleum: et ipsi sunt iacula.
Iacta super dominũ curam tuam et ipse te nutriet: et non dabit in eternum fluctuationem iusto.
Tu vero deus deduces eos: in puteum interitus.
Viri sãguinum et dolosi non dominabunt dies suos: ego autem sperabo in te domine.
Gloria pa. An. Auertet dñs captiuitatem plebis sue. Psalm. lv.
Miserere mei deus quoniã conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.
Cõculcauerũt me inimici mei tota

die: q̄m multi bellātes aduersū me.

Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo.

In deo laudabo sermones meos, in deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabātur: aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt et abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.

Sicut sustinuerunt animam meā pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.

Deus vitam meam annunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.

Sicut in promissione tua: tūc conuertentur inimici mei retrorsum.

In quacunq; die inuocauero te: ecce cognoui q̄m deus meus es.

In deo laudabo verbū, in dn̄o laudabo sermonē: in deo speraui nō timebo quid faciat mihi homo.

In me sūt deus vota tua: que reddam laudationes tibi.

Q̄m eripuisti aīam meā de morte et pedes meos de lapsu: vt placeam corā deo in lumine viuētiū. ps. lvi.

Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Et in umbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.

Clamabo ad deum altissimū: deum qui benefecit mihi.

Misit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit deus misericordiam suam et veritatē suam: et eripuit animam meam de medio catulorum leonum dormiui conturbatus.

Filii hominum dentes eorum arma et sagitte: et lingua eorum gladius acutus.

Exaltare super celos deus: et in omnem terram gloria tua.

Laqueū parauerūt pedibꝰ meis: et incuruauerunt animā meam.

Foderunt ante faciem meam foueam: et inciderunt in eam.

Paratum cor meum deus paratū cor meum: cātabo et psalmum dicā domino.

Exurge gl'ia mea, exurge psalterium et cythara: exurgā diluculo.

Confitebor tibi in populis dn̄e, ⁊ psalmum dicā tibi in gentibus.

Quoniā magnificata est vsq; ad celos misericordia tua: et vsque ad nubes veritas tua.

Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua.

Gloria patri ān. Quoniā in te cōfidit anima mea. Psalmus. lvii

Si vere vtiq; iusticiā loquimini: recte iudicate filii hoīm.

Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniusticias enim manus vestre concinnant.

Alienati sunt pctōres a vulua: errauerunt ab vtero locuti sunt falsa.

Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surde ⁊ obturantis aures suas.

Que nō exaudiet vocē incantantium: ⁊ venefici incātantis sapienter.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonū confringet dominus.

Ad nihilum deuenient tanq̄ aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.
Sicut cera que fluit auferentur: supercecidit ignis et nō viderūt solē.
Priusq̄ intelligerent spine vestre rhamnum sicut viuentis: sic in ira absorbet eos.
Letabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
Et dicet homo si vtiq̄ est fructus iusto: vtiq̄ est deus iudicans eos in terra. Psalmus. lviii.
Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgētibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem: et de viris sanguinū salua me
Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes.
Neq̄ iniquitas mea neq̄ peccatū meum domine: sine iniquitate cucurri et direxi.
Exurge in occursum meum et vide: et tu dn̄e deus virtutū deus israel
Intende ad visitandas omnes gētes: non misereade omnibus qui operantur iniquitatem.
Conuertantur ad vesperam et famem pacientur vt canes: et circuibunt ciuitatem.
Ecce loquētur in ore suo et gladius in labiis eorū: qm̄ quis audiuit.
Et tu domine irridebis eos: et ad nihilum deduces omnes gentes.
Fortitudinē meā ad te custodiam quia deus susceptor meus: deus meus mia eius preueniet me.
Deus ostendit mihi super inimicos meos: ne occidas eos ne quando obliuiscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: et depone eos protector meus dn̄e.
Delictum oris eorum sermonem labiorū ipsorum: et comprehendantur in superbia sua.
Et de execratione et mēdacio: annunciabuntur in consummatione.
In ira consummationis et non erunt: et scient quia deus dominabitur iacob et finiū terre.
Conuertentur ad vesperam et famem patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem.
Ipsi dispergentur ad manducādū: si vero nō fuerint saturati et murmurabunt.
Ego autē cantabo fortitudinē tuam: et exaltabo mane miam tuam.
Qui factus es susceptor meus et refugiū meū: in die tribulationis mee.
Adiutor meus tibi psallā: quia deus susceptor meus es, deus meus misericordia mea. Gloria patri. an.
Iuste iudicate filii hominū. ps. lix
Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis.
Commouisti terram et conturbasti eā: sana contriciones eius, quia commota est.
Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.
Dedisti metuentibus te significationē: vt fugiant a facie arcus.
Ut liberentur dilecti tui: saluū fac dextera tua et exaudi me.
Deus locutus est in sancto suo: letabor et partibor sichimā et conual

lem tabernaculorum metibor.
Meus est galaad et me⁹ est manas ses: et effraim fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus : moab olla spei mee.
In idumeā extēdā calciamentum meū: mihi alienigene subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatē munitā: q̄s deducet me vsq in idumeā.
Nōne tu deus q̄ repulisti nos: et nō egredieris de⁹ i virtutibus nostris
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana est salus hominis.
In deo faciem ꝰ virtutē: et ipse ad nihilū deducet tribulātes nos. ps. lx.

Exaudi deus deprecationem meā: intende orationi mee.
A finib⁹ terre ad te clamaui dū anxiaret cor meū: i petra exaltasti me
Deduxisti me quia factus es spes mea: turris fortitudis a facie inimici
Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.
Qm̄ tu deus meus exaudisti orationē meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies super dies regis adiicies: annos eius vsq in diem generationis et generationis.
Permanet in eternum in conspectu dei: misericordiam et veritatem eius quis requiret.
Sic psalmū dicā noi tuo in seculū sclī: vt reddā vota mea de die i diē.
Gloria. an. Da nobis dn̄e auxiliū de tribulatione. Psalmus. lxi.

Nonne deo subiecta erit anima mea: ab ipo enim salutare meum.
Nā et ipse de⁹ me⁹ et salutaris me⁹: susceptor me⁹ et nō mouebor amplius
Quousq irruitis in hominem: interficitis vniuersi vos tanq̄ parieti inclinato et macerie depulse.
Veruntamē preciū meū cogitauerunt repellere: cucurri in siti ore suo bn̄dicebāt et corde suo maledicebāt
Verūtamen deo subiecta esto anima mea: qm̄ ab ipso patientia mea.
Quia ipse de⁹ me⁹ et saluator meus: adiutor meus nō emigrabo.
In deo salutare meū et glīa mea: de⁹ auxilii mei et spes mea i deo est
Sperate in eo ois cōgregatio populi: effundite coram illo corda vestra, deus adiutor noster in eternū
Veruntamē vani filii hominū mēdaces filii hominum in stateris: vt decipiāt ipsi de vanitate i idipsum.
Nolite sperare in iniquitate, et rapinas nolite concupiscere: diuitie si affluant nolite cor apponere.
Semel locut⁹ est de⁹ duo hec audiui, quia potestas dei est, et tibi dn̄e mia: q̄a tu reddes vnicuiq iuxta opera sua. Nō dicat ad noct. sequens ps. lxii. Deus deus me. ps. lxiii

Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.
Protexisti me a cōuētu malignantiū: a mltitudie operātiū iniqtatē.
Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderūt arcum rem amaram: vt sagittēt in occultis immaculatum.
Subito sagittabunt eū et nō timebūt: firmauerūt sibi sermonē neq̄.
Narrauerūt vt absconderent la

iniquos: dixerunt quis videbit eos.
Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutineo.
Accedet homo ad coȝ altum: et exaltabitur deus.
Sagitte paruulozū facte sūt plage eozum: et infirmate sunt contra eos lingue eozum.
Conturbati sunt omnes qui videbant eos: et timuit omnis homo.
Et annūciauerūt opera dei: ꝛ facta eius intellexerunt.
Letabitur iustus in dño et sperabit in eo: et letabuntur omnes recti corde. Gloria pa. An. A timoze inimici eripe dñe aiam meā. Nō dicitur ad nocturnū iste. Psalm. lxiiii.
Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem.
Exaudi orationem meā: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquozū preualuerunt super nos: et impietatibus nostris tu propiciaberis.
Beatus quem elegisti et assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tue: sanctum est templum tuum mirabile in equitate.
Exaudi nos de⁹ salutaris noster: spes oīm finiū terre ꝛ in mari lōge
Preparās mōtes in virtute tua accinctus potētia: qui conturbas profundū maris sonū fluctuum eius.
Turbabuntur gentes et timebunt q̄ habitant terminos a signis tuis: exit⁹ matutini ꝛ vespe delectaberis
Visitasti terrā et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.
Flumē dei repletū est aquis: parasti cibum illozum, quoniam ita est preparatio eius.
Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in stillicidiis eius letabitur germinans.
Benedices corone anni benignitatis tue: ꝛ cāpi tui replebūtur vbertate.
Pinguescent speciosa deserti: et exultacione colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium, ꝛ valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnū dicēt. Ps. lxv.
Iubilate deo ois terra psalmū dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.
Dicite deo, q̄ terribilia sunt opera tua dñe: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adozet te et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.
Venite ꝛ videte opa dei: terribilis in cōsiliis sup filios hominum.
Qui conuertit mare in aridam in flumine petransibunt pede: ibi letabamur in ipso.
Qui dominatur in virtute sua in eternū oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltētur in semetipsis.
Benedicite gentes deū nostrū: et auditam facite vocē laudis eius.
Qui posuit animā meā ad vitā: et nō dedit in cōmotionē pedes meos.
Quoniam probasti nos deus igne nos examinasti: sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueū, posuisti tribulatiōes in dozso nostro: imposuisti homines super capita nostra.

Transiuimus per ignẽ et aquã: & eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domũ tuã in olocaustis: reddam tibi vota mea, que distinxerunt anima mea.
Et locutum est os meum: in tribulatione mea.
Olocausta medullata offeram tibi cum incenso arietũ: offeram tibi boues cum hircis.
Venite audite & narrabo oẽs qui timetis deũ: quãta fecit anime mee
Ad ipsum ore meo clamaui: & exultaui sub lingua mea.
Iniquitatẽ si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus.
Propterea exaudiuit deus: et attẽdit voci deprecationis mee.
Benedict⁹ deus qui nõ amouit deprecationẽ meã: et miam suã a me.
Non dicit ad noct. iste. ps. lxvi Deus misereatur. Psalm. lxvii.

Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiãt, sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie dei.
Et iusti epulẽtur & exultẽt in conspectu dei: & delectentur in leticia.
Cantate deo psalmũ dicite nomini eius: iter facite ei qui ascẽdit super occasum, dominus nomen illi.
Exultate in conspectu eius: turbabũtur a facie eius, patris orphanorum et iudicis viduarum.
Deus in loco sctõ suo: deus qui inhabitare facit vni⁹ moris in domo.
Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperãt qui habitant in sepulchris.
De⁹ cũ egredieris in cõspectu populi tui: cũ pertrãsieris in deserto.
Terra mota ẽ eteni celi distillauerũt a facie dei sinay: a facie dei isr.
Pluuiam voluntariã segregabis deus hereditati tue & infirmata est: tu vero perfecisti eam.
Animalia tua habitabũt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus
Dñs dabit verbum euangelizantibus: virtute multa.
Rex virtutũ dilecti dilecti: et speciei domus diuidere spolia.
Si dormiatis inter medios cleros penne colũbe deargentate: & posteriora dorsi eius in pallore auri.
Dum discernit celestis reges super eam niue dealbabuntur in salmon: mons dei mons pinguis.
Mons coagulatus mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos.
Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.
Currus dei decem milibus multiplex milia letantium: dominus in eis sinay in sancto.
Ascendisti in altũ, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.
Etenim non credentes: inhabitare dominum deum.
Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis de⁹ salutarium nostrorum.
Deus noster deus saluos faciendi: et dñi domini exitus mortis
Verũtamen deus confringet capita inimicorũ suorum: verticẽ ca-

pilli perābulantiū in delictis suis.
Dixit dñs ex basan cōuertā: conuertam in profundum maris.
Ut itingat pes tu⁹ i sanguine: lingua canū tuor ex inimicis ab ipso.
Uiderūt igressus tuos de⁹: igressus dei mei regis mei q̄ est in sctō.
Preuenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuuencularum tympanystriarum.
In ecclesiis benedicite dño deo: de fontibus israel.
Ibi beniamin adolescentulus: in mentis excessu.
Principes iuda duces eorū: principes zabulō, et principes neptalim.
Manda deus virtuti tue: cōfirma hoc de⁹ quod operatus es in nobis
A templo tuo in ierusalem: tibi offerent reges munera.
Increpa feras arūdinis cōgregatio thauror in vaccis ppłor: vt excludāt eos qui probati sunt argēto.
Dissipa gentes que bella volunt veniēt legati ex egipto: ethiopia p̄ueniet manus eius deo.
Regna terre cantate deo: psallite domino.
Psallite deo qui ascendit super celum celi: ad orientem.
Ecce dabit voci sue vocē virtutis: date gloriā deo sup israel magnificētia ei⁹, ⁊ virtus eius in nubibus
Mirabilis deus i sctis suis: deus israel ipse dabit virtutē et fortitudinem plebi sue, benedictus deus.
Gloria pri. ān. In ecclesiis bñdicite dño. ℣. Deus vitā meā ānūciaui tibi. ℟. Posuisti lachrymas meas i cōspectu tuo. Ante laudes. ℣. Fiat mia. In lau. ān. Ampli⁹ laua me deus ab iniusticia mea. ps. Miserere. ān Te decet himn⁹ deus in syon. ps ipsū. ān. Labia mea laudabūt te i vita mea deus meus. ps. Deus deus me. Canticum. Anne.

Exultauit cor meum in domino: et exaltatum est cornu meum in deo meo.
Dilatatū est os meū sup inimicos meos: q₂ letata sum in salutari tuo
Non est sanctus vt est dñs neq₃ enim est alius extra te: et nō est fortis sicut deus noster.
Nolite multiplicare loqui sublimia: gloriantes.
Recedant vetera de ore vestro: q̄a deus scientiarum dominus est, et ipsi preparantur cogitationes.
Arcus fortium superat⁹ est: ⁊ infirmi accincti sunt robore.
Repleti prius pro panibus se locauerunt: ⁊ famelici saturati sunt.
Donec sterilis peperit plurios: ⁊ q̄ multos habebat filios ifirmata est
Dominus mortificat ⁊ viuificat: deducit ad inferos et reducit.
Dominus pauperem facit ⁊ ditat: humiliat ⁊ subleuat.
Suscitans de puluere egenum: et de stercore erigens pauperem.
Ut sedeat cum principibus: et solium glorie teneat.
Domini enim sunt cardines terre: et posuit super eos orbem.
Pedes sanctor suor seruabit: ⁊ impii in tenebris cōticessent q₂ non in fortitudine sua roborabitur vir.
Dñm formidabūt aduersarii eius: et super ipsos in celis tonabit.

Dominus iudicabit fines terre, et dabit imperium regi suo: et sublimabit cornu christi sui.

Glori. an Dñs iudicabit fines terr. an. Celi celorũ laudat deũ ps laud dñm de ce. cp Uigilate et ora. a dñe ne in ira.. usqz ad. xl. qñ de. iiii. feria agit dicit ad laud. sequens hymn⁹.

Nox et tenebre et nubila, confusa mundi et turbida: lux intrat albescit polus, christus venit discedite.

Caligo terre scinditur, percussa solis speculo: rebusqz iam color redit, vultu nitentis syderis.

Te christe solũ nouimus, te mẽte pura simplici: flendo canendo quesumus, intende nostris sensibus.

Sint multa fucis illita, que luce purgentur tua: tu lux eoy syderis, vultu sereno illumina. Deo patri. ℣. In matuti. cp Uigilate. et c. Per estatẽ hy⁹. Ecce iã. ℣ In matuti an Salutẽ ex inimicis nrĩs et demanu oim q̃ nos oderũt libet nos dñe. ps Benedict⁹. Preces uts. Oro. vt de cet. ℭ Fer. v. ad mat. Inuit. Adorem⁹ dñm. Quoniã ipe fecit nos. ps Uenite. Oro nistoria Dñe ne in ira, a. Dñe ne i ira. vsqz ad. xl. qñ de v. fer. agit: dicit ad ma. sequẽs. hy⁹

Nox atra rerũ cõtegit, terre colores oim: nos cõfitentes poscimus, te iuste iudex cordium.

Ut auferas piaculo, sordesqz mentis abluas: donesqz christe gratiam vt arceantur crimina.

Mens ecce torpet impia, quã culpa mordet noxia: obscura gestit tollere, et te redemptor querere.

Repelle tu caligine, intrinsec⁹ qs maxime: vt in btõ gaudeat, se collocari lumine. Presta pater piissime. Per estatẽ. hy⁹ Nocte surgentes. Super noctur. Psalmus. lxviii.



Saluum me fac deus: quoniã intrauerunt aque vsqz ad animam meam.

Infixus sum in limo profundi: et non in substantia.

Ueni in altitudinẽ maris: et tempestas dimersit me.

Laboraui clamãs rauce facte sunt fauces mee: defecerũt oculi mei dũ spero in deũ meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis Cõfortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tunc exsoluebam.

Deus tu scis insipientiã meam: et delicta mea a te nõ sunt abscõdita.

Non erubescãt in me qui expectant te domine: domine virtutum.

Non confundantur super me: qui querunt te deus israel.

Qm ppter te sustinui opprobriũ: operuit confusio faciẽ meam.

Extraneus fact⁹ sum fratrib⁹ meis: et peregrinus filiis matris mee.

Quoniam zelus domus tue comedit me: et opprobria exprobrantiũ tibi ceciderunt super me.

Et operui in ieiunio animam meam: et factũ est in opprobrium mihi

Et posui vestimẽtũ meũ cilicium: et factus sum illis in parabolam.

Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta: et in me psallebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meam ad te dñe: tempus beneplaciti deus.
In multitudine misericordie tue exaudi me: in veritate salutis tue.
Eripe me de luto vt non infingar: libera me ab his qui oderunt me et de profundis aquarum.
Nõ me demergat tẽpestas aque: neqꝫ absorbeat me profundũ, neqꝫ vrgeat super me puteus os suum.
Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua: secundũ multitudinem miserationum tuaꝝ respice in me.
Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribuloꝝ velociter exaudi me.
Intende anime mee ⁊ libera eam: propter inimicos meos eripe me.
Tu scis improperiũ meũ ⁊ confusionẽ meã: et reuerentiã meam.
In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperiũ expectauit cor meum et miseriam.
Et sustinui q̃ simꝉ cõtristareꝉ ⁊ nõ fuit: ⁊ qui cõsolaretur ⁊ nõ inueni.
Et dederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto.
Fiat mẽsa eorũ corã ipsis in laqueum: ⁊ in retributiões ⁊ in scandalũ
Obscurentur oculi eorum ne videant: ⁊ dorsum eorũ semꝑ incurua.
Effunde super eos iram tuã: ⁊ furor ire tue comprehendat eos.
Fiat habitatio eoꝝ deserta: ⁊ in tabernaculis eoꝝ non sit qui ihabitet
Qm̃ quem tu percussisti persecuti sunt: et super dolorem vulnerũ meorum addiderunt.
Appone iniquitatẽ super iniquitatẽ eorũ: et non intrent in iusticiã tuã.
Deleantur de libro viuentiũ: ⁊ cũ iustis non scribantur.
Ego sum pauper et dolens: salus tua deus suscepit me.
Laudabo nomen dei cũ cantico: ⁊ magnificabo eum in laude.
Et placebit deo suꝑ vitulũ nouellum: cornua producẽtẽ et vngulas
Videant pauperes ⁊ letẽtur: querite deũ ⁊ viuet anima vestra.
Qm̃ exaudiuit pauperes dominꝰ: et vinctos suos non despexit.
Laudent illum celi et terra: mare ⁊ omnia reptilia in eis.
Quõ deus saluum faciet syon: ⁊ edificabuntur ciuitates iude.
Et inhabitabunt ibi: et hereditate acquirent eam.
Et semen seruoꝝ eius possidebit eam: ⁊ qui diligunt nomen eius inhabitabunt in ea. Psalm. lxix.

Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandũ me festina.
Confundantur et reuereãtur: qui querunt animam meam.
Auertantur retrorsum et erubescant: qui volunt mihi mala
Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi euge euge.
Exultẽt ⁊ letentur in te oẽs q̃ querunt te: ⁊ dicãt semꝑ magnificetur dñs, qui diligunt salutare tuum.
Ego vero egenus ⁊ pauper sum: deus adiuua me.
Adiutor meus et liberator meus es tu: domine ne moreris.
Gloria patri. Domine deus in adiutoriũ meum intende. Psal. lxx.

In te domine speraui nō confundar in eternum :in iusticia tua libera et eripe me.
Inclina ad me aurem tuam:et salua me.
Esto mihi in deū protectorē et in locū munitum:vt saluū me facias.
Quoniam firmamentum meum:et refugium meum es tu.
Deus me⁹ eripe me de manu peccatoris: et de manu contra legem agentis et iniqui.
Quoniā tu es patientia mea dn̄e: dn̄e spes mea a iuuentute mea.
In te cōfirmat⁹ sum ex vtero:de vētre matris mee tu es ꝓtector me⁹.
In te cantatio mea semper: tanq̄ prodigium factus sum multis, et tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude vt cantem gloriam tuam:tota die magnitudinem tuam.
Ne proiicias me in tempore senectutis:cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei mihi: et qui custodiebant animam meam cōsilium fecerunt in vnum.
Dicentes deus dereliquit eum:persequimini et comprehendite eū quia non est qui eripiat.
Deus ne elōgeris a me:deus meus in auxilium meum respice.
Confundantur et deficiant detrahentes anime mee:operiantur confusione et pudore, qui querunt mala mihi.
Ego autē semper sperabo: et adiiciam super omnem laudem tuam.
Os meum annunciabit iusticiam tuam:tota die salutare tuum.
Quoniā nō cognoui litteraturam introibo in potentias dn̄i: domine memorabor iusticie tue solius.
Deus docuisti me a iuuentute mea: et vsq; nunc pronunciabo mirabilia tua.
Et vsq; in senectam et senium: deus ne derelinquas me.
Donec annunciē brachiū tuū: generationi omni que ventura est.
Potentiam tuā et iusticiam tuam de⁹ vsq; in altissima que fecisti magnalia:deus quis similis tibi.
Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas et conuersus viuificasti me:et de abyssis terre iterum reduxisti me.
Multiplicasti magnificētiā tuam: et conuersus consolatus es me.
Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi: veritatem tuam deus, psallā tibi in cithara sanctus israel
Exultabunt labia mea cum cātauero tibi: ⁊ aīa mea quā redemisti.
Sed et lingua mea tota die meditabitur iusticiam tuam:cum confusi et reueriti fuerint qui querūt mala mihi.

Psalmus.lxxi

Deus iudiciū tuū regi da:et iusticiā tuam filio regis.
Iudicare populum tuum in iusticia:et pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo:et colles iusticiam.
Iudicabit pauperes populi: ⁊ saluos faciet filios pauperū, ⁊ humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cū sole, et ante lunā:in generationes generationum

Descēdet sicut pluuia in vellus: et sicut stillicidia stillātia sup terram.
Orietur in dieb9 eius iusticia & abūdātia pacis: donec auferatur luna.
Et dominabitur a mare vsqȝ ad mare: & a flumine vsqȝ ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident ethiopes: et inimici eius terram lingent.
Reges tharsis & insule munera offerent: reges arabum et saba dona adducent.
Et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei.
Quia liberabit pauperē a potēte: et pauperē cui non erat adiutor.
Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet.
Ex vsuris et iniquitate redimet animas eorum: et honorabile nomē eorum coram illo.
Et viuet et dabitur ei de auro arabie: et adorabunt de ipso semper tota die benedicent ei.
Erit firmamentū in terra in summis montiū, superextolletur super libanum fructus eius: et florebunt de ciuitate sicut fenum terre.
Sit nomen eius benedictū in secula: ante solē permanet nomen eius
Et benedicētur in ipso omnes tribus terre: omnes gentes magnificabunt eum.
Benedictus dominus deus israel: qui facit mirabilia solus.
Et benedictum nomen maiestatis eius in eternum: et replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat.
Gloria patri. ān. Esto mihi dn̄e in deum protectorem. Psalm9. lxxii.

Quam bonus israel deus: his qui recto sunt corde.
Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei.
Quia zelaui super iniquos: pacem peccatorum videns.
Quia nō est respet9 morti eorum: et firmamentum in plaga eorum.
In labore hominū nō sunt: et cum hominibus nō flagellabuntur.
Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate et impietate sua.
Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorū: trāsierūt in affectum cordis.
Cogitauerūt & locuti sunt nequiciā: iniquitatē in excelso locuti sūt.
Posuerunt in celū os suum: & lingua eorum transiuit in terra.
Ideo cōuertetur populus me9 hic: et dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerunt quomodo scit deus: et si est scientia in excelso.
Ecce ipsi peccatores & abundātes in seculo: obtinuerunt diuitias.
Et dixi ergo sine causa iustificaui cor meum: et laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis.
Si dicebam narrabo sic: ecce nationē filiorum tuorum reprobaui.
Existimabam vt cognoscerē: hoc labor est ante me.
Donec intrem in sāctuariū dei: et intelligam in nouissimis eorum.
Verūtamē propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dū alleuarentur.
Quomodo facti sunt in desolationem subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentiũ domine:in ciuitate tua imaginẽ ipsorum ad nihilum rediges.
Quia inflammatũ est cor meũ: et renes mei commutati sunt, et ego ad nihilũ redactus sum et nesciui.
Ut iumentũ factus sum apud te: & ego semper tecum.
Tenuisti manum dexterã meam: et in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.
Quid enim mihi est in celo: et a te quid volui super terram.
Defecit caro mea et cor meũ: de⁹ cordis mei & pars mea de⁹ ĩeternũ
Quia ecce qui se elongant a te peribunt:perdidisti omnes qui fornicantur abs te.
Mihi autem adherere deo bonum est:ponere in dño deo spem meam.
Ut annũciẽ oẽs predicatioẽs tuas:in portis filie syon. ps.lxxiii.

Ut quid deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascue tue.
Memor esto congregationis tue: quam possedisti ab initio.
Redimisti virgã hereditatis tue: mons syon in quo habitasti in eo.
Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto.
Et gloriati sunt qui oderunt te :in medio solemnitatis tue.
Posuerunt signa sua signa: & non cognouerunt sicut in exitu sup summum.
Quasi in silua lignorũ securib⁹ exciderũt ianuas eius in idipsum:in securi et ascia deiecerunt eam.
Incenderunt igni sanctuariũ tuũ in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerũt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra.
Signa nostra non vidim⁹, iam nõ est propheta: et nos non cognoscet amplius.
Usquequo deus improperabit inimicus:irritat aduersarius nomen tuum in finem.
Ut quid auertis manũ tuã: & dexterã tuã, de medio sinu tuo in finem
Deus autẽ rex noster ante secula: operatus est salutẽ in medio terre.
Tu confirmasti in virtute tua mare:contribulasti capita drachonum in aquis.
Tu confregisti capita drachonis: dedisti eũ escã populis ethiopum.
Tu dirupisti fontes et torrentes: tu siccasti fluuios ethan.
Tuus est dies et tua est nox:tu fabricatus es auroram et solem.
Tu fecisti omnes terminos terre: estatem & ver tu plasmasti ea.
Memor esto huius inimicus improperabit domino: et populus insipiens incitauit nomen tuum.
Ne tradas bestiis animas cõfitentes tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.
Respice in testamentũ tuum, quia repleti sunt:qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum.
Ne auertatur humilis factus confusus: pauper et inops laudabunt nomen tuum.
Exurge deus iudica causam tuã:

memor esto improperiorum tuorum eorum, qui ab insipiente sunt tota die.
Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt ascēdit semper. Gloria. an. Liberasti virgam hereditatis tue. ps. lxxiiii.
Confitebimur tibi deus confitebimur: et inuocabim⁹ nomen tuum.
Narrabim⁹ mirabilia tua: cū accepero tēpus, ego iusticias iudicabo.
Liquefacta est terra et oēs qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.
Dixi iniq̄s nolite inique agere: et delinquētibus nolite exaltare cornu
Nolite extollere ī altū cornu vrm: nolite loqui aduersus deū iniq̄tatē
Quia neq̄ ab oriente neq̄ ab occidēte neq̄ a desertis mōtibus: quoniam deus iudex est.
Hunc humiliat et hūc exaltat: quia calix in manu dñi vini meri plenus mixto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: verūtamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terre.
Ego autem annūciabo in seculū: cantabo deo iacob.
Et oīa cornua pctōrū cōfrigā: et exaltabūtur cornua iusti. ps. lxxv
Notus in iudea de⁹: ī israel magnum nomen eius.
Et factus est in pace loc⁹ eius: et habitatio eius in syon.
Ibi confregit potentias: arcū scutum gladium et bellum.
Illuminans tu mirabiliter a mōtibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum: et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
Ab increpatiōe tua de⁹ iacob: dormitauerunt qui ascenderūt equos
Tu terribilis es et quis resistet tibi: extunc ira tua.
De celo auditū fecisti iudicium: terra tremuit et quieuit.
Cū exurgeret ī iudicio de⁹: vt saluos faceret oēs mansuetos terre.
Q̄m cogitatio hominis confitebitur tibi: et reliquie cogitationis diē festum agent tibi.
Vouete et reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.
Terribili et ei qui aufert spiritum pricipū: terribili apud reges terre.
Gloria patri et filio. an. In israel magnum nomen eius. Psalmus. lxxvi.
Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad deum et intendit mihi.
In die tribulatiōis mee deum exquisiui manibus meis nocte cōtra eum: et non sum deceptus.
Renuit cōsolare aīa mea: memor fui dei et delectatus sum, et exercitatus sum et defecit spirit⁹ meus.
Anticipauerūt vigilias oculi mei: turbatus sum et non sum locutus.
Cogitaui dies antiquos: et annos eternos in mente habui.
Et meditatus sum nocte cum corde meo: et exercitabar et scopebam spiritum meum.
Nūqd ī eternū piiciet de⁹: aut nō apponet vt cōplacitior sit adhuc.
Aut in finē miam suam abscindet:

a generatione in generationem.
Aut obliuiscetur misereri de⁹: aut continebit in ira sua mias suas.
Et dixi nunc cepi: hec mutatio dextere excelsi.
Memor fui operum dñi: q2 memor ero ab initio mirabilium tuoꝝ.
Et meditabor i oib⁹ operib⁹ tuis: ⁊ in adinuẽtióib⁹ tuis exercebor.
Deus in sancto via tua quis deus magnus sicut deus noster: tu es deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutem tuã: redemisti in brachio tuo populum tuum filios iacob et ioseph.
Viderunt te aque deus viderunt te aque et timuerunt: et turbate sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.
Etenim sagitte tue transeunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt chorusca tiões tue orbi terre: cõmota est ⁊ cõtremuit terra
In mare via tua, et semite tue in aquis multis: et vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oues populũ tuũ: in manu moysi ⁊ aaron. ps. lxxvii.

Attendite popule meus legẽ meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.
Aperiam in parabolis os meũ: loquar propositiones ab initio.
Quanta audiuimus ⁊ cognouimus ea: ⁊ patres nr̃i narrauerũt nobis.
Non sunt occultata a filiis eorum: in generatione altera.
Narrantes laudes dñi ⁊ virtutes eius: ⁊ mirabilia eius que fecit.
Et suscitauit testimoniũ in iacob: et legem posuit in israel.
Quanta mandauit patribus nostris: nota facere ea filiis suis vt cognoscat generatio altera.
Filii qui nascentur ⁊ exurgent: enarrabunt filiis suis.
Vt ponant in deo spem suã: ⁊ non obliuiscantur operum dei, ⁊ mãdata eius exquirant.
Ne fiant sicut patres eorum: generatio praua ⁊ exasperans.
Generatio que nõ direxit cor suũ: ⁊ nõ est credit⁹ cũ deo spirit⁹ eius.
Filii effraim intẽdentes et mittentes arcũ: cõuersi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentũ dei: et in lege eius noluerũt ambulare.
Et obliti sunt benefactorũ eius: ⁊ mirabilium eius que ostendit eis.
Coram patribus eoꝝ fecit mirabilia in terra egypti: in cãpo thaneos
Interrupit mare et perduxit eos: et statuit aquas quasi in vtre.
Et eduxit eos in nube di[illegible] ⁊ tota nocte in illuminatione ignis.
Interupit petrã in heremo: ⁊ adaquauit eos velut in abysso multa.
Et eduxit aquam de petra: et eduxit tanquam flumina aquas.
Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram cõcitauerunt excelsum in inaquoso.
Et tentauerunt deum in cordibus suis: vt peterẽt escas aiabus suis.
Et male locuti sunt de deo: dixerũt nunquid poterit deus parare mensam in deserto.
Qui percussit petrã ⁊ fluxerunt aque: et torrentes inundauerunt.

Nunquid et panem poterit dare: aut parare mensam populo suo.
Ideo audiuit dominus et distulit: et ignis accensus est in iacob et ira ascendit in israel.
Quia nō crediderunt in deo: nec sperauerunt in salutari eius.
Et mandauit nubibus desuper: & ianuas celi aperuit.
Et pluit illis manna ad manducandum: & panem celi dedit eis.
Panē angelorū mādūcauit homo: cibaria misit eis in abūdantiam.
Transtulit austrū de celo: et induxit in virtute sua affricum.
Et pluit super eos sicut puluerem carnes: et sicut arenam maris volatilia pennata.
Et ceciderunt in medio castrorū eorum: circa tabernacula eorum.
Et mādūcauerunt et saturati sunt nimis, & desideriū eorum attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo.
Adhuc esce eorū erant in ore ipsorum: et ira dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eorum: et electos israel impediuit.
In oībus his peccauerunt adhuc: et nō crediderunt in mirabilibus eius.
Et defecerunt ī vanitate dies eorū: et anni eorum cum festinatione.
Cum occideret eos querebant eū: et reuertebantur: et diluculo veniebant ad eum.
Et rememorati sunt quia deus adiutor est eorum: et deus excelsus redemptor eorum est.
Et dilexerunt eum in ore suo: & lingua sua mentiti sunt ei.
Cor autē eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sūt in testamento eius.
Ipse autē est misericors & ꝓpicius fiet pctīs eorum: et nō disperdet eos.
Et abundauit vt auerteret irā suam: et nō accendit omnē irā suam.
Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadēs et non rediens.
Quotiens exacerbauerunt eum in deserto: in iram cōcitauerunt eum in inaquoso.
Et cōuersi sunt et tētauerūt deū: et sanctum israel exacerbauerunt.
Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis.
Sicut posuit in egipto signa sua: et prodigia sua in campo thaneos.
Et conuertit in sanguinē flumina eorū: et imbres eorum ne biberent.
Misit eos cinomiā et comedit eos: et ranam et disperdidit eos.
Et dedit erugini fructus eorum: & labores eorum locuste.
Et occidit in grandine vineas eorum: et moros eorum in pruina.
Et tradidit grandini iumēta eorū: possessionem eorum igni.
Misit in eos irā indignationis sue indignacionē & irā & tribulacionē: immissiones per angelos malos.
Viam fecit semite ire sue et non pepercit a morte animarū eorū: et iumenta eorum in morte conclusit.
Et percussit omne primogenitum in terra egipti: primitias oīs laboris eorum in tabernaculis cham.
Et abstulit sicut oues ppl'm suum: & perduxit eos tanq̄ gregem in deserto.

Et eduxit eos in spe ꝛ non timuerũt: ꝛ inimicos eorũ operuit mare.
Et induxit eos i montem sanctificationis sue: montem quem acquisiuit dextera eius.
Et eiecit a facie eorum gentes, et sorte diuisit eis terram: in funiculo distributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus israel.
Et tentauerunt et exacerbauerũt deum excelsum: et testimonia eius non custodierunt.
Et auerterunt se ꝛ non seruauerunt pactum: quemadmodũ patres eorũ cõuersi sunt in arcum prauum.
In iram concitauerunt eum in collibus suis: et in sculptilibus suis ad emulationem eum prouocauerunt.
Audiuit deus et spreuit: et ad nihilum redegit valde israel.
Et repulit tabernaculũ silo: tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: et pulchritudinem eorum in manus inimici.
Et conclusit in gladio populum suum: et hereditatem suam spreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis: et virgines eorũ non sunt lamentate.
Sacerdotes eorũ in gladio ceciderunt: et vidue eorũ nõ plorabantur.
Et excitatus est tanq̃ dormiens dñs: tanq̃ potẽs crapulatus a vino.
Et pcussit inimicos suos i posteriora: opprobrium sempiternũ dedit illis
Et repulit tabernaculum ioseph: et tribum effraim non elegit.
Sed elegit tribum iuda: montem sion quem dilexit.
Et edificauit sicut vni cornis sanctificium suum: in terra quam fundauit in secula.
Et elegit dauid seruum suum et sustulit eum de gregibus ouium: de post fetantes accepit eum.
Pascere iacob seruum suum: et israel hereditatem suam.
Et pauit eos in innocentia cordis sui: et in intellectibus manuũ suarũ deduxit eos. Gloria. Tu es deus qui facis mirabilia. Psalm. lxxviii.

Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuã: polluerunt templum sanctum tuũ, posuerunt hierusalem in pomorum custodiam.
Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terre.
Effuderunt sanguinem eorũ tanq̃ aquam in circuitu hierusalem: et non erat qui sepeliret.
Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt.
Usquequo dñe irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus
Effunde iram tuam in gẽtes que te non nouerũt: et in regna que nomen tuum non inuocauerunt.
Quia comederunt iacob: et locum eius desolauerunt.
Ne memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum: cito anticipẽt nos misericordie tue: qr paupes facti sumus nimis.
Adiuua nos deus salutaris noster et ppter gloriã nois tui dñe libera nos: ꝛ ppicius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicant inter gẽtes vbi est deus eorum: et innotescant in nationibus coram oculis nostris.

Ultio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est: introeat in cõspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundũ magnitudinem brachii tui: posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorum: improperiũ ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine.

Nos autẽ populus tuus & oues pascue tue: cõfitebimur tibi in seculũ.

In generatiõe & generationem: ãnunciabimus laudem tuã ps. lxxx

Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph.

Qui sedes sup cherubin: manifestare corã effraim beniamin & manasse.

Excita potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos.

Deus conuerte nos: et ostende faciem tuam et salui erimus.

Domine deus virtutũ quousq; irasceris: super orationem serui tui.

Cibabis nos pane lachrymarum: & potum dabis nobis in lachrymis in mensura.

Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.

Deus virtutũ conuerte nos: & ostẽde faciem tuam et salui erimus.

Uineã de egypto transtulisti: eiecisti gentes et plantasti eam.

Dux itineris fuisti i cõspectu eius: & plantasti radices eius & impleuit terram.

Operuit montes vmbra eius: & arbusta eius cedros dei.

Extendisti palmites suos vsque ad mare: & vsque ad flumẽ ppagines ei9.

Ut quid destruxisti maceriam eius: et vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam.

Exterminauit eam aper de silua: & singularis ferus depastus est eam.

Deus virtutũ conuertere: respice de celo & vide & visita vineã istam.

Et perfice eam q̃ plantauit dextera tua: et super filium hominis quẽ confirmasti tibi.

Incensa igni et suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt.

Fiat manus tua super virum dextere tue: et super filium hominis quem confirmasti tibi.

Et non discedimus a te viuificabis nos: & nomẽ tuũ inuocabimus.

Dñe deus virtutũ conuerte nos: & ostende faciẽ tuam & salui erimus

Or. an. Propicius esto peccatis nostris dñe ℣. Gaudebũt labia mea dũ cãtauero tibi ℟. Et anima mea q̃ redemisti. Ad laud. ver. Fiat mia.

C. In laud. ã. Tibi soli peccaui dñe miserere mei. ps. lxxxix. Miserere mei. Titul9. Ora. moysi hois dei. ps

Domine refugiũ factus es nobis: a gñatiõe in gñationem.

Priusq̃ montes fierent aut formaretur terra et orbis: a seculo et vsque in seculum tu es deus.

Ne auertas hominẽ in humilitatem: et dixisti cõuertimini filii hominum

Qm̃ mille anni ante oculos tuos: tanq̃ dies hesterna que preterijt.

Et custodia in nocte, que pro nichilo habentur eorum anni erunt.

Mane sicut herba transeat, mane

floreat et transeat: vespere decidat indurat et arescat.

Quia defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniquitates nostras in cōspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Quoniam oēs dies nostri defecerunt: et in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut arena meditabūtur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis.

Si autē in potētatib9 octogita anni: et amplius eorum labor et dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo: et corripiemur.

Quis novit potestatem ire tue: et pre timore tuo irā tuā dinumerare.

Dexteram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia.

Convertere dn̄e vsq̄quo: et deprecabilis esto super servos tuos.

Repleti sumus mane misericordia tua: et exultavimus et delectati sumus in omnibus diebus nostris.

Letati sum9 pro diebus q̄bus nos humiliasti: annis q̄bus vidim9 mala

Respice in servos tuos et in opera tua: dirige filios eorum.

Et sit splendor dn̄i dei nostri super nos: et opa manuū nostrarū dirige super nos: et opus manuū nostrarū dirige. Gloria. ān Dn̄e refugiū factus es nobis. ān In matutinis meditabor in te. Psalm9. Deus deus.

Canticum moysi. Exod. xv.

Cantemus dn̄o, gloriose enim magnificatus est: equum et ascensorem proiecit in mare.

Fortitudo mea et laus mea dn̄s: et factus est michi in salutem.

Iste est deus meus et glorificabo eum: deus patris mei, et exaltabo eū.

Dn̄s quasi vir pugnator omnipotens nomē eius: currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare.

Electi principes eius submersi sūt in mari rubro: abyssi operuerunt eos descenderunt in profundū quasi lapis.

Dextera tua domine magnificata est in fortitudine, dextera tua domine percussit inimicum: et in multitudine glorie tue disposuisti adversarios meos.

Misisti iram tuam que devoravit eos sicut stipulā: in spiritu furoris tui congregate sunt aque.

Stetit vnda fluens: congregati sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus persequar et comprehendam: dividam spolia et implebitur anima mea.

Evaginabo gladium meū: et interficiet eos manus mea.

Flavit spiritus tu9 et operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus dn̄e, quis similis tui magnificatus ī sāctitate: terribilis atq̄ laudabilis et faciens mirabilia.

Extendisti manum tuam: et devoravit eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua: populo quem redemisti.

Et portasti eum in fortitudine tua: ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderūt ppl'i et irati sūt: dolores obtinuerunt habitatores phi-

iustissim.

Nunc conturbati sunt principes edom: robustos moab obtinuit tremor obriguerunt omnes habitatores chanaan.

Irruat super eos formido et pauor: in magnitudine brachii tui.

Fiant immobiles quasi lapis donec pertransea populus tuus iste quem possedisti.

Introduces eos et plātabis in mōte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es dn̄e.

Sanctuarium tuum dn̄e quod firmauerūt manus tue: dominus regnabit in eternum et vltra.

Ingressus est eni eques pharao cū curribus et equitibus eius i mare: et reduxit super eos domin9 aquas maris.

Filii autē isrl' ābulauerūt p siccū: in medio eius. Gloria. ān. In eternū dn̄s regnabit et vltra. ān. In sanctis ei9 laudate deū. ps. Laud. cp. Vigila. a Dn̄e ne in ira. vsq3 ad xl. qn̄ de v. fer. agit' d3 ad laud. sequens Hy9.

Lux ecce surgit aurea, pallens fatiscat cecitas: que nosmet in preceps diu, errore traxit deuio.

Hec lux serenū conferat, purosq3 nos pstet sibi: nihil loquamur subdolum, voluamus obscurum nihil.

Sic tota discurrat dies, ne lingua mendax nec manus: oculi nec peccēt lubrici, nec noxa corp9 inquinet.

Speculator astat desuper q̄ nos diebus omnibus: actusq3 nostros prospicit, a luce prima in vesperum.

Deo patri sit gloria. Vsus. In matutinis. Per estatem Hymn9. Ecce iā noc. V. In matutinis. an In sācitate seruiamus dn̄o et liberabit nos ab inimicis nr̄s. ps. Bn̄dict9. ¶ Feria. vi. ad mat. Inuit. Dn̄m q̄ fecit nos Venite adoremus. ps. Venit. A Dn̄e ne in ira. vsq3 ad. xl. qn̄ de sexta fer. agit' d3 ad matut' sequns. Hymn9

Tu trinitatis vnitas, orbem potenter qui regis: attende laudū cantica, q̄ excubātes psallim9

Iam lectulo consurgimus, noctis quieto tēpore: vt flagitemus vulnerum, a te medelam omnium.

Quo fraude quicquid demonum in noctibus delinquimus: abstergat illud celitus, tue potestas glorie.

Ne corpus assit sordidū: nec torpor instet cordiū: nec criminis contagio tepescat ardor spiritus.

Ob hoc redemptor quesumus, nos reple tuo lumine: per quod dierum circulis, nullis ruamur actibus.

Presta pater. Per estatē Hymnus. Nocte surgentes. Psalmus. lxxx.

Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob.

Sumite psalmum et date tympanum: psalterium iocundum cum cythara.

Buccinate i neomenia tuba: in insigni die solennitatis vestre.

Qui preceptum in israel est: et iudicium deo iacob.

Testimonium in ioseph posuit illud cum exiret de terra egypti: linguam quam non nouerat audiuit.

Diuertit ab oneribus dorsū eius: manus eius in cophino seruierunt.

In tribulatione inuocasti me et liberaui te: exaudiui te in abscondito

tempestatis, probaui te apud aquam contradictionis.

Audi populus meus et contestabor te israel si audieris me non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum.

Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum et implebo illud.

Et non audiuit populus meus vocem meam: et israel non intendit mihi.

Et dimisit eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis.

Si populus meus audisset me: israel si in vijs meis ambulasset.

Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici domini mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula.

Et cibauit illos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos.

Psalmus .lxxxi.

Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.

Usquequo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis.

Iudicate egeno et pupillo: humilem et pauperem iustificate.

Eripite pauperem et egenum: de manu peccatoris liberate.

Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terre.

Ego dixi dii estis: et filii excelsi omnes.

Vos autem sicut homines moriemini: et sicut vnus de principibus cadetis.

Surge deus iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

Gloria patri. An. Exultate deo adiutori nostro. Psalmus .lxxxii.

Deus quis similis erit tibi: ne taceas neque compescaris deus.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: et qui oderunt te extulerunt caput.

Super populum tuum malignauerunt consilium: et cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt venite et disperdamus eos de gente: et non memoretur nomen israel vltra.

Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul aduersus te: testamentum disposuerunt tabernacula idumeorum et ismaelite.

Moab et agareni gebal et amon et amalech: alienigene cum habitantibus tirum.

Et enim assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis loth.

Fac illis sicut madian et sysare: sicut iabin in torrente cyson.

Disperierunt in endor: facti sunt vt stercus terre.

Pone principes eorum sicut oreb et zeb: et zebee et salmana.

Omnes principes eorum qui dixerunt: hereditate possideamus sanctuarium dei.

Deus meus pone illos vt rotam: et sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis qui comburit siluam: et sicut flamma comburens montes.

Ita persequeris illos in tempestate tua: et in ira tua conturbabis eos.

Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuum domine.

Erubescant et conturbentur in seculum seculi: et confundantur et pereant.

Et cognoscant quia nomen tibi deus

tu solus altissimus in omni terra.
Psalmus.lxxxiii.
Quā dilecta tabernacula tua
dn̄e virtutum: cōcupiscit et
defecit aīa mea in atria dn̄i.
Cor meum et caro mea: exultaue-
runt in deum viuum.
Etenim passer inuenit sibi domū
et turtur nidum sibi: vbi reponat
pullos suos.
Altaria tua domine virtutum: rex
meus et deus meus.
Beati qui habitant in domo tua: in
secula seculorum laudabunt te.
Beat9 vir cui9 est auxiliū abs te:
ascēsiōes i corde suo disposuit i val-
le lachrymarum in loco quē posuit.
Etenim benedictiones dabit legis-
lator, ibunt de virtute in virtutem:
videbitur deus deorum in sion.
Dn̄e de9 virtutū exaudi orationē
meā: auribus percipe deus iacob.
Protector noster aspice deus: et re-
spice in faciem christi tui.
Quia melior est dies vna in atriis
tuis: super milia.
Elegi abiect9 esse in domo dei mei:
magis q̄ habitare in tabernaculis
peccatorum.
Quia miam et veritatem diligit de-
us: gratiam et gloriā dabit dn̄s.
Nō priuabit bonis eos qui ābulant
in innocentia dn̄e virtutū: beat9 ho
mo qui sperat i te. Gloria. Tu sol9
altissim9 sup oēm terrā. ps. lxxxiiii.
Benedixisti dn̄e terram tuam:
auertisti captiuitatem iacob.
Remisisti iniquitatem plebis tue:
operuisti omnia peccata eorum.
Mitigasti oēm iram tuam: auer
tisti ab ira indignacionis tue.
Conuerte nos deus salutaris no-
ster: et auerte iram tuam a nobis.
Nunquid in eternum irasceris no-
bis: aut extendes iram tuam a ge-
neracione in generacionem.
Deus tu cōuersus viuificabis nos:
et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis dn̄e misericordiam
tuam: et salutare tuū da nobis.
Audiam quid loquatur in me do-
minus deus: quoniā loquetur pacē
in plebem suam.
Et super sanctos suos: et in eos
qui conuertuntur ad cor.
Veruntamen prope timentes eum
salutare ipsius: vt inhabitet gloria
in terra nostra.
Misericordia et veritas obuiauerūt
sibi: iusticia et pax osculate sunt.
Veritas de terra orta est: et iusticia
de celo prospexit.
Etenim dn̄s dabit benignitatem:
et terra nostra dabit fructum suū.
Iusticia ante eū ambulabit: et po-
net in via gressus suos. ps. lxxxv.
Inclina domine aurem tuam et
exaudi me: quoniam inops et pau-
per sum ego.
Custodi animam meam quoniam
sanctus sum: saluum fac seruū tu-
um deus meus sperantem in te.
Miserere mei domine quoniā ad
te clamaui tota die letifica animā
serui tui: quoniā ad te domine ani-
mam meam leuaui.
Qm̄ tu dn̄e suauis et mitis: et multe
mie oībus inuocantib9 te.
Auribus pcipe dn̄e orōnem meā:
intēde voci deprecacionis mee.

In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me.
Non est similis tui in diis dñe: & nō est secundum opera tua.
Omnes gentes quascunqȝ fecisti venient, et adorabunt corā te dñe: & glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu et faciēs mirabilia: tu es deus solus.
Deduc me dñe in via tua et ingrediar in veritate tua: letetur cor meum vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi dñe deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in eternum.
Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Deus iniqui isurrexerunt super me, et sinagoga potentium quesierunt animam meam: et non proposuerunt te in conspectu suo.
Et tu domine deus miserator et misericors: paciens et multe misericordie et verax.
Respice in me et miserere mei, da imperium puero tuo: & saluum fac filium ancille tue.
Fac mecum signum in bono vt videant qui oderunt me et confundātur: quoniā tu dñe adiuuisti me & cōsolatus es me. Gl'ia. An. Benedixisti domine terram tuam. Ps. lxxxvi.

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas sion, super omnia tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei.
Memor ero raab et babilonis: scientium me.
Ecce alienigene et tirus et populus ethiopum: hi fuerunt illic.
Nunquid sion dicet homo et homo natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus.
Dominus narrabit in scripturis populorum: et principum horum qui fuerunt in ea.
Sicut letantium omnium: habitatio est in te. Ps. lxxxvii.

Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te.
Intret in cōspectu tuo oratio mea: inclina aurē tuā ad precem meam.
Quia repleta est malis aīa mea: et vita mea in iferno appropinquauit.
Estimatus sum cum descendentibus in lacum: fact⁹ sū sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt.
Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in vmbra mortis.
Super me confirmatus est furor tuus: et omnes fluct⁹ tuos induxisti super me.
Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominacionē sibi.
Traditus sum et non egrediebar: oculi mei languerunt pre inopia.
Clamaui ad te dñe: tota die expandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi.
Nunquid narrabit aliquis in sepulchro miam tuam: et veri-

tatem tuam in perdicionem.
N anquid cognoscetur in tenebris mirabilia tua: et iusticia tua in terra obliuionis.
E t ego ad te dñe clamaui: et mane oratio mea preueniet te.
U t quid dñe repellis orationẽ meam: auertis faciem tuam a me.
P auper sum ego et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autẽ humiliatus sum et conturbatus.
I n me trãsierunt ire tue: et terrores tue conturbauerunt me.
C ircumdederũt me sicut aqua tota die: circumdederunt me simul.
E longasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria.
G loria patri. Fundamẽta eius in mõtibus sanctis. Psal. lxxxviii.

M isericordias domini: in eternum cantabo.
I n generatione & generationẽ: annunciabo veritatẽ tuã in ore meo.
Q m dixisti in eternum misericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis.
D isposui testamentũ electis meis: iuraui dauid seruo meo vsq; in eternum preparabo semen tuum.
E t edificabo in generatione & generationem: sedem tuam.
C onfitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.
Q uoniam quis in nubibus equabitur domino: similis erit domino, in filiis dei.
D eus qui glorificatur in consiliis sanctorũ: magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.
D omine deus virtutum quis similis tibi: potẽs es domine et veritas tua in circuitu tuo.
T u dominaris potestati maris: motũ autẽ fluctuũ ei9 tu mitigas.
T u humiliasti sicut vulneratũ superbum: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos.
T ui sunt celi et tua est terra: orbẽ terre et plenitudinem eius tu fundasti aquilonẽ et mare tu creasti.
T habor & hermõ in noĩe tuo exultabunt: tuũ brachiũ cum potentia.
F irmetur manus tua & exaltetur dextera tua: iusticia et iudicium preparatio sedis tue.
M isericordia et veritas precedent faciem tuam: beatus populus qui scit iubilationem.
D ñe in lumine vultus tui ambulabunt & in noĩe tuo exultabunt tota die: & in iusticia tua exaltabuntur.
Q uoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
Q uia dñi est assumptio nostra: et sancti israel regis nostri.
T ũc locutus es in visiõe sctis tuis: & dixisti posui adiutoriũ in potente, & exaltaui electũ de plebe mea.
I nueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum.
M anus enim mea auxiliabitur ei: & brachiũ meum confirmabit eum.
N ihil pficiet inimic9 in eo: & filius iniquitatis nõ apponat nocere ei.
E t concidam a facie ipsius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam.
E t veritas mea et misericordia

mea cum ipso: et in nomine meo ex altabitur cornu eius.
Et ponã in mari manũ eius: et in fluminibus dexteram eius.
Ipse inuocauit me pater me⁹ es tu: De⁹ meus & susceptor salutis mee.
Et ego primogenitũ ponam illũ: excelsum pre regibus terre
In eternũ seruabo illi miam meam: et testamentũ meũ fidele ipsi.
Et ponã in scl'm seculi semẽ eius: et thronũ eius sicut dies celi.
Si autem dereliquerint filii eius legem meam: et in iudiciis meis nõ ambulauerint.
Si iusticias meas ꝓphanauerint: et mandata mea non custodierint.
Uisitabo in virga iniquitates eorũ: et in verberibus peccata eorum
Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neq; nocebo in veritate mea.
Neq; prophanabo testamẽtũ meum: et que procedunt de labiis meis non faciam irrita.
Semel iuraui in sctõ meo si dauid mẽtiar: semẽ ei⁹ in eternũ manebit.
Et thronus eius sicut sol in cõspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum, et testis in celo fidelis.
Tu vero repulisti et dispexisti: distulisti christum tuum.
Auertisti testamẽtũ serui tui: prophanasti in terra sanctuariũ eius.
Destruxisti oẽs sepes eius: posuisti firmamentũ eius fortitudinem.
Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.
Exaltasti dexterã deprimentium eum: letificasti oẽs inimicos eius:
Auertisti adiutorium gladii eius: et non es auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eũ ab emũdatione: et sedem eius in terra collisisti.
Minorasti dies tẽporis eius: perfudisti eum in confusione.
Usq;quo dñe auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua.
Memorare que mea substantia: nũquid enim vane constituisti omnes filios hominum.
Quis est homo qui viuet et nõ videbit mortem: eruet animam suam de manu inferni.
Ubi sunt mie tue antique dñe: sicut iurasti dauid in veritate tua.
Memor esto dñe opprobrii seruorum tuorũ: qd continui in sinu meo multarum gentium.
Quod exprobrauerunt inimici tui domine: quod exprobrauerunt commutationem christi tui.
Bñdictus dñs in eternũ: fiat fiat
Nõ dr ad noct. iste ps. lxxxix. Dñe refugiũ. &c. Nõ dr ad noc. iste ps. xc Qui hitat in adiu. &c. Nõ dr ad noc. iste ps. xci. Bonũ est con. Nõ dr ad noct. iste p. xcii. Dñs reg. ps. xciii.
Deus vltionũ dominus: deus vltionum libere egit.
Exultare qui iudicas terrã: redde retributionem superbis.
Usq;quo peccatores dñe: vsq;quo peccatores gloriabuntur.
Effabũtur & loquẽtur iniqtatem: loquenť oẽs q̃ operanť iniusticiã.
Populũ tuũ dñe humiliauerũt: et hereditatem tuã vexauerunt.
Uiduam et aduenã interfecerunt:

et pupillos occiderunt.
Et dixerunt non videbit dñs: nec intelliget deus iacob.
Intelligite insipientes in populo: et stulti aliquando sapite.
Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculũ non cõsiderat.
Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominem scientiam.
Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vane sunt.
Beatus homo quem tu erudieris dñe: et de lege tua docueris eum.
Ut mitiges eũ a dieb⁹ malis: donec fodeatur peccatori fouea.
Quia nõ repellet dñs plebẽ suã: et hereditatem suam nõ derelinquet.
Quoadusq3 iusticia conuertatur in iudicium: et qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.
Quis cõsurget mihi aduersus malignãtes: aut quis stabit mecũ aduersus operantes iniquitatem.
Nisi q2 dñs adiuuit me: paulominus habitasset in inferno aĩa mea.
Si dicebã mot⁹ est pes me⁹: misericordia tua dñe adiuuabat me.
Secundũ multitudinẽ doloꝝ meorum in corde meo: cõsolationes tue letificauerunt aĩam meam
Nũquid adheret tibi sedes iniqtatis: qui fingis laborem in precepto.
Captabãt in aĩmã iusti: et sanguinem innocentem cõdemnabant.
Et factus es mihi dñs ĩ refugium: et de⁹ meus in adiutoriũ spei mee.
Et reddet illis iniquitatẽ ipsorum: et in malicia eoꝝ disperdet eos: disperdet illos dñs deus noster.
Nõ dicitur ad noct. iste ps. xciiii.

Venite exultemus dño: iubilemus deo salutari nostro.
Preoccupemus faciẽ eius in cõfessione: ⁊ in psalmis iubilemus ei.
Qm̃ deus magnus dñs: et rex magnus super omnes deos.
Q2 in manu eius sũt omnes fines terre: ⁊ altitudĩes mõtiũ ipsius sunt
Qm̃ ipsi⁹ est mare ⁊ ipẽ fecit illud: et siccã manus eius formauerunt.
Uenite adoremus et procidamus ⁊ ploremꝰ ante dñm qui fecit nos: quia ipse est deus noster.
Et nos populus pascue eius: et oues manus eius.
Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra.
Sicut in irritatione: secundũ diem tentationis in deserto.
Ubi tentauerũt me patres vestri: probauerũt ⁊ viderunt opera mea.
Quadraginta annis offensus fui generatiõi illi: ⁊ dixi semper hii errant corde.
Et isti nõ cognouerũt vias meas: vt iuraui in ira mea si introibũt in requiem meã. ãn. Benedictus dñs in eternum. Psalm. xcv.
Cantate dño canticũ nouum: cantate dño omnis terra.
Cantate domino et benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius.
Annũciate inter gẽtes gloriã eius: in oĩbus populis mirabilia eius.
Qm̃ magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: terribilis est super oẽs deos.
Qm̃ omnes dii gẽtium demonia: dñs autem celos fecit.
Confessio ⁊ pulchritudo in cõspec-

ctū eius:sanctimonia et magnificē=
tia in sanctificatione eius.
Afferte dn̄o patrie gentiū, afferte
dn̄o gloriam ⁊ honorem: afferte do
mino gloriam nomini eius.
Tollite hostias ⁊ itroite in atria
ei⁹:adorate dn̄m in atrio sctō eius.
Commoueatur a facie ei⁹ vniuer
sa terra:dicite in gentibus quia do=
minus regnauit.
Etenim correxit orbem terre qui
non commouebitur : iudicabit po=
pulos in equitate.
Letenē celi ⁊ exultet terra , cōmo
ueaē mare et plenitudo eius : gau=
debunt cāpi et oīa que in eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna sil=
uarum a facie dn̄i quia venit:quo=
niam venit iudicare terram.
Iudicabit orbē terre i equitate : et
populos in veritate sua. Ps.xcvi.
Dominus regnauit exultet tra
letenē insule multe.
Nubes ⁊ caligo in circuitu ei⁹: iu=
sticia ⁊ iudiciū correctio sedis eius
Ignis ante ipsum precedet : et in=
flāmabit in circuitu inimicos eius.
Alluxerunt fulgura eius orbi ter
re:vidit ⁊ commota est terra.
Montes sicut cera fluxerūt a facie
dn̄i:a facie domini omnis terra
Annūciauerūt celi iusticiā eius : et
viderunt oēs populi gloriam eius.
Confundātur omnes qui adorant
sculptilia:et qui gloriātur in simu=
lachris suis.
Adorate eum omnes angeli eius:
audiuit et letata est syon.
Et exultauerunt filie iude:propter
iudicia tua domine.

Quoniam tu domin⁹ altissim⁹ su
per omnem terram : nimis exalta=
tus es super omnes deos.
Qui diligitis dominum odite ma=
lum:custodit domin⁹ animas sanc=
torum suorū , de manu peccatoris
liberabit eos. (ticia.
Lux orta est iusto:et rectis corde le
Letamini iusti in dn̄o:et cōfitemi=
ni memorie sanctificationis eius.
Oria. An. Cātate dn̄o ⁊ benedicite
noīi ei⁹. V. Intret orō mea in cōspe
tu tuo dn̄e. R. Inclina aurē tuā ad
precē meā. An.lau. V. Fiat mia.
¶ In laud. an. Spiritu principali
cōfirma cor meū deus. Ps. Miserere
re mei deus. Psalmus.cxlii.
Domine exaudi orationem me
am, auribus percipe obsecra=
tionem meā : in veritate tua exau=
di me in tua iusticia.
Et non intres in iudicium cū ser=
uo tuo: quia nō iustificabitur in cō=
spectu tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimic⁹ aīam
meā:humiliauit in terra vitā meā.
Collocauit me in obscuris, sicut
mortuos seculi:et anxiatus est su=
per me spiritus meus,in me turba=
tum est cor meum.
Memor fui dierū antiquorū,medi
tatus sum in oībus opibus tuis:in
factis manuū tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te:ani=
ma mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine : de=
fecit spiritus meus.
Nō auertas faciem tuā a me:⁊ si=
milis ero decendentibus in lacum.
Auditā fac mihi mane misericor=

diam tuam: quia in te speraui.
Notā fac mihi viā in qua ambulē: quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis dñe ad te cōfugi: doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam: pp̄ter nomen tuum dñe viuificabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione animam meam: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.
Et perdes oēs q̄ tribulant animā meā: quoniā ego seruus tuus sum.
Gloria. an. In veritate tua exaudi me dñe. an. Illumina vultū tuū super nos. ps Deus deus. Cant. Aba.iii
Domine audiui auditionē tuam: et timui.
Domine opus tuum: in medio annorum viuifica illud.
In medio annorum notum facies: cum iratus fueris misericordie recordaberis.
Deus ab austro veniet: et sanctus de monte pharam.
Operuit celos gloria eius: et laudis eius plena est terra.
Splendor eius vt lux erit: corona in manibus eius.
Ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors.
Egredietur diabolus ante pedes eius: stetit et mensus est terram.
Aspexit et dissoluit gentes: contriti sunt montes seculi.
Incuruati sunt oculi mundi: ab itineribus eternitatis eius.
Pro iniq̄tate vidi tētoria ethyopie: turbabuntur pelles terre madian.
Numquid in fluminibus iratus es dñe: aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua?
Quia ascendes super equos tuos: et quadrige tue saluatio.
Suscitans suscitabis arcū tuū: iuramenta tribubus que locutus es.
Fluuios scindes terre, viderunt et doluerūt montes: gurges aquarum transiit.
Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas leuauit.
Sol et luna steterūt in habitaculo suo: in luce sagitarū tuarū ibunt in splendore fulgurantis haste tue.
In fremitu conculcabis terram: in furore obstupefacies gentes.
Egressus es in salutē populi tui: in salutem cum christo tuo.
Percussisti caput de domo impii: denudasti fundamentum eius vsq3 ad collum.
Maledixisti sceptris eius: capita bellatorū eius venientibus vt turbo ad dispergendum me.
Exultatio eorum: sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.
Uiam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.
Audiui et cōturbat9 est vēter meus: a voce cōtremuerūt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis: et subter me scateat.
Ut requiescam in die tribulationis mee: et ascendam ad populum accinctum nostrum
Ficus enim non florebit: et non erit germen in vineis.
Mentiet opus oliue: et arua non afferent cibum.

Abscidetur de ouili pecus: et non erit armentum in presepibus.
Ego autem in domino gaudebo: et exultabo in deo iesu meo.
Deus dominus fortitudo mea: et ponet pedes meos quasi ceruorum.
Et sup excelsa mea deducet me victor: in psalmis canentē. Gloria. an.
Dñe audiui auditū tuū et timui. an.
In tympano et choro i cordis et organo laudate deū. ps Laud. cap. Vigilate. Dne ne i ira. vsq ad. xl. qñ de fer. agitur dr ad lau. seqns. Hy.

Eterna celi gloria, beata spes mortalium: celsi tonantis vnice, casteq; proles virginis.
Da dexterā surgentibus, exurgat et mens sobria: flagransq; in laudem dei, grates rependat debitas.
Ortus refulget lucifer, sparsamq; lucem nunciat: cadit caligo noctium, lux sancta nos illuminet.
Manensque nostris sensibus, noctem repellat seculi: omniq; fine diei, purgata seruet pectora.
Quesita iam primū fides, radicet altis sensibus: secūda spes cōgaudeat; quo maior extat caritas.
Deo patri. V. In matutinis. Per estate Hy. Ecce iā no. V. In matutinis an. Per viscera mie dei nri: in qbus visitauit nos oriens ex alto. ps. Bndictus. ¶ Sabbato ad matu. Inuit. Dñm deū nrm Venite adorem9. ps Venite exul. Seqns hy9 solū dr ad mat. in sab. prio ante do. primā. xl. qñ in pdicto sab. de fer. agit. Hymn.

Summe deus clementie, mūdi factor machine: vnus potentialiter, trinusq; personaliter,
Nostros pius cum canticis, fletus benigne suscipe: quo corde puro sordibus, te perfruamur largius.
Lumbos iecurque morbidum, adure igne congruo: accincti vt sint perpetim, luxu remoto pessimo.
Ut quique horas noctiū, nunc concinnēdo rumpimus: donis beate patrie, ditemur omnes affatim.
Presta pater piissime. Per estatem Hymnus Nocte surgentes vigilemus omnes. &c. Psalmus. xcvii



Cantate dño canticū nouum: quia mirabilia fecit
Saluauit sibi dextera eius: et brachiū sanctū eius
Notum fecit dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iusticiam suam.
Recordatus est misericordie sue: et veritatis sue domui israel.
Viderunt oēs termini terre salutare dei nostri: iubilate deo omnis terra, cātate et exultate et psallite.
Psallite domino in cythara, in cythara et voce psalmi: in tubis ductilibus et voce tube cornee.
Iubilate in cōspectu regis dñi, moueatur mare et plenitudo eius: orbis terrarum et qui habitant in eo.
Flumina plaudēt manu simul mōtes exultabut in conspectu domini: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbē terrarum in iusticia: et populos in equitate. ps. xcviii.

Dominus regnauit irascantur populi: qui sedes sup cherubin moueatur terra.
Dominus ex syon magnus: et excelsus super omnes populos.

Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile et sanctum est, et honor regis iudicium diligit.
Tu parasti directiones: iudicium et iusticiam in iacob tu fecisti.
Exultate dominum deum nostrū: et adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.
Moises et aaron in sacerdotibus eius: et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.
Inuocabant dominum et ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius: et preceptum quod dedit illis.
Dñe de9 noster tu exaudiebas eos, deus tu ppicius fuisti eis: et vlciscēs in omnes adinuentiones eorum.
Exaltate dñm deum nostrū: et adorate in monte sancto eius quoniā sanctus dñs deus noster. Gl'ia. ăn. Quia mirabilia fecit dñs. ps. xcix.
Iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia.
Introite in conspectu eius: in exultacione.
Scitote quoniam dñs ipse est de9: ipse fecit nos et non ipsi nos.
Populus eius et oues pascue eius introite in portas eius in cōfessiōe: atria eius in hinis cōfitemini illi.
Laudate nomen eius quoniā suauis est dñs, in eternum misericordia eius: et vsq3 in generacione et generacionem veritas eius. ps. c.
Misericordiam et iudicium cātabo tibi domine: psallam et intelligā in via immaculata quando venies ad me.
Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus mee.
Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes preuaricationem odiui.
Non adhesit mihi cor prauum: declinantem a me malignum non cognoscebam.
Detrahentē secreto proximo suo: hunc persequebar.
Superbo oculo et insatiabili corde: cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terre vt sedeant mecum: ambulās in via immaculata hic mihi ministrabit.
Nō habitabit in medio dom9 mee qui facit supbiam: qui loquit iniqua nō direxit i cōspectu oculorū meorū.
In matutino interficiebam ōnes peccatores terre: vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Gloria patri. ăn. Iubilate deo omnis terra. Psalmus. ci.
Domine exaudi oracionē meā et clamor me9 ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me: i quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacūque die inuocauero te: velociter exaudi me.
Qr defecerūt sicut fum9 dies mei: et ossa mea sicut cremiū aruerunt.
Percussus sum vt fenum et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panē meum.
A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee.
Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio.

Uigilaui:et factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei:& qui laudabāt me aduersum me iurabant.
Quia cinerē tanquā panē manducabā:& potū meū cū fletu miscebā.
A facie ire indignaciōis tue:quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt:et ego sicut fenum arui.
Tu autem domine in eternū permanes:et memoriale tuum in generacione & generacionem.
Tu exurgens dñe misereberis sion: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.
Qm̄ placuerunt seruis tuis lapides ei9:et terre eius miserebūtur.
Et timebūt gētes nomē tuū dñe: et oēs reges terre gloriam tuam.
Quia edificauit dñs sion:et videbitur in gloria sua.
Respexit in oracionem humiliū:et non spreuit precem eorum.
Scribantur hec in generacione altera:et populus qui creabitur laudabit dominum.
Quia prospexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus cōpeditorum: vt solueret filios interemptorum.
Ut annūcient in sion nomē dñi:& laudem eius in Hierusalem.
In conueniendo populos in vnū: et reges vt seruiant domino.
Respōdit ei i via virtutis sue; paucitatē dierum meorum nūcia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum:in generacione et generacionem anni tui.
Initio tu dñe terram fundasti:et opera manuū tuarū sunt celi.
Ipsi peribūt tu autē permanes:& oēs sicut vestimentum veterascēt.
Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur:tu autem idē ipse es,et anni tui non deficient.
Filii seruorū tuorū habitabūt:& semē eorū i sclm dirigetur. Ps.cii.

Benedic anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius.
Benedic aīa mea dño:& noli obliuisci omnes retributiones eius.
Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis:qui sanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam:qui coronat te in misericordia & miserationibus.
Qui replet i bonis desideriū tuū: renouabitur vt aquile iuuētus tua
Faciēs misericordias dñs:& iudiciū omnibus iniuriā patientibus.
Notas fecit vias suas moisi:filiis Israel voluntates suas.
Miserator et misericors dñs: longanimis et multum misericors.
Nō inperpetuum irascetur: neqꝫ in eternum comminabitur.
Non secundum peccata nostra fecit nobis:neqꝫ secundū iniquitates nostras retribuet nobis.
Quoniā secundū altitudinem celi a terra:corroborauit misericordiā suam super timentes se.
Quātū distat ort9 ab occidēte:lōge fecit a nobis iniqtates nostras
Quomodo miseret pater filiorum

misertus est dñs timētibus se: quō ipse cognouit figmentum nostrum.
Recordatus est quoniā puluis sumus: homo sicut fenum, dies eius tanquam flos agri sic efflorebit.
Quoniam spiritus pertrāsibit in illo et non subsistet: et non cognoscet amplius locum suum.
Misericordia autem dñi ab eterno et vsq; in eternū: super timētes eū.
Et iusticia illius in filios filiorum: his qui seruāt testamentum eius.
Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum ea.
Dñs in celo parauit sedē suā: ⁊ regnum ipsius oībus dominabitur.
Bñdicite dño oēs angeli eius: potētes virtute faciētes verbū illius, ad audiendā vocē sermonum eius
Bñdicite dño oēs virtutes eius: ministri ei⁹ q̄ facitis voluntatē eius
Benedicite dño oīa opera eius: in omni loco dñatiōis eius, bñdic aīa, mea dño. Gl'ia patri ān. Clamor meus ad te veniat deus. ps. ciii

Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer.
Confessionē et decorē induisti: amictus lumine sicut vestimento.
Extendens celum sicut pellē: qui tegis aquis superiora eius.
Qui pōis nubē ascensum tuum: q̄ ambulas super pennas ventorum.
Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignem vrentem
Qui fundasti terrā sup stabilitatē suā: nō inclinabitur in sclm seculi.
Abissus sicut vestimentum amict⁹ eius: super mōtes stabunt aque.
Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt.
Ascendunt montes et descēdent campi: in locum quem fundasti eis
Terminum posuisti quem nō trāsgredientur: neq; conuertentur operire terram.
Qui emittis fontes in cōuallib⁹: inter mediū mōtiū pertransibūt aque.
Potabunt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres celi habitabūt de medio petrarum dabunt voces.
Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum saciabitur terra.
Producens fenum iumentis: ⁊ herbam seruituti hominum.
Ut educas panem de terra: et vinum letificet cor hominis.
Ut exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi: ⁊ cedri libani quas plantauit, illic passeres nidificabunt.
Herodii domus dux est eorum: mōtes excelsi ceruis petra refugium herinaciis.
Fecit lunā in tempora: sol cognouit occasum suum.
Posuisti tenebras ⁊ facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie silue.
Catuli leonum rugientes: vt rapiant et querant a deo escam sibi.
Ortus est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suum: ⁊ ad operationem suā vsq; ad vesperam.
Quā magnificata sunt opera tua

dñe: omnia in sapientia fecisti, im=
pleta est terra possessione tua.
oc mare magnum et spaciosum
manibus: illic reptilia quorum non
est numerus.
nimalia pusilla cum magnis: il=
lic naues pertransibunt.
raco iste quem formasti ad illu=
dendum ei: omnia a te expectãt vt
des illis escam in tempore.
ante te illis colligẽt, aperiẽte te
manũ tuã: oĩa implebũtur bonitate
uertente autẽ te faciẽ turbabun=
tur: auferes spiritũ eorũ et deficiẽt
et in puluerem suum reuertentur.
mitte spiritũ tuum et creabũtur:
et renouabis faciem terre.
it gloria dñi in seculum: letabi=
tur dominus in operibus suis.
ui respicit terrã & facit eam tre
mere: qui tãgit mõtes et fumigant.
antabo domĩo in vita mea: psal
lam deo meo ꝙ diu sum.
ocundum sit ei eloquium meum:
ego vero delectabor in domino.
eficiant peccatores a terra, et in=
quitia vt non sint: benedic anima
mea domino. Psalmus .ciiii.

Onfitemini domino et inuo
cate nomen eius: annuncia=
te inter gentes opera eius.
antate ei et psallite ei: narrate
omnia mirabilia eius, laudamini ĩ
nomine sancto eius.
etetur cor querentium dominum
querite dominum & confirmamini:
querite faciem eius semper.
emẽtote mirabiliũ eius que fe=
cit: ꝓdigia eius & iudicia oris eius.
emen abraham serui eius: filii
iacob electi eius.
pse dominus deus noster: in vni
uersa terra iudicia eius.
emor fuit in seculum testamenti
sui: verbi quod mandauit in mille
generationes.
uod disposuit ad abraham: & iu=
ramenti sui ad ysaac.
t statuit illud iacob in preceptũ:
et israel in testamentum eternum.
icens tibi dabo terram chana=
am: funiculum hereditatis vestre.
um essent numero breui paucis=
simi: et incole eius.
t pertransierũt de gente in gen
tem: et de regno ad populũ alterũ.
on reliquit hominem nocere eis:
et corripuit pro eis reges.
olite tãgere christos meos: & in
prophetis meis nolite malignari.
t vocauit famẽ super terram: &
omne firmamentũ panis contriuit.
isit ante eos virum: in seruũ ve
nundatus est ioseph.
umiliauerunt in compedibus pe=
des eius: ferrum pertransiit animã
eius donec veniret verbum eius.
loquium domini inflammauit
eum: misit rex et soluit eum, prin=
ceps populorum et dimisit eum.
onstituit eũ dominũ domus sue:
et principẽ oĩs possessionis sue.
t erudiret principes eius sicut
semetipsum: et senes eius pruden
tiam doceret.
t intrauit israel in egyptum: et
iacob accola fuit in terra cham.
t auxit populũ suũ vehemẽter:
et firmauit eũ super inimicos eius.
ꝯuertit cor eorũ vt odirẽt popu=

lū eius: ⁊ dolū faceret ī seruos eius.
Misit moysen seruum suum: aarō quem elegit ipsum.
Posuit in eis vba signorum suorū: et prodigiorum in terra cham.
Misit tenebras et obscurauit: ⁊ nō exacerbauit sermones suos.
Conuertit aquas eorum in sāguinem: et occidit pisces eorum.
Et edidit terra eorū ranas: ī penetralibus regum ipsorum.
Dixit et venit cynomia ⁊ cinifes: in omnibus finibus eorum.
Posuit pluuias eorum grandinē: ignem comburentē in terra ipsorū.
Et percussit vineas eorum ⁊ ficulneas eorum: et contriuit lignum finium eorum.
Dixit et venit locusta et brucus: cuius non erat numerus.
Et comedit omne fenum in terra eorum: ⁊ comedit omnem fructum terre eorum.
Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum.
Et eduxit eos cū argento et auro: ⁊ non erat in tribus eorū infirmus.
Letata est egyptus in profectione eorū: q2 icubuit timor eorū sup eos.
Expandit nubē in ꝓtectionē eorū: et ignem vt luceret eis per noctem.
Petierunt et venit coturnix: ⁊ pane celi saturauit eos.
Dirupit petram ⁊ fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina.
Qm̄ memor fuit verbi scti sui: qd̄ habuit ad abraham puerum suum.
Et eduxit populum suum in exultatione: et electos suos in leticia.
Et dedit illis regiones gentium: et labores populorum possederunt.
Ut custodiāt iustificaciones eius: et legem eius exquirāt. Gloria.
Benedic anima mea domino.

Confitemini dn̄o quoniā bonus: qm̄ in seculū mīa eius.
Quis loquetur potētias domini: auditas faciet omnes laudes eius.
Beati qui custodiunt iudicium ⁊ faciunt iusticiam: in omni tempore.
Memento nostri dn̄e in beneplacito ppl'i tui: visita nos ī salutari tuo.
Ad videndum in bonitate electorū tuorum, ad letādū in leticia gentis tue: vt lauderis cū hereditate tua.
Peccauimus cū patribus nostris: iniuste egimus iniquitatē fecimus.
Patres nostri in egypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerūt memores multitudinis mīe tue.
Et irritauerunt ascendentes in mare mare rubrum: et saluauit eos propter nomen suum vt notam faceret potentiam suam.
Et increpuit mare rubrum et exsiccatum est: et deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odientiū: et redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.
Et crediderunt in verbis eius: et laudauerunt laudem eius.
Cito fecerūt obliti sūt operū eius: ⁊ non sustinuerunt consilium eius.
Et concupierunt concupiscentiam in deserto: et tentauerunt deum in inaquoso.
Et dedit eis petitionem ipsorum:

et misit saturitatẽ in animas eorũ.
Et irritauerunt moysen ĩ castris: aaron sanctum domini.
Aperta est terra et deglutiuit dathan: et operuit super congregationem abyron.
Et exarsit ignis ĩ synagoga eorũ: flamma cõbussit peccatores.
Et fecerũt vitulũ in oreb: et adorauerunt sculptile.
Et mutauerunt gloriã suã: ĩ similitudinẽ vituli comedẽtis fenum.
Obliti sunt deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in egypto: mirabilia in terra chã, terribilia in mari rubro.
Et dixit vt disperderet eos: si non moyses electus eius stetisset in cõfractione in conspectu eius.
Et auerteret iram eius ne disperderet eos: et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.
Non crediderunt verbo eius, et murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem dñi.
Et eleuauit manũ suã super eos: vt prosterneret eos in deserto.
Et vt deiiceret semẽ eorũ in nationib9: ⁊ disperderet eos in regiõib9.
Et initiati sũt beelphegor: et comederunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerũt eũ in adinuẽtiõib9 suis: et multiplicata est in eis ruina
Et stetit phinees ⁊ placauit: et cessauit quassatio.
Et reputatum est ei in iusticiam: in generatione et generationẽ vsq₃ in sempiternum.
Et irritauerunt eum ad aquas cõtradictionis: et vexatus est moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labiis suis: nõ disperdiderũt gentes quas dixit dñs illis.
Et cõmixti sunt inter gẽtes ⁊ didicerunt opa eorũ: ⁊ seruierũt sculptilib9 eorũ, ⁊ fctm̃ ẽ illis in scãdalum.
Et immolauerunt filios suos: et filias suas demoniis.
Et effuderunt sanguinem innocentem, sãguinem filiorum suorum et filiarum suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus chanaan.
Et interfecta est terra in sãguinib9 ⁊ cõtaminata est in opib9 eorum: ⁊ fornicati sunt in adinuẽtiõib9 suis.
Et iratus est furore dominus in populum suum: et abominatus est hereditatem suam.
Et tradidit eos in man9 gentium: ⁊ dominati sunt eorum q̃ oderũt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorum: et humiliati sunt sub manib9 eorum, sepe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: et humiliati sunt in iniquitatibus suis.
Et vidit cum tribularentur: et audiuit orationem eorum.
Et memor fuit testamenti sui: et penituit eum secundum multitudinem misericordie sue.
Et dedit eos in misericordias: in cõspectu omnium qui ceperant eos.
Saluos fac nos dñe deus noster: et congrega nos de nationibus.
Ut cõfiteamur nomini sancto tuo: et gloriemur in laude tua.
Benedictus dñs deus Israel a seculo et vsq₃ in seculum: ⁊ dicet oĩs

populus fiat fiat. Psalmus. cvi.

Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in seculū misericordia ei9.

Dicant qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos.

A solis ortu & occasu: ab aquilone et mari.

Errauerunt in solitudine in inaquosa: viam ciuitatis habitaculi nō inuenerunt.

Esurientes & sitientes: anima eorum in ipsis defecit.

Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.

Confiteātur dño misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum.

Quia satiauit animā inanē: et animam esurientem satiauit bonis.

Sedentes i tenebris & vmbra mortis: vinctos in mendicitate & ferro.

Quia exacerbauerunt eloquia dei: et consilium altissimi irritauerunt.

Et humiliatum est in laboribus cor eorum: et infirmati sunt nec fuit q̄ adiuuaret.

Et clamauerunt ad dominum cum tribularent: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis: & vincula eorum dirupit

Confiteantur dño misericordie eius: et mirabilia ei9 filiis hominum

Quia cōtriuit portas ereas: et vectas ferreos confregit.

Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniusticias enim suas humiliati sunt.

Omnē escam abhominata est anima eorum: et appropinquauerunt vsq3 ad portas mortis.

Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberauit eos.

Misit verbum suum & sanauit eos: et eripuit eos de interitiōibus eorū.

Cōfiteāt domino misericordie eius & mirabilia eius filiis hominum.

Et sacrificēt sacrificium laudis: et annūcient opera eius in exultatione

Qui descendunt mare in nauibus: faciētes operationem in aq̄s multis.

Ipsi viderunt opera domini: et mirabilia eius in profundo.

Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt fluctus eius.

Ascendunt vsq3 ad celos, et descendunt vsq3 ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.

Turbati sunt & moti sūt sicut ebrius: & oīs sapiētia eorū deuorata est.

Et clamauerunt ad dñm cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos.

Et statuit procellam eius in aurā: et siluerunt fluctus eius.

Et letati sunt q2 siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.

Cōfiteanē dño misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum.

Et exaltent eum in ecclia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum

Posuit flumina in desertum: et exitus aquarum in sitim.

Terrā fructiferā in salsuginem: a malicia inhabitantium in ea.

Posuit desertum i stagna aquarū:

et terrã sine aqua in exitus aquarũ.
Et collocauit illic esurientes: et constituerunt ciuitatẽ habitationis.
Et seminauerunt agros et plantauerunt vineas: et fecerunt fructũ natiuitatis.
Et bñdixit eis et multiplicati sunt nimis: et iumẽta eorũ nõ minorauit.
Et pauci facti sunt et vexati sunt: a tribulatione malorum et dolore.
Effusa est contentio super principes: et errare fecit eos in inuio et non in via.
Et adiuuit pauperem de inopia: et posuit sicut oues familias.
Videbunt recti et letabuntur: et omnis iniquitas opilabit os suum.
Quis sapiẽs et custodiet hec: et intelliget misericordias domini.
Gloria patri. An. Uisita nos domine in salutari tuo. Psalmus. cvii.

Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo et psallam in gloria mea.
Exurge psalterium et cythara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: et psallam tibi in nationibus.
Quia magna est super celos mia tua: et vsqz ad nubes veritas tua.
Exultare super celos deus, et super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua et exaudi me: deus locut9 est in sancto suo.
Exultabo et diuidã sichimam: et conuallem tabernaculorũ dimetiar.
Meus est galaad et me9 est manasses: et effraim susceptio capitis mei.
Iuda rex meus: et moab lebes spei mee.
In idumeam extendã calciamentum meum: mihi alienigene amici facti sunt.
Quis deducet me in ciuitatẽ munitã: qs deducet me vsqz in idumeam.
Nonne tu deus qui repulisti nos: et nõ exibis deus i virtutibus nostris.
Da nobis auxiliũ de tribulatione: quia vana salus hominis.
In deo faciemus virtutem: et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Psalmus. cviii.

Deus laudẽ meam ne tacueris: quia os peccatoris et os dolosi, super me apertum est.
Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: et sermonibus odii circundederunt me, et expugnauerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi: ego autem orabam.
Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: et odiũ pro dilectiõe mea.
Constitue super eum peccatorẽ: et dyabolus stet a dextris eius.
Cum iudicatur exeat condemnatus: et oratio eius fiat in peccatum.
Fiant dies eius pauci: et episcopatum eius accipiat alter.
Fiant filii eius orphani: et vxor eius vidua.
Nutantes transferantur filii eius et mendicent: eiiciantur de habitationibus suis.
Scrutetur fenerator oẽm substantiã eius: et diripiãt alieni labores ei9.
Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitũ: in ge-

neratiõe vna deleatur nomen eius
In memoriam redeat iniquitas pa
trũ eius in cõspectu dñi: et peccatũ
matris eius non deleatur.
Fiant contra dominum semper: et
dispereat de terra memoria eorum
pro eo q non est recordatus facere
misericordiam.
Et persecutus est hominem inopẽ
et mendicum: et conpunctum corde
mortificare.
Et dilexit maledictionem et veniet
ei: et noluit benedictionem et elon-
gabitur ab eo.
Et induit maledictionem sicut ve-
stimentum: et intrauit sicut aqua in
interiora eius, et sicut oleum in ossi-
bus eius.
Fiat ei sicut vestimẽtum quo ope-
ritur: et sicut zona qua semper pre
cingitur.
Hoc opus eorũ qui detrahunt mi-
hi apud dominum: et qui loquũtur
mala aduersus animam meam.
Et tu dñe dñe fac mecum propter
nomẽ tuũ: quia suauis est mia tua.
Libera me qa egenus et paup ego
sũ: et cor meũ cõturbatũ est itra me.
Sicut vmbra cũ declinat ablatus
sum: et excussus sum sicut locuste.
Genua mea infirmata sunt a ieiu-
nio: et caro mea immutata est prop-
ter oleum.
Et ego factus sũ opprobrium illis:
viderũt me et mouerũt capita sua.
Adiuua me dñe deus meus: saluũ
me fac secundũ misericordiã tuam
Et sciant quia manus tua hec: et
tu domine fecisti eam.
Maledicent illi et tu benedices, qui
insurgunt in me cõfundantur: ser-
uus autem tuus letabitur.
Induantur qui detrahunt mihi
pudore: et operiantur sicut diploide
confusione sua.
Cõfitebor dño nimis in ore meo: et
in medio multorum laudabo eum.
Qui astitit a dextris pauperis: vt
saluã faceret a psequentibus animã
meam. Gloria. Cõfitebor dño ni-
mis i ore meo. Dñe exaudi oratio
nẽ meã. Fiat mia. Ca
... Benigne fac in bona volun-
tate tua domine. ps. Miserere mei.
Psalmus xci.

Bonũ est cõfiteri dño: et psallere
nomini tuo altissime.
Ad annunciandum mane mise
ricordiam tuam: per noctem.
In decacordo psalterio: cum can-
tico in cithara.
Quia delectasti me domine in fa-
ctura tua: et in operibus manuum
tuarum exultabo.
Quã magnificata sunt opera tua
domine: nimis profunde facte sunt
cogitaciones tue.
Uir insipiens nõ cognoscet: et stul-
tus non intelliget hec.
Cum exorti fuerint peccatores si-
cut fenum: et apparuerint omnes q
operantur iniquitatem.
Ut intereant in seculum seculi: tu
autem altissimus in eternum dñe.
Quoniam ecce inimici tui dñe qm ecce
inimici tui peribũt: et dispergetur
oẽs qui operantur iniquitatem.
Et exultabit sicut vnicornis cor-
nu meũ: et senectus mea in mia vberi
Et despexit oculus meus inimicos
meos: et insurgẽtibus in me mal-

gnantibus audiet auris mea.
Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur.
Plātati in domo domini: in atriis domus dei nostri florebunt.
Adhuc multiplicabūt i senecta vberi: et bene patiētes erūt vt annūciēt
Qm̄ rect9 dn̄s de9 nr̄: ꝫ nō est iniquitas i eo. Gl̄ia. an. Bonum est confiteri in dn̄o. an. Metuant dn̄m oēs fines terre. ps. Deus deus.
Canticum moisi. Deut. xxxii.
Audite celi que loquar: audiat terra verba oris mei.
Cōcrescat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum.
Quasi imber super herbā: ꝫ quasi stille super gramina, quia nomen domini inuocabo.
Date magnificentiam deo nostro: dei perfecta sunt opera, et omnes vie eius iudicia.
Deus fidelis et absqꝫ vlla iniquitate iustus et rectus: peccauerunt ei et non filii eius in sordibus.
Generacio praua atque peruersa: heccine reddis domino popule stulte et insipiens.
Numquid nō ipse est pater tuus q̄ possedit te: et fecit et creauit te.
Memento dierum antiquorum: cogita cogitaciones singulas,
Interroga patrem tuum et ānunciabit tibi: maiores tuos ꝫ dicet tibi.
Quando diuidebat altissimus gentes: quando separabat filios adam
Constituit terminos populorum: iuxta numerum filiorum israel.
Pars autem dn̄i populus eius: iacob funiculus hereditatis eius.
Inuenit eum in terra deserta: in loco horroris ꝫ vaste solitudinis.
Circunduxit eum et docuit: et custodiuit quasi pupillam oculi sui.
Sicut aquila prouocās ad volādū pullos suos: ꝫ super eos volitans.
Expandit alas suas et assumpsit eos: atque portauit in humeris suis
Dominus solus dux eius fuit: et non erat cum eo deus alienus.
Constituit eum super excelsā terram: vt comederet fructus agrorū
Et suggeret mel de petra: oleumque de saxo durissimo.
Butirum de armento: ꝫ lac de ouibus cum adipe agnorum et arietum filiorum basan.
Et hircos cū medulla tritici: ꝫ sanguinem vue biberūt meracissimum
Incrassat9 est dilect9 et recalcitrauit: incrassatus ipinguatus dilatat9
Dereliquit deum factorem suum: et recessit a deo salutari suo.
Prouocauerunt eū in dīis alienis: et in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
Immolauerunt demoniis et non deo: diis quos ignorabant.
Noui recentesqꝫ venerunt: quos non coluerunt patres eorum.
Deum qui te genuit dereliquisti: et oblitus es dn̄i creatoris tui.
Uidit dominus et ad iracuudiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filii sui et filie.
Et ait abscondā faciē meā ab eis: et considerabo nouissima eorum.
Generatio enim peruersa est: et infideles filii.
Ipsi me prouocauerunt in eo qui

non erat deus: et irritauerunt in vanitatibus suis.
Et ego prouocabo eos i eo qui non est populus: et in gente stulta irritabo illos.
Ignis succēsus est in furore meo: et ardebit vsqꝫ ad iferni nouissima.
Deuorabitqꝫ terrā cū germie suo: et montiū fundamenta comburet.
Congregabo super eos mala: et sagittas meas complebo in eis.
Consumentur fame: et deuorabunt eos aues morsu amarissimo.
Dentes bestiarū immittā in eos: cum furore trahentium super terram atqꝫ serpentium.
Foris vastabit eos gladius: et intus pauor.
Iuuenem simul ac virginem: lactantem cum homine sene.
Et dixi, vbi nam sunt: cessare faciā ex omnibus memoriā eorum.
Sed propter irā inimicorum distuli: ne forte superbirēt hostes eorum
Et dicerent manꝰ nostra excelsa: et non dominus fecit hec omnia.
Gens absqꝫ consilio est et sine prudentia: vtinā saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent.
Quomodo vnus persequebatur mille: et duo fugarent decem milia
Nonne ideo quia deus suus vendidit eos: et dñs conclusit illos.
Non enim est deus noster vt dii eorum: et inimici nostri sunt iudices
De vinea sodomorum vinea eorū: et de suburbanis gomorre.
Vua eorum vua fellis: et botri amarissimi.
Fel drachonum vinum eorum: et venenum aspidum insanabile.
Nonne hec condita sunt apud me: et signata in thesauris meis.
Mea est vltio et ego retribuam in tempore: vt labatur pes eorum.
Iuxta est dies perdicionis: et adesse festinant tempora.
Iudicabit dominus populum suum: et in seruis suis miserebitur.
Videbit quod infirmata sit manus eius: et clausi quoqꝫ defecerunt, residuiqꝫ consumpti sunt.
Et dicent, vbi sunt dii eorum: in quibus habebant fiduciam.
De quorum victimis comedebant adipes: et bibebant vinū libaminū.
Surgant et opitulentur vobis: et in necessitate vos protegant.
Videte quod ego sim solus: et nō sit alius deus preter me.
Ego occidā et ego viuere faciam percutiam et ego sanabo: et non est qui de manu mea possit eruere.
Leuabo ad celum manū meam: et dicam viuo ego in eternum.
Si acuero vt fulgur gladium meū et arripuerit iudiciū manus mee.
Reddam vltionē hostibus meis: et his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sanguine: et gladiꝰ meꝰ deuorabit carnes.
De cruore occisorū: et de captiuitate nudati inimicorum capitis.
Laudate gētes populū eius: quia sanguinem seruorum vlciscetur.
Et vindictam retribuet in hostes eorum: propiciꝰ erit terre populi sui.
Gloria. an. Et in seruis suis dñs miserebit. ān. In cibalis benesonantibꝰ laudate dñm ps. Laudate

dñm. xpm. Vigilate. Sequens hymnus dr solû ad lau. in sabbato proximo ãte do. primã. xl qñ in pdicto sabbato de feria agitur. Himnus.

Aurora iã spargit polum, terris dies illabit: lucis resultat speculum, discedat omne lubricû.
Fantasma noctis decidat, mentes reatus subruat: quicquid tenebris horridû, nox attulit culpe cadat.
Ut mane illud vltimû qd prestulamur cernui: in lucem nobis affluat, dum hoc canore concrepat.
Deo patri. Per estatẽ Vi9. Ecce iã. v. In matutinis. ãn. In viã pacis dirige nos dñe. ps. Benedict9. Preces ⁊c. vts. oratio vt decet. In dñicis diebus ad vesperas. Psalmus. cix.



Dixit dominû dño meo: sede a dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos: scabellû pedû tuorum.
Virgam virtutis tue emittit dñs ex sion: dominare i medio inimicorû tuorû.
Tecum principium in die virtutis tue in splẽdoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit dñs et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundû ordinem melchisedech.
Dominus a dextris tuis: cõfregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nationibus implebit ruinas: conquassabit capita in terris multorum.
De torrente in via bibit: ppterea exaltauit caput. Gloria. ãn. Sede a dextris meis dixit dominus domino meo. Psalmus. cx.
Confitebor tibi domine in toto corde meo: in cõsilio iustorum et congregacione.
Magna opera domini: exquisita in omnes voluntates eius.
Confessio et magnificentia opus eius: et iusticia eius manet in seculum seculi.
Memoriã fecit mirabilium suorum misericors ⁊ miserator domin9: escam dedit timentibus se.
Memor erit in seculum testamenti sui: virtutem operum suorum annuntiabit populo suo.
Ut det illis hereditatem gẽtiû: opera manuû eius veritas et iudicium
Fidelia omnia mandata eius confirmata in seculum seculi: facta in veritate et equitate.
Redempcionem misit dominus populo suo: mandauit in eternum testamentum suum.
Sanctum et terribile nomẽ eius: initiû sapientie timor domini.
Intellectus bonus oibus facientibus eû: laudatio ei9 manet in seculû scli. Gloria. an. Fidelia oia mãdata ei9 cõfirmata i seculû seculi. ps. cxi.
Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius volet nimis.
Potẽs in terra erit semen eius: generacio rectorum benedicetur.
Gloria ⁊ diuitie in domo ei9: ⁊ iusticia eius manet in seculum seculi.
Exortû est i tenebris lumen rectis: misericors et miserator et iustus.
Iocũd9 homo qui miseret ⁊ cõmo

dat, disponit sermones suos in iudicio: quia in eternum nõ commouebit.
In memoria eterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius sperare in dño: cõfirmatum est cor eius: non cõmouebit donec despiciat inimicos suos.
Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit et irascet, dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit. Gloria. ãn. In mãdatis eius volet nimis. ps. cxii.
Laudate pueri dominum: laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et usque in seculum.
A solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen domini.
Excelsus sup omnes gentes dñs: et super celos gloria eius.
Quis sicut dominus deus noster: qui in altis habitat, humilia respicit in celo et in terra.
Suscitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem.
Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum letantem.
Gloria. ãn. Sit nomen domini benedictũ in secula. Psalmus. cxiii.
In exitu israel de egypto: domus iacob de populo barbaro.
Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius.
Mare vidit et fugit: iordanis conuersus est retrorsum.
Montes exultauerunt ut arietes: et colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare quod fugisti: et tu iordanis quia cõuersus es retrorsũ.
Montes exultastis sicut arietes: & colles sicut agni ouium.
A facie domini mota est terra: a facie dei iacob.
Qui conuertit petrã ĩ stagna aquarum: et rupem in fontes aquarum.
Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua et veritate tua: nequando dicant gentes, ubi est deus eorum.
Deus autem noster in celo: omnia quecunque voluit fecit.
Simulachra gentium argentũ et aurum: opera manuum hominum.
Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt.
Aures habent et non audient: nares habent & non odorabunt.
Manus habent et non palpabũt: pedes habent et non ambulabunt: nõ clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Domus israel sperauit in dño: adiutor eorum & protector eorum est.
Domus aaron sperauit ĩ dño: adiutor eorũ & protector eorum est.
Qui timẽt dñm sperauerũt ĩ dño: adiutor eorũ et ptector eorum est.
Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.
Benedixit domui israel: benedixit domui aaron.
Benedixit omnibus qui timẽt dominum: pusillis cum maioribus.
Adiciat dominus super vos: super

vos et super filios vestros.
Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram.
Celum celi domino: terram autẽ dedit filiis hominum.
Non mortui laudabunt te dñe: neq̃ oẽs qui descendunt in infernũ.
Sed nos q̃ viuimus benedicimus dño: ex hoc nunc et vsq̃ in seculum
Gloria. an. Nos q̃ viuimus bñdicimus domino. Cpm. ii. Thessal. iii.
Dominus autem dirigat corda et corpora nostra: in caritate dei et patientia Christi. Hoc cpm dr. ad ves. in oibus do. et fer. A Domine ne i ira vsq̃ ad. lxx. et Deus oim vsq̃ ad aduentũ dñi qñcũq̃ de temporali agit. Dicit etiã i fer. A lxx. vsq̃ ad. xl. qñ de fer. agit. Et sil'r sequens hymnus dr ad ves. in oibus do. A. Domine ne in ira. vsq̃ ad. xl. et a Deus oim. vsq̃ ad aduẽ. tã. i do. diebus quã in feria qñ de tpali agit. Hymnus.
Lucis creator optime, lucem dierum proferens: primordiis lucis noue, mundi parans originem.
Qui mane iunctũ vesperi, diẽ vocari precipis: tetrũ chaos illabitur, audi preces cum fletibus.
Ne mẽs grauata crimine, vite sit exul munere: dum nil perenne cogitat, seseq̃ culpis illigat.
Celorum pulset intimum, vitale tollat premiũ: vitemus omne noxium, purgemus omne pessimum.
Presta pater piissime, patriq̃ cõpar vnice: cũ spiritu paraclito, regnãs per omne seculũ. amẽ. Vsq̃ ad pur. dicit Gloria tibi. V. Dirigatur domine ad te oratio mea. R. Sicut incẽsũ in cõspectu tuo. Iste V. dr ad ves. in oibus do. diebus et fer. Domine ne in ira vsq̃ ad. xl. et A Deus oim. vsq̃ ad aduentũ qñ de tpali agitur.
C Feria secũda ad vespas. ps. cxiiii


Dilexi qm exaudiet dñs: vocem orationis mee.
Quia inclinauit aurem suam mihi: et in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerũt me
Tribulationem et dolorem inueni: et nomen domini inuocaui.
O dñe libera aiaz meam misericors dñs et iustus: et deus noster miseretur.
Custodiens paruulos dñs: humiliatus sum et liberauit me.
Conuertere anima mea in requiẽ tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu.
Placebo dño in regione viuorum.
Gl'a. an. Inclinauit dominus aurem suam mihi. Psalmus. cxv.
Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam dño: pro omnibus que retribuit mihi?
Calicem salutaris accipiam et nomen dñi inuocabo.
Vota mea dño reddam: corã omni populo eius: preciosa i conspectu dñi mors sanctorum eius.
O dñe quia ego seruus tuus: ego seruus tuus et filius ancille tue.

Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen domini inuocabo.
Uota mea reddam dño in cõspectu oĩs populi eius: in atriis domus dñi in medio tui hierl'm. Gloria. An. Credidi propter qd locutus sum. ps. cxvi.
Laudate dominũ oẽs gẽtes: laudate eum omnes populi.
Quoniã confirmata est super nos misericordia ei9: et veritas domini manet in eternũ. Gloria. An. Laudate dñm omnes gentes. psalm. cxix.
Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me.
Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponat tibi: ad linguam dolosam.
Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatoriis.
Heu mihi quia incolatus meus plongatus est habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderũt pacem erã pacificus: cũ loquebar illis impugnabant me gratis. Gloria patri. An. Clamaui et exaudiuit me. ps. cxx.
Leuaui ocl'os meos i mõtes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxiliũ meũ a domino: qui fecit celum et terram.
Non det in cõmotionẽ pedem tuũ: neqz dormitet qui custodit te.
Ecce nõ dormitabit neqz dormiet: qui custodit israell.
Dñs custodit te dominus protectio tua: super manũ dexterã tuam.
Per diem sol nõ vret te: neqz luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animã tuam dominus.
Dominus custodiat introitũ tuũ et exitum tuum: ex hoc nunc et vsque in seculum.
Gloria. An. Auxiliũ meũ a dño. cpm. Dñs aute di. A. Dñe ne in ira. vsqz ad. x. qñ de tertia fer. agitur: tũc ad ves. feria. ii. hz sequens. Hymnus.
Immense celi conditor, qui mixta ne confunderet: aque fluenta diuidens, celũ dedisti limitem.
Firmans locũ celestibus, simulqz terre riuulis: vt vnda flãmas temperet, terre solum ne dissipent.
Infunde nunc piissime, donum perennis gratie: fraudis noue ne casibus nos error atterat vetus.
Lucẽ fides inueniat, sic luminis iubar ferat: hec vna cuncta terreat, hanc falsa nulla comprimant.
Presta pater piissime. V. Dirigat dñe. De estate hy9. Lucis creator. V. Dirigat dñe. an. Magnificet te sẽper aia mea deus me9. ps. Magnificat. Preces vt supra. Oratio vt decet. Memoria de sctã maria. etc. Memo. vt sup ad matutinas i sc'da fer. Fer. iii. ad vesperas. ps. cxxi.
Letatus sum i his que dicta sunt mihi: in domũ domini ibimus.
Stantes erãt pedes nři: in atriis tuis hierusalem.
Hierusalem q̃ edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini: testimonium israell ad confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum david.
Rogate que ad pacē sunt hierusalem: et abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem de te.
Propter domū dñi dei nostri: quesiui bona tibi. Gloria. āñ. In domū dñi letantes ibimus. Psalmus. cxxii.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi nostri ad dñm deum nostrū donec misereat nostri.
Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia multū repleta est aīa nostra opprobriū abūdantibus: et despectio superbis. Gloria. āñ. Qui habitas i celis miserere nobis. Psalmus. cxxiii.

Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel: nisi quia dominus erat in nobis.
Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutissent nos.
Cum irasceretur furor eorū i nos: forsitā aqua absorbuisset nos.
Torrentē pertransiuit anima nostra: forsitan ptransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus dñs qui nō dedit nos: in captione dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus contritus est: et nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit celum et terram.
Gloria. āñ. Adiutorium nostrum in nomine domini. Psalmus. cxxiiii.

Qui cōfidūt in dño sicut mōs syon: non commouebitur in eternū qui habitat in hierusalem.
Montes in circuitu eius, et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nūc et vsque in seculum.
Quia non relinquet dominus virgam peccatorū super sortē iustorū: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine: bonis et rectis corde.
Declinantes autem in obligationes adducet dominus cū operantibus iniquitatem: pax super israel.
Gloria. āñ. Benefac domine bonis et rectis corde. Psalmus. cxxv.

In conuertendo dominus captiuitatem syon: facti sumus sicut consolati.
Tūc repletum ē gaudio os nostrū: et lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes.
Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro.
Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent.
Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua.
Venientes autē veniēt cū exultatione: portantes manipulos suos.
Gloria. āñ. Facti sumus sicut cōsolati

Cpm. Dominus autem. ℣ Domine ne in ira. vsqȝ ad .xl. Himnus.

Telluris ingens conditor, mūdi solū q̄ erues: pulsis aque molestiis, terrā dedisti immobilem.

Ut te germē aptū proferēs, fuluis decora floribus: fecūda fructu sisteret, pastumqȝ gratum redderet.

Mentis peruste vulnera, munda viroris gratia: vt facta fletu diluat, motusqȝ prauos atterat.

Iussis tuis obtēperet, nullis malis approximet: bonis repleri gaudeat et mortis actum nesciat.

Presta pater ℟. Dirigatur do ℣. Vespertina oratio. ℟. Lucis creator ℟. Dirigatur ān. Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. ps. Mag. Preces et.vt̄s Oratio vt decet ¶ Feria quarta ad vesperas. ps. cxxvi.

Nisi dominus edificauerit domum: in vanū laborauerunt qui edificant eam

Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Uanum est vobis ante lucē surgere, surgite postq̄ sederitis: qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnū: ecce hereditas domini filii merces fructus ventris.

Sicut sagitte in manu potētis: ita filii excussorum.

Beatus vir qui impleuit desideriū suum ex ipsis: non confundetur cū loquetur inimicis suis i porta. Gloria patri. ān. Beatus vir qui impleuit desideriū suum ex ipsis. ps. cxxvii.

Beati omnes qui timēt dn̄m: qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tue.

Filii tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum.

Benedicat tibi dominus ex syon: et videas bona hierusalē, omnibus diebus vite tue.

Et videas filios filiorum tuorū: pacem super israel. Gloria. ān. Beati oēs qui timent dominū. ps. cxxviii.

Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea: dicat nūc israel.

Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea: etenim non potuerūt mihi.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.

Dn̄s iustus concidet ceruices peccatorū: confūdantur ꝛ conuertātur retrorsum oēs qui oderunt sion.

Fiant sicut fenum tectorum: quod priusq̄ euellatur exaruit.

De quo non impleuit manū suam qui metet: et sinum suum qui manipulos colliget.

Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini super vos: benediximus vobis in nomine domini.

ān. Benediximus vobis in nomine domini. Psalmus. cxxix.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.

Si iniquitates obseruaueris dn̄e

domine quis sustinebit.
Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te dñe.
Sustinuit aïa mea in verbo eius: speravit anima mea in dño.
A custodia matutina usqz ad nocte: speret israel in domino.
Quia apud dominū misericordia: et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. an. De profūdis clamaui ad te domine. ps. cxxx.

Domine non est exaltatum cor meū: neqz elati sunt oculi mei.
Neqz ambulaui in magnis: neqz in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.
Speret israel in dño: ex hoc nunc et usqz in seculum. an. Speret israel i dño. cpm. Dñs autem dt. Domine ne in ira. usqz ad. xl Himnus.

Celi deus altissime, qui lucidū centrum poli: candore pigis igneo, augens decore lumine.
Quarto die qui flammeam, solis rotam cōstituens: lune ministrans ordini, vagas recursus siderum.
Ut noctibus vel lumini, direptio nis terminum: primordiis et mensium, signum daret notissimum.
Illumina cor hominum, absterge sordes mentium: resolue culpe vinculum, euerte moles criminum.
Presta pater. V. Dirigatur. an. Respexisti humilitatem meam dñe deus meus. Psalmus. Magnificat anima mea dominum. Preces ut supra.

Feria quita ad vesperas. ps. cxxxi

Memento dñe dauid: et omnis mansuetudinis eius.
Sicut iurauit domino: votum vouit deo iacob.
Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascēdero in lectū strati mei.
Si dedero somnum oculis meis: et palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum domino tabernaculum deo iacob.
Ecce audiuimus eam in effrata: inuenimus eam in campis silue.
Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.
Surge domine in requiem tuam: tu et archa sanctificacionis tue.
Sacerdotes tui induantur iusticiam: et sancti tui exultent.
Propter dauid seruum tuum: non auertas faciem christi tui.
Iurauit dñs dauid veritatem et nō frustrabitur eum: de fructu vētris tui ponam super sedem tuam.
Si custodierint filii tui testamentum meum: et testimonia mea hec que docebo eos.
Et filii eorum usqz in seculum: sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit dominus sion: elegit eam in habitacionem sibi.
Hec requies mea in seculū seculi: hic habitabo quoniam elegi eam.
Uiduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.
Sacerdotes eius induā salutari:

& sancti eius exultatione exultabūt.
Illuc producam cornu dauid: parauí lucernam christo meo.
Inimicos eius induam cōfusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Gloria. an. Et omnis mansuetudinis eius. ps. cxxxii.

Ecce q̄ bonum et q̄ iocundū: habitare fratres in vnum.
Sicut vnguētum in capite: quod descendit i barbam: barbam aaron
Quod descendit in oram vestimēti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem syon.
Quoniam illic mandauit dn̄s benedictionē: & vitam vsq3 in seculū.
Gloria. Ecce q̄ bonū & q̄ iocūdum
Non dr̄ ad vesp̄s iste psalm. cxxxiii.

Ecce nunc benedicite dominū: omnes serui domini.
Qui statis in domo domini: in atriis domus dei nostri.
In noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicite dn̄m.
Benedicat te dominus ex syon: q̄ fecit celum & terram. ps. cxxxiiii.

Laudate nomē domini: laudate serui dominum.
Qui statis in domo domini: in atriis domus dei nostri.
Laudate dominum quoniam bonus dominus: psallite nomini eius quoniam suaue.
Quoniam iacob elegit sibi dominus: israel possessionem sibi.
Quia ego cognoui q̄ magnus est dn̄s: & deus noster pre om̄ibus diis.
Omnia quecunq3 voluit dominus fecit in celo & in terra: in mari et in omnibus abyssis.
Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fecit.
Qui producit ventos de thesauris suis: qui percussit primogeīta egypti, ab homine vsque ad pecus.
Et misit signa et prodigia in medio tui egypte: in pharaonem, et in omnes seruos eius.
Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes.
Seon regem amorreoꝝ et og regem basan: et oīa regna chanaan.
Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatē israel populo suo.
Domine nomē tuum ineternum: domine memoriale tuum in generatione et generationem.
Quia iudicabit dominus populum suum: et seruis suis deprecabitur.
Simulachra gentium argentū et aurum: opera manuū hominum.
Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt.
Aures habent & non audient: neq3 enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis.
Domus israel benedicite dominū: domus aaron benedicite dominū.
Domus leui benedicite dominum: qui timetis dn̄m benedicite dn̄m.
Benedictus dn̄s ex syon: qui habitat in hierusalē. Gloria. an. Omnia quecunq3 voluit dn̄s fecit. ps. cxxxv.

Confitemini dn̄o quoniā bonus: qm̄ in eternū mīa eius.
Confitemini deo deorum.
Confitemini: domino dominorū.
Qui facit mirabilia: magna solus.
Qui fecit celos: in intellectu.

Qui firmauit terram: super aquas
Qui fecit: luminaria magna.
Solem: in potestatem diei.
Lunā & stellas: in potestatē noctis.
Qui percussit egyptum: cum primo genitis eorum.
Qui eduxit israel: de medio eorum.
In manu potēti: & brachio excelso.
Qui diuisit mare rubrum: in diuisiones.
Et eduxit israel: per medium eius.
Et excussit pharaonem: et virtutē eius in mari rubro.
Qui traduxit populū suum: per desertum.
Qui percussit: reges magnos.
Et occidit: reges fortes.
Seon: regem amorreorum.
Et og: regem basan.
Et dedit terrā eorū: hereditatem.
Hereditatem israel: seruo suo.
Quia in humilitate nostra: memor fuit nostri.
Et redemit nos: ab inimicis nostris.
Qui dat escam omni carni.
Confitemini deo celi.
Confitemini domino dominorum: quoniam in eternum misericordia eius. Gloria. ān. quoniam i eternum misericordia eius. Psalm. cxxxvi.

Super flumina babilonis illic sedimus et fleuimus: dum recordaremur tui syon.
In salicibus in medio eius: suspendimus organa nostra.
Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos: verba cantionum.
Et qui abduxerunt nos hymnum: cantate nobis de canticis syon.
Quomodo cantabimus canticum domini: in terra aliena.
Si oblitus fuero tui hierusalem: obliuioni detur dextera mea.
Adhereat ligua mea faucibus meis: si non meminero tui.
Si nō proposuero tui hierusalem: in principio leticie mee.
Memor esto domine filiorū edom: in diem hierusalem.
Qui dicunt exinanite exinanite: usque ad fundamentum in ea.
Filia babylonis misera: beatus q̄ retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis.
Beatus qui tenebit: et allidet paruulos suos ad petram. Gloria. ān. Hymnū cantate nobis de canticis syon. cap. Dominus autē dirigat. ℟ Domine ne in ira. vsq ad ℣. Hym.

Magne deus potentie: qui ex aquis ortū genus, parti remittis gurgiti, parti leuas in aera.
Dimersa limphis imprimens subuecta celis irrigans; vt stirpe vna prodita, diuersa rapiant loca.
Largire cunctis seruulis, quos mundat vnda sanguinis: nescire lapsus criminum, nec ferre mortis tedium.
Vt culpa nullum deprimat: nullū leuet iactantia: elisa mens ne concidat, elata mens ne corruat.
Presta pr. ℣ Dirigat. Per estatem Hymnus Lucis creator. ℣ Dirigat domine. ān. Deposuit potētes sāctos persequētes & exaltauit humiles christū cōfitentes. ps. Magnificat. Preces. &c. vt supra. Et in eo tēt. vt in secunda feria ad matutinas pre

¶ Feria. vi. ad vespas. ps. cxxxvii.



Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniã audisti verba oris mei.

In cõspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templũ sãctũ tuũ et confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua et veritate tuã: quoniã magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

In quacunq3 die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi domine omnes reges terre: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis domini: quoniã magna est gloria domini.

Quoniam excelsus dominus et humilia respicit: et alta a longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuã et saluum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias.

Ãña. In cõspectu angelorũ psallam tibi de9 me9. Psalmus. cxxxviii.

Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã et resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meam et funiculũ meum inuestigasti.

Et omnes vias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea.

Ecce tu domine cognouisti omnia nouissima et antiqua: tu formasti me et posuisti super me manum tuã.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confirmata est & nõ potero ad eã.

Quo ibo a spiritu tuo: aut quo a facie tua fugiam.

Si ascendero in celum tu illic es: si descendero ad infernum ades.

Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris.

Etenim illic manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua.

Et dixi forsitan tenebre conculcabunt me: et nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebre non obscurabũtur a te, et nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita et lumen eius.

Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris mee.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opa tua et anima mea cognoscet nimis.

Non est occultatũ os meũ a te quod fecisti in occulto: et substantia mea in inferioribus terre.

Imperfectũ meum viderunt oculi tui: & in libro tuo omnes scribẽtur, dies formabuntur et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sũt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur: exurrexi & adhuc sum tecum.

Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me.

Quia dicitis in cogitatione: accipiant in vanitate ciuitates suas.

Nonne qui oderunt te dñe oderam

et super inimicos tuos tabescebam.
Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.
Proba me deus et scito cor meum: interroga me, et cognosce semitas meas.
Et vide si via iniquitatis in me est: et deduc me in via eterna. an. Dñe probasti me et cognouisti me. ps. 39.
Eripe me dñe ab homine malo: a viro iniquo eripe me.
Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebāt prelia.
Acuerūt linguā suam sicut serpentes: venenū aspidū sub labiis eorū.
Custodi me dñe de manu peccatoris: et ab hominib9 iniquis eripe me
Qui cogitauerūt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi.
Et funes extenderunt in laqueū: iuxta iter scandalum posuerūt mihi
Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe vocem deprecationis mee.
Dñe dñe virtus salutis mee: obūbrasti super caput meū in die belli.
Non tradas me domine a desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.
Cadent super eos carbones in ignem deiicies eos: in miseriis non subsistent.
Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu.
Cognoui quia faciet dñs iudicium inopis: et vindictam pauperum.
Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo. Gloria patri. an. A viro iniquo libera me domine. Psalm9. cxl
Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuū mearū sacrificiū vespertinum
Pone domine custodiā ori meo: et ostium circunstantie labiis meis.
Non declines cor meum in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem: et non communicabo cū electis eorum.
Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me: oleum autem peccatoris nō impinguet caput meum
Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petre iudices eorum.
Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram.
Dissipata sunt omnia ossa nostra secus infernum: quia ad te domine domine oculi mei in te speraui, non auferas animam meam.
Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi: et ab scandalis operantium iniquitatem.
Cadit in retiaculo ei9 peccātores: singulariter sum ego donec trāseam.
Gloria patri. an. Domine clamaui ad te et exaudi me. Psalmus. cxli.
Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad domi-

num deprecatus sum.
Effundo in conspectu eius oratio nem meam: et tribulacionem meā ante ipsum pronuncio.
In deficiendo ex me spiritum meū: et tu cognouisti semitas meas.
In via hac qua ambulabam: abscō derunt laqueum mihi.
Considerabam ad dexterā et vide bam: et nō erat qui cognosceret me.
Perijt fuga a me: et non est qui requirat animam meam.
Clamaui ad te dn̄e dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuentium
Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.
Libera me a persequentibus me: quia confirmati sunt super me.
Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas mihi
Gl'ia. an. Portio mea dn̄e sit in terra viuētiū. cpm. Dn̄s autem dirigat
Sequēs hi9. dr solum ad ves. feria. vi. p̄ria an̄te do. i. xl. qn̄ in predicta fer. vi. agit̄ de feria. Hymnus.
Plasmator hominis deus, qui cuncta solus ordinans: humum iubes producere, reptantis et fere genus.
Qui magna rerum corpora, dictu iubentis viuida: vt seruiant per ordinem, subdens dedisti homini.
Repelle a seruis tuis, quicquid per immundiciam: aut moribus se suggerit, aut actibus se interserit.
Da gaudiorum premia, da gratiarum munera: dissolue litis vincula astringe pacis federa.
Presta pater piissime. ṽ. Dirigatur
Ver estatem hymnus. Lucis creator. ṽ. Dirigatur ān. Suscepit de9 israel puerū suū sicut locutus est ad abrahā et semini eius: et exaltauit humiles vsq; in seculū. ps. Magnificat. preces. ac. vts. i. in fe. ad mat. No dr ad vespas iste. ps. cxl. Dn̄e exaudi orationē meam auribus percipe. ⁊c.
¶ Sabbato ad vespas. ps. cxliii.
Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prelium: et digitos meos ad bellum.
Mia mea et refugium meum: susceptor meus, et liberator meus.
Protector meus ⁊ in ipso speraui: qui subdit populum meum sub me.
Dn̄e quid est homo quia innotuisti ei: aut filio hoīs quia reputas eum.
Homo vanitate similis factus est: dies eius sicut vmbra pretereunt.
Domine inclina celos tuos et descende: tange montes et fumigabūt
Fulgura choruscationem et dissipabis eos: emitte sagittas tuas et conturbabis eos.
Emitte manum tuam de alto, eripe me et libera me de aquis multis: et de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutū est vanitatē: et dextera eorū dextera iniquitatis.
Deus canticum nouū cātabo tibi: in psalterio decachordo psallā tibi.
Qui das salutem regibus: qui redemisti dauid seruum tuum, de gladio maligno eripe me.
Et erue me de manu filiorum alienorū: quorū os locutū est vanitatē et dextera eorū dextera iniquitatis
Quorum filii sicut nouelle plan-

tationes in iuuentute sua.
Filie eorũ composite: circumorna te vt similitudo templi.
Promptuaria eorum plena: eructã tia ex hoc in illud.
Oues eorum fetose abundantes i egressibus suis: boues eorum crasse
Non est ruina macerie neqꝫ transitus, neqꝫ clamor in plateis eorum.
Beatum dixerunt populum cui hec sunt: beatus populꝰ cuius dñs deus eius. Gloria. ã. Benedictus dominus deus meus. Psalmus. cxliiii.

Exaltabo te deus meus rex, et benedicam nomini tuo in seculum: et in seculum seculi.
Per singulos dies benedicam tibi: et laudabo nomen tuum in seculũ: et in seculum seculi.
Magnus dñs et laudabilis nimis: et magnitudinis eius non est finis
Generatio et generatio laudabit opera tua: et potentiam tuam pronunciabunt.
Magnificentiam glorie sanctitatis tue loquentur: et mirabilia tua narrabunt.
Et virtutem terribilium tuorum dicent: et magnitudinẽ tuã narrabũt.
Memoriam abundantie suauitatis tue eructabunt: et iusticia tua exultabunt.
Miserator et misericors dominus: patiens et multum misericors.
Suauis dñs vniuersis: et miserationes eius super oĩa opera eius.
Confiteantur tibi dñe oĩa opera tua: et sancti tui benedicant tibi.
Gloriam regni tui dicent: et potentiam tuam loquentur.
Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam: et gloriam magnificentie regni tui.
Regnum tuum regnum omnium seculorum: ꝛ dominatio tua in omni generatione et generationem.
Fidelis dñs in oĩbus verbis suis: et sanctus in oĩbus operibus suis.
Alleuat dñs oẽs qui corruunt: et erigit dominus elisos.
Oculi oĩm in te sperant dñe: et tu das escã illorꝫ in tẽpore oportuno.
Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione.
Iustus dñs in oĩbus viis suis: et sanctus in omnibus operibus suis.
Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.
Uoluntatem timentium se faciet: et deprecationem eorum exaudiet et saluos faciet eos.
Custodit dominꝰ oẽs diligẽtes se: et omnes peccatores disperdet.
Laudacionẽ dñi loquetur os meũ et benedicat oĩs caro noĩ scõ eiꝰ: in sclm ꝛ in sclm seculi. Gloria. ã. In eternum et in seculũ seculi. Ps. cxlv.

Lauda anima mea dñm laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo ꝙ diu fuero.
Nolite cõfidere in principibus: in filiis hoim in quibus non est salus.
Exibit spiritus eius ꝛ reuertetur in terram suam: in illa die peribũt omnes cogitaciones eorum.
Beatus cuius deus iacob adiutor eius, spes eius in domino ipsius q fecit celum et terram: mare et omnia que in eis sunt.

Qui custodit veritatē in seculū: facit iudicium iniuriam patientibus dat escam esurientibus.
Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cecos.
Dominus erigit elysos: dominus diligit iustos.
Dominus custodit aduenas, pupillum et viduam suscipiet: et vias peccatorum disperdet.
Regnabit dominus in secula deus tuus syon: in generatione et generationem. Gloria. añ. Laudabo deum meū in vita mea. psalmus. cxlvi.
Laudate dominum quoniam bonus est psalmus: deo nostro sit iocunda decoraq; laudatio.
Edificans hierusalem dñs: dispersiones israelis congregabit.
Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum.
Qui numerat multitudinem stellarum: et omnibus eis nomina vocat.
Magnus dñs noster et magna virtus eius: et sapiētie eius nō est numerus.
Suscipiēs mānsuetos dñs: humilians autē peccatores vsq; ad terram.
Precinite dño in confessione: psallite deo nostro in cythara.
Qui operit celum nubibus: et parat terre pluuiam.
Qui producit in montibus fenum: et herbam seruituti hominum.
Qui dat iumentis escam ipsorum: et pullis coruorum inuocantibus eum.
Non in fortitudine equi voluntatē habebit: nec in tibijs viri beneplacitū erit ei.
Beneplacitum est domino super timentes eum: et in eis qui sperant super mīa eius. Gloria. añ. Deo nostro sit iocunda laudatio. ps. cxlvii.
Lauda hierusalem dominū: lauda deum tuum syon.
Quoniā confortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquium suum terre: velociter currit sermo eius.
Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit christallū suū sicut buccellas ante faciē frigoris eius quis sustinebit.
Emittet vbum suum et liquefaciet ea: flabit spūs eius et fluent aque.
Qui annunciat verbum suum iacob: iustitias et iudicia sua israel.
Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestauit eis.
Gloria patri. añ. Lauda hierusalē dominū. Capitulum. Ad corinthios. i.
Benedictus deus et pater domini nostri iesu christi pater misericordiarum et deus totius cōsolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Deo grās. Hoc. cap. dr. in sab. ad vesp. a Dñe ne in ira. vsq; ad. xl. et a Deus oim. vsq; ad aduen. dñi qñ de do. agitur. Hic seqns hymnus. dr. ad vesp. in sab. a Dñe ne ira. vsq; ad. xl. qñ de do. agitur. Hymnus.
Deus creator omniū, poliq; rector vestiens: diē decoro lumine, noctem soporis gratia.
Artus solutos vt quies, reddat laboris vsui: mentesq; fessas alleuet, luctusq; soluat anxios.
Grates peracto iam die et noctis exortu preces: votis reos vt adiu-

ies, hymnum canentes soluimus.
Te cordis ima concinat, te vox canora concrepet: te diligat castus amor, te mens adoret sobria.
Ut profundo clauserit, diem caligo noctium: fides tenebras nesciat, et nox fidei luceat.
Dormire mentem ne sinas, dormire culpa noverit: castos fides refrigerans, somni vaporem temperet.
Exuta sensu lubrica, te cordis alta somnient: ne hostis invidi dolo pavor quietos suscitet.
Christum rogemus et patrem, christi patrisque spiritum: unum potens per omnia, fove precantes trinitas. Amen. Ver. Vespertina oratio ascendat ad te domine
℟. Et descendat super nos misericordia tua. Sequens hymnus dicitur sabbatis ad vesperas A. Deus omnium. usque ad adventum quando de dominica agitur. Hymnus.

O Lux beata trinitas, et principalis unitas: iam sol recedit igneus infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine, te deprecemur vesperi: te nostra supplex gloria per cuncta laudet secula.
Deo patri sit gloria, eiusque soli filio: cum spiritu paraclyto, et nunc et imperpetuum. Amen. Ver. Vespertina oratio.
Et dicitur an. ut decet. Luce. i.

Magnificat anima mea dominum.
Et exultavit spiritus meus: in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: et exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis: et divites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres nostros: abraham et semini eius in secula.
Gloria patri. Ad completorium dicto. Pater noster. Ave maria. Incipiat sacerdos. Converte nos deus salutaris noster. Et averte iram tuam a nobis. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuvandum me. ps. iiii.



Cum invocarem exaudivit me deus iusticie mee: in tribulatione dilatasti mihi.
Miserere mei: et exaudi orationem meam.
Filii hominum usquequo gravi corde: ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium.
Et scitote quoniam mirificavit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cum clamavero ad eum.
Irascimini et nolite peccare que dicitis in cordibus vestris: et in cubilibus vestris compungimini.
Sacrificate sacrificium iusticie et sperate in domino: multi dicunt quis ostendit nobis bona.

Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti leticiam in corde meo.

A fructu frumenti vini et olei sui: multiplicati sunt.

In pace in idipsum dormiam et requiescam.

Quoniã tu dñe singulariter i spe: constituisti me. Gloria. ps.xxx.

In te dñe sperauĩ non confũdar i eternũ: i iusticia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuã: accelera vt eruas me.

Esto mihi in deũ protectorem: et in domum refugii vt saluũ me facias.

Quoniã fortitudo mea et refugiũ meum es tu: et propter nomen tuũ deduces me et enutries me.

Educes me de laqueo quem abscõderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me dñe deus veritatis. Gloria. Psalmus.xc.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in proteccione dei celi commorabitur.

Dicet domino susceptor meus es tu: et refugium meum deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: et a verbo aspero

Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis.

Scuto circũdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante in die a negocio perambulante in tenebris: ab incursu et demonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, et decẽ milia a dextris tuis: ad te autẽ non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis considerabis: et retributionem peccatorũ videbis.

Quoniam tu es domine spes mea: altissimũ posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Qm̃ angelis suis mãdauit de te: vt custodiant te in oĩbus viis tuis.

In manibus portabũt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegam eum quoniam cognouit nomen meum.

Clamauit ad me et ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulacione: eripiam eum et glorificabo eum.

Longitudine dierũ replebo eum: et ostẽdã illi salutare meũ. ps. cxxxiii.

Ecce nunc benedicite domino omnes serui domini.

Qui statis i domo domini: in atriis domus dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta: et benedicite dñm.

Benedicat te dñs ex sion: qui fecit celũ et terrã. Gloria pri. an. Miserere mihi dñe: et exaudi orationẽ meam.

Hec pdicta ãn. dr super hos ps. per totũ aduẽt. et a crastino octa. epiph. vsq ad. xl. et a do. in passione vsq ad cenã dñi. et a crastino scte trinit. vsq ad aduentũ dñi, nisi in fe. et in octa. bte marie et in festis reliquia-

rum et om sctoꝝ. Cpm. Hiere. xiiii.

Tu in nobis es dñe, et nomẽ sanctum tuum inuocatum est super nos: ne derelinquas nos dñe deus noster. Hoc capm. dr ad cõpl. p totũ annũ: nisi a cena domini vsq ad octa. pasche. Himnus.

Te lucis ante terminum rerũ creatoꝛ poscimus, vt solita clementia, sis pꝛesul ad custodiam.

Procul recedãt somnia, et noctium fantasmata: hostẽq nostrum comprime, ne polluantur coꝛpoꝛa.

Pꝛesta pater oĩs: p iesum chꝛistum dñm q tecũ ĩperpetuũ regnat cũ sctõ spũ. Amẽ. ℣. Custodi nos dñe. ℟. Ut pupillã oculi sub vmbꝛa alarũ tuarũ ptege nos. Cãticũ simeõis luk. ii.

Nunc dimittis seruum tuum dñe: scdm verbũ tuũ in pace.

Quia viderũt oculi mei: salutare tuũ

Quod parasti: ante faciem omniũ populoꝛum.

Lumen ad reuelacionem gentiũ: et gloꝛiam plebis tue israel.

Gloria. An. Ueni dñe visitare nos in pace: vt letemur coꝛã te coꝛde perfecto. ℟. Kyrieeleisõ. &c. Sequũt pꝛeces Cõpl. ii. Hoc cõpl. nõ mutat i aduẽ. nisi i fes. dupl. itra aduẽ. cõtigẽ. tũc eni mutat hy9 solũmõ: et dr hy9 Saluatoꝛ. Et nisi i cõmẽo. btẽ ma. cũ i fra aduẽ. reie. fuer. tũc tm i fine hymn dr. Gl'ia tibi dñe. q na. In vigilia. nati. dñi ad cõpl. sup ps. ãn.

Estote parati similes hoib9 expectantib9 dñm quãdo reuertat a nuptiis. ps. Cũ inuocare. et cetera ppi. cõsueta. cpm. Tu in nobis es. Hymn9

Saluatoꝛ mundi dñe qui nos saluasti hodie: in hac nocte nos pꝛotege, et salua omni tempoꝛe

Adesto nunc pꝛopicius, et parce supplican tibus: tu dele nostra crimina tu ten ebꝛas illumina.

Ne mentẽ sõnus oppꝛimat, nec hostis nos surripiat: nec vllis caro petimus, commaculetur soꝛdibus.

Te refoꝛmatoꝛ sẽsuũ votis pcamur coꝛdium: vt puri castis mẽtibus, surgamus a cubilibus.

Deo patri sit gl'ia, eiusq soli filio: cũ spũ paraclito, et nũc et in perpetuũ Amen. ℣. Custodi. Hic hy9 dr ad cõpl. quotidie vsq ad oct. epy. et in ipis oct. et in oibus festis. dupl. ab oct. epi vsq ad. i. do. xl. Et in oibus festis dupli. a pẽthe. vsq ad vigili. nati. dñi Dicit etiã i vigi. pẽthe. et per ipsius ebdõam: sꝫ in. v. et in. vi. fer. et sab. Et quotidie p oct. et i oct. assumptionis et nati. btẽ marie: dedicationis ecclesie: siue de oct. fit serui. siue de aliquo sctõ. ix. l'c. Et p oct. coꝛpoꝛis xpi vbi fiũt cũ regimĩe chori. ãn. Uigilate oẽs et oꝛate, nescitis enim qñ tps sit: vigilate ergo nescitis eni qñ dñs veniet: sero, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cũ venerit repẽte inueniat vos doꝛmiẽtes. ps. Nũc di. Pꝛeces &c. q ad cõple. ptinet expleãt. Compl. ii. In die nati. dñi ad complet. sup ps. ãn. Natus est nobis hodie saluatoꝛ qui est chꝛistus dñs in ciuitate dauid. ps. Cum inuo. Capit. Tu in nobis. Hymnus. Saluatoꝛ. ℣. custodi. n. All'a. Uerbum caro factum est alleluia: et habitauit in nobis all'a all'a. ps. Nũc di. Pꝛeces &c. vts. Hoc cõple. non mutat vsq ad circũcisione. ãn. Ho.

super. Nūc di. dicit usqꝫ ad vigi. epy.
¶ In die circūcisi. dñi ad cōpl. añ.
Nato dño āgelorꝫ chori canebāt di-
cētes: sal9 deo nr̄o sedēti sup thronū
et agno ps. Cū inuoca. cp̄ n. Tu i no.
hy9. Saluator. Custodi añ. Alle-
luya vbū caro. Nunc dimit. Preces
HOc enim habet textus euangelice lectiõis ꝙ quidã fecit nuptias filio suo: et intrauit vt videret simul recũbentes. Vidẽs autem hominẽ non habentem vestem nuptialem: dixit ministris. Ligate illi manus et pedes: et proiicite eũ in tenebras exteriores: ibi erit flet⁹ et stridor dentium. Ecce qualem sẽtentiam merebitur audire, qui ad conuiuium nuptiale: idest ad altare domini, aut ebriosus, aut adulter, aut odium in corde retinens presumit accedere. ℟. O ꝙ metuendus est locus iste: vere nõ est hic aliud nisi domus dei et porta celi. In paschali tpe. Alla. ℣. Mane surgens iacob votum vouit domino et dixit. Non est. Lectio. vi.

AUertat hoc deus a nobis fratres charissimi et concedat vt mala ista, aũt nũꝙ velimus admittere: aut si admissa fuerint sine vlla mora penitẽtia vel pace studeam⁹ sanare: ⁊ largiorib⁹ elemosinis festinemus abluere: ne forte si cũ peccatoꝝ vulneribus ãte tribunal eterni iudicis venerim⁹: ab illa eterna ecclia ⁊ ab illa celesti hierusalẽ perpetua excõicatiõe separemur. Hec ergo cogitãtes fratres carissimi tã casti ⁊ tã sobrii ⁊ tã pacifici ad istud altare studeamus accedere: vt ab illo eterno altari nõ mereamur excludi. Qui enim istud ad altare casto corpore et mũdo corde cũ secura cõsciẽtia venerit ad illud altare quod in celis est, felici transmigratione perueniet: prestante dño nostro iesu christo: qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus per oĩa secula seculorũ. Amen. ℟. vi. Beati qui habitãt in domo tua dñe. In secula seculorũ laudabũt te. In pasc. tpe. Alla alla. ℣. Nõ priuabis bonis eos qui ambulãt in innocentia dñe virtutũ: beati oẽs q̃ sperãt in te. In se. Gloria. In se. In. iii. noct. ãn. Qui habitat i adiutorio altissimi i ptectione dei celi cõmorabit. In pas. tpe Alla. ps. Ipm. ãn. Domũ istã ptege dñe et angeli custodiãt muros ei⁹. In pas. tpe Alleluya. ps. Cantate. i. ãn. Fundata est domus domini sup verticẽ mõtiũ: et exaltata est super colles alleluya. et sic semp finiatur hec ãn. cũ. Alleluia. nisi a. lxx. vsq; ad pas. ps. Dñs regnauit exul. ℣. Hec est dom⁹ domini firmiter edificata. ℟. Bene fundata est supra firmam petram. Tres vltime lec. legantur in cappis sericis. Secũdũ lucã. xix.

IN illo tpe. Egressus ies⁹ perãbulabat hierico. Et ecce vir noie zacheus ⁊ hic erat priceps publicanoꝝ ⁊ ipse diues. Et rel. Sermo ex cõmẽ. ve. bede pbri. Lecti. vii.

Que impossibilia sunt apud homines: possibilia sunt apud deũ. Ecce eni camelus deposita gibbi sarcina per foramẽ acus transit: hoc est diues et publican⁹ relicto onere diuitiaꝝ, contẽptoq; cẽsu fraudiũ, angustã portã et artã viam que ducit ad vitã ascẽdit. ℟. 7. Orãtib⁹ i loco

isto dimitte domine peccata populi tui, et ostēde eis viam bonā per quā ambulent. Et da gloriam nomini tuo. In pas. tpe. Alla. V. Dñe exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat. Et da Lectio. viii.

Qui mira deuotione fidei ad videndū saluatorē quod natura minus habuerat: ascensu supplet arboris, atqz ideo iuste q̄uis ipse rogare non audeat: benedictionē dñice susceptionis quā desiderabat accepit. Mistice autē zacheus q̄ interpretatur iustificatus: credentē ex gētibus populū significat. Qui quāto curis secularib⁹ occupatior: tanto flagitiis deprimētibus erat factus humilior. Sed ablutus est sed sanctificatus, sed iustificatus i nomine dñi nostri iesu christi et in spiritu dei nostri. R. s. Lapides preciosi omnes muri tui Et turres hierusalem gēmis edificabuntur. In pas. tpe. Alleluya. V. Hec dom⁹ domini firmiter edificata bene fundata est supra firmam petram. Et turres hierusalem. Lectio nona.

Populus ergo gentilis intrantē hierico saluatorem videre querebat, sed pre turba non poterat quia gratie fidei quam mundo saluator attulit participare cupiebat sed inolita viciorum consuetudo ne ad votū perueniret obstiterat. Eadē nāqz turba noxie consuetudinis que supra cecum clamantem ne lumen peteret increpabat: etiā suspicientem publicanum ne iesum videret tardat: sed sicut cecus turbarū voces clamādo deuicit: ita pusillus necesse est turbe nocētis obstaculū altiora petendo trāscendat, terrena relinquat, arborē crucis ascendat. R. ix. Domus mea dom⁹ orationis vocabitur dicit dñs. In ea oīs qui petit accipit et qui querit inuenit & pulsanti aperietur. In pasch. tpe. Alla. V. Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudine dierū. In ea. Gla. In ea. V. Dom⁹ mea. R. Dom⁹ orationis vocabit. In lau. ā. i. Domū tuam dñe decet sanctitudo in lōgitudine dierū. In pasc. tpe. Alla. ps. Dñs regna. ā. 2 Domus mea domus orationis vocabitur. In pasch. tpe. Alla. ps. Jubilate. ān. iii. Hec est domus dñi firmiter edificata bene fundata est supra firmā petrā. In pas. tpe. Alla. ps. Deus deus meus. ān. iiii. Bene fundata est domus dñi supra firmā petrā. In pascha. tpe. Alla. ps. Benedicite. ā. v. Lapides preciosi omnes muri tui: et turres hierusalem gemmis edificabuntur. In paschali tempore. Alleluya. ps. Laudate. Capm. primo ad corintheos tertio.

Vnusquisque autem videat q̄o superedificet: fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id quod positum est quod est christus iesus. Hymnus.

Angulare fundamētum lapis christus missus est, qui compage parietum in vtroqz nectitur quē syon sancta suscepit in quo credens permanet.

Omnis illa deo grata et dilecta ciuitas plena modulis in laude et canore iubilo: trinum deum vnum

quoqꝫ, cum fauore predicat.

Hoc in templo summe deus exoratus adueni, et clementi bonitate pcum vota suscipe: largam benedictionem hic infunde iugiter.

Hic promereantur oēs petita acquirere, et adepta possidere cū sanctis perenniter: paradisum introire trāslati in requiē. Gloria ꝛ honor ℣. Beati qui habitant in domo tua dñe. ℟. In secula seculorum laudabunt te. ā. Zachee festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere: at ille festinans descendit: ꝛ excepit illū gaudēs i domū suā: hodie huic domui sal⁹ a deo facta est alleluia. ps. Benedictus. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuā sponsam vocare dignatus es: vt que habebat gratiā per fidei deuotionem, haberet etiam ex nomīe dignitatem: da vt omnis hec plebs tuo nomini seruiēs huius vocabuli consortio digna inueniatur: Qui viuis ꝛ regnas cū deo patre. Hec oratio dicit ad oēs horas preter ad. ii. ves Ad primam. ān. Domum tuam. ps. Deus in nomine. ān. Gratias. ps. Quicūqꝫ vult. ℟. Jesu christe cum alleluia. ℣. Qui sedes. ¶ Si hoc festū infra. lxx. vsqꝫ ad pas. contigerit dicit. ℟. Jesu christe, sine alleluia, sicut in dñicis illius tpis. Ad tertiā. ān. Domus mea. ps. Legem pone. cp. Unusquisqꝫ autem. ℟. Domum tuā domine decet sanctitudo. alleluia alleluia. ℣. In longitudine dierum. ℣. Domus mea. Oratio Deus qui ecclesiam tuam. Hec oratio dicitur ad ōnes horas vsqꝫ ad vesperas. Ad sextā. ān. Hec est domus. ps. Defecit.

Capitulum. Apocalipsis. xxi.

Ecce tabernaculum dei cum hominibus et habitauit cum eis: et ipsi populus eius erunt, ꝛ ipse deus cum eis erit eorū deus. ℟. Domus mea alleluia alleluia. ℣. Domus orationis vocabitur. ℣. Beati qui ha. A. lxx. vsqꝫ ad pas. hoc modo dicetur ℟. Dom⁹ mea. Dicit dominus. ℣. Dom⁹ orōnis vocabitur. Dicit dominus. Gloria. Domus mea. ℣. Beati qui habitant. orō Deus qui eccle. Ad. ix. ān. Lapides preciosi. ps. Mirabiliter. capitulum. i. Cor. iii.

Vnusquisqꝫ autē propriā mercedem accipiet secundum suū laborem: dei enim adiutores sum⁹, dei agricultura estis: dei edificatio estis. ℟. Beati qui habitant in domo tua dñe. Alleluia alleluia. ℣. In secula seculorum laudabunt te. ℣. Hec est domus dñi firmiter edificata. ℟. Bene fundata est supra firmam petram. Ad secundas ves. ān. Domū tuā. ps. Credidi propter. ps. Letatus sum. ps. Nisi dñs. ps. Laudate dñm qm bonus est. ps. Lauda hierusalem. Capitulum. Mathei vlt.

Hec est domus domini firmiter edificata: bene fundata est supra firmā petram. ℟. Dom⁹ mea. Himnus. Angulare fundamētū. ℣. Beati qui habitant. ā. Ecce tabernaculum dei cum hominibus et spiritus dei habitat i nobis, templū enim dei sanctū est quod estis vos p cui⁹ amore celebratis hodie gaudia tempore festi. In pas. t. p. alleluia. ps. Magnif. Orō De⁹ q̄ nobis per

singulos annos. Et sic fiat seruitiū quotidie de dedicatione ꝑ octo dies cū regimine chori: ⁊ etiā i dñica: nisi fes. ix. lec. interuenerat: vel triū lec. cū regimine chori, scꝫ ab oct. pasche vsqꝫ ad ascensionem dñi: vel a festo scē trinitatis vsqꝫ ad aduentū dñi hoc festū contigerit: vel etiā ab oct. epyphanie vsque ad. lxx. Quotidie etiā ꝑ oct ad matut. Inuit. hymn. a. et psal. sicut in prima die. V. et R. secundū ordinē nocturnorum dicunt ⁊ vna sola. ā. sup laudes. Et quotidie infra oct. ad ves. et ad matut. et ad alias horas dr ista Oro. Deus qui ecclesiam tuā spō. Si vero infra aduētū vel infra. lxx. vsqꝫ ad caput ieiunii hoc festū cōtigerit: oct. erunt sine regimine chori vsqꝫ ad octauū diē: tunc enim fiat. ix. lec. ⁊ inui. triplex: nisi in dñica cōtigerit. Et si aliquod fes. ix. lec. vel oct. sāctorꝫ infra has oct. cōtigerit: totū fiat seruitiū de fes. vel de oct. ⁊ tm̄ mēo. de dedicatiōe. Dñica vero q̄ tūc infra octa vel in octa. euenerit totum fiat serui. de ipsa dñica: ⁊ tm̄ mēo. de dedica. Cū autē a circumcisione dñi vsqꝫ ad octa. epy. vel a. iiii. fer. in capite ieiunii vsque ad quartā feria. ante pas. vel a vigilia ascensiōis dñi vsqꝫ ad vigiliā penthe. hoc fes. forte cōtigerit nichil fiat de fes. infra octa. nec etiam in octa. nisi tm̄ mēo. Si enim a vigilia nati. dñi vsqꝫ ad circūcisionem dñi: vel a quarta feria prima ante pas. vsqꝫ ad octa. pasche: vel a vigilia pēthe. et ab hinc vsqꝫ ad fes. scē trinitatis hoc festum euenerit: semp differat vbi cōuenīctius possit celebrari vez post octa. epyph. vel post octa. pasche vel post primā dominicā post fes. trinit. Si vo fes. in do. prima aduentu dñi vel in quarta fer. in capite ieiunii: vel in domica passio. vel in do. palmarū vel in oct. pas. vel in fes. scē trini. vel in fes. de corpore xpi forte cōtigerit: differat in crasti. et erunt ves. de dedicati. Similiter fiat si i die ascen. dñi euenerit: sed et tūc nichil fiat de dedicatione infra octa. vsqꝫ ad octauū diē nisi tm̄ mēo. Si vo hoc fes. dedica. eccl'ie a festo scē trin. vsque ad aduētū dñi in do. forte cōtige. ⁊ in ipsa dñica hyst. inchoanda fuerit q̄ non fuerit duratura nisi per vnā ebdo. tm̄ tūc ibi ichoetur hyst. cū mēo. tm̄ et hoc priuati: et totū seruitiū fiat de dedicatiōe. et in trib⁹ fer. ꝑ ebdo. tota cātet hysto. cū R. fer. ⁊ in illis tribus fer. fiat primo mēo. de dedica. ⁊ deinde de cru. de scā maria: et de scō loci: et de oībus scis: et expositio euangel. de do. eo anno oīno ꝑtermittat. Ita tm̄ ꝙ si aliqđ festū triū lec. in illis trib⁹ fer. cōtige. illo anno oīno ꝑtermittat. Tamen octa. dedi. eccl'ie erūt in sequentib⁹ dieb⁹ cū regi. cho. nisi ꝑ ꝑdictā causam impediatur vsqꝫ ad octauū diem: et tunc erunt. ix. lec. cū inuit. triplici nisi duplex festū impediat, vel alia historia que non potest cantari in alia dominica nec i fer. ⁊ nō fue. duratura. ¶ Itē ꝗuis alia feria. ⁊ hoc idem tempus hoc festū cōtige, ⁊ do. infra octa. forte aliqua histo. inchoāda fuerit que non sit duratura nisi ꝑ vnam ebdo. ⁊ in fes. post octa.

nō potest cātari: tūc in ipsa dñica tota cantetur hysto. cū cōmemoratione de dicatiōe. Similiter de fes. loci vbi oct. habētur cū regimine chori. In tpe vero pas. hoc modo fiat ser. de dedi. ad vtrasqz vespe. et ad laud. & ad horas oīa fiat vt p̄dictū est. Cōpletoriū pas. tpis nō mutat. ad ma. tres prime. āe. cū suis p̄s. ℣. et. ℟. de. i. noc. dñr cū expositione euāgel. Egressus iesus pābulabat hierico. ¶ Scda die infra oct. āe. p̄s. ℣. &. ℟. de. ii. noct. ¶ Tertia die infra octa. āe. p̄s. ℣. &. ℟. de. iii. noct. ¶ Quarta die infra oct. p̄s. ℣. ℟. de. i. noc. et sic fiat p ceteros dies infra oct. Ita tū q̄ i dñica. infra oct. legant lec. de expositiōe euāge Oīs qui venit ad. āe. p̄s. ℣. ℟. scdz ordinem noct. dñr. ¶ In octa. vo āe. p̄s. ℣. et. ℟. sicut in prima die dicuntur cū euāgel. Facta sunt ence. Per estatē vero scdz a Deus omnium. vsqz ad aduē. dñi & ab oct. epy. vsqz ad. 7o. quotidie ifra octauas dicunt ℣. et. ℟. scdm ordinē noct. et vna sola ān. ad laud. dr.

¶ Hr sequētes āne. dicant per oct. de dica. sup p̄os. Bñdictus & Magnificat. vl ad mēo. dedicatiōis cū de aliquo sancto fiat seruitiū. aña. i Benedic domine domum istā: quā edificaui noī tuo: et venētiū in loco isto exaudi p̄ces i excelso solio glie. tue. In pas. tpe alla. ā. 2 Mane surgēs iacob erigebat lapidē i titulum fūdens oleū desup votū vouit dño: vere loc⁹ iste sāct⁹ est: & ego nesciebā. In pas. tpe. Alla. ā. iii. Benedictus es in templo sancto glorie tue: quod edificatum est ad laudem et gloriā nominis tui dñe. In pas. tpe Alla. ā. iiii. Fūdamētū aliud nemo potest ponere: preter illud deniqz q̄ positū est a christo. In pas. tpe. Alla. ā. v. Hec aula accipiet a deo gratiā bñdictionis: et misericordiā a christo dño. In pasc. tpe. Alla. ā. vi. In dedicatiōe hui⁹ tēpli laudate deum oīs militia celorū: & oīs tra laudet nomē dñi: qa exaltatū est nomē ei⁹ soli⁹. In pas. tpe Alla. ā. vii. Fūdamēta tēpli hui⁹ sapiētia sua fundauit de⁹ i quo dñm celi collaudāt angeli: sufflāt vēti & fluāt flumia: nō possūt ea mouere vnq̄ fūdata eni erat supra petrā. In pas. tpe all. ā. 8. Exurgat de⁹ ad nr̄i famulat⁹ obsequiū: & in loco scō ei⁹ fiat bñdictiōis augmētum. In pas. tpe alla. ān. 9. Qui regis israel intēde sup domū istā q̄ deducis velut ouē ioseph: auge in ea bñdictionē tuā, qui sedes sup cherubī exaudi p̄ces supplicū in ea tibi cōfitētiū. In pas. tpe Alla. ā. Benedic dñe domū istā quā edificaui noī tuo: vt sint oculi tui aperti sup eā die ac nocte. In pas. tpe Alla. ā. Ornauerunt faciem templi coronis aureis & dedicauerūt altare domio alla. Nulla fiat p totā oct. mēo qa chorus regit: ibi per estatē: scz a De⁹ oīm, vsqz ad aduē. dñi vel i tpe pas. vl ab oct. epy. vsqz ad. lxx. contigerit: nisi aliqd festū cū regi. cho. interuene. Tū in tpe nati. dñi vsqz ad puf. fiat solēnis mēo. de sctā maria & ab oct. pas. vsqz ad ascē. dñi fiat solemnis mēo. de resur. Ad oēs ho. āe cū. ℟. & ℣. cū orōe sicut i die. ad vesp. ān. Domū tuā. p̄s. Credidi. Tecti. p̄s.

bis.ad.ii.bes et dr p totã oct.qñ de dñica fit ser.cp. Hec est dom⁹.Hy⁹. Angulare fundamentum.℣. Beati qui habitant i do. ¶ Hic ordo ser. quotidie ifra.oct.ad ves.nisi i dñica sez ad.i.ves.tñ. Seqntes.lc.de servi p to.oct.nisi in do.⁊ i oct.tñ.

¶ Secunda die. Lectio prima.

Aninersariã huius sancte ecclesie cõsecratiõis festiuitatẽ solennẽ, nisibus totis,mẽte deuota,puroqȝ corde, dñi saluatoris atqȝ sctõꝝ exẽpla sequentes condigne dilectissimi fratres celebrem⁹ pulsemus ergo affectu pio, corde deuoto, supplicando miam dñi: vt clemẽtie sue nobis tribuat felicitatem:⁊ indulgentie remissionẽ:atqȝ regni celestis introitum pͥdat: vt in celesti tẽplo et in superna ac eterna ecclesia consortio sanctorũ eternaliter potiamur. Lectio secunda.

Maiori autẽ gloria ⁊ veneratione in nouo testamẽto: et in isto homine solẽnia dedicationũ nouarũ ecclesiarũ sunt veneranda ꝙ veteris testamẽti obseruatio ⁊ legis preceptis instituerit. Nã sicut maior redẽptio christi sãguie postea i populo facta est christiano: ita et maior et multo ãplior veneratio dedicationũ et consecrationũ ecclesiaꝝ in quibus quotidie ipsius corpus dñi nostri iesu xpi ⁊ sanguis immolatus a fidelibus sumit̃ in christi refectione preparãda est: et a fidelibus amplectanda. Lectio.iii.

Igitur sanctũ est fratres ac deo placitũ vt dedicationem huius ecclesie precipua veneremur deuotione. Recte ergo festiuitates et cõsecratiões sanctarũ ecclesiarũ venerabiliter colũt:qui filios sãcte dei ecclesie se esse cognoscunt. Tu autẽ. ¶ Tertia die. Lectio prima.

Hec est eni mater oim credentiũ:que natos regenerat ad vitã. Jd circo charissimi summopere oẽs qui christiano noĩe cẽsentur, ⁊ filii dei vocãtur:oportet sacrationes nouarũ ecclesiarũ solenniter et decenter celebrare, studiosissimeqȝ venerari:⁊ totis nisibus in eis dñi auxilium implorare. Lectio scda.

Non enim dubium est dñm omnipotentẽ in tẽplis manufactis inhabitare ⁊ corda eoꝝ qui ad ea cõueniũt:⁊ eoꝝ dedicatiões venerabilit̃ colũt spũaliter inuisere atqȝ cũctos inibi deprcãtes adiuuare: et eoꝝ necessitatib⁹ subuenire. Lec.iii

Credere oportet fr̃es vnũquẽqȝ fidelẽ quãta est consecratio dedicatiõis ecc̃lie:⁊ quanta oratio in ea ab epõ:siue a ceteris sacerdotibus et ministris exhibetur. Qualiter ex ministerio cõsecratõis et ex intẽtione orationis corda fideliũ accendãtur:atqȝ oẽs diligentissime tẽpli consecrationis festa venerentur. ¶ Quarta dei. Lectio.i

Flexis eni poplitibus a summo pontifice:⁊ a ceteris sacerdotibus ⁊ dei ministris summa cum deuotione dicit̃ letania. Deinde reliq̃ orationes:sicut ordo ecclesiastícus docet. Jmploratur enim de⁹ ⁊ a suis sacerdotib⁹ ⁊ reliquis ministris in consecratione ecclesie noue vt omniũ inibi aduenietiũ preces a

dño exaudiantur: anxietatesq́ om nium ibi orantiũ relaxentur: et pec cata deprecantibus remittantur.

¶ Tũ si nullꝰ dies dñicꝰ infra oct. dedicatiõis euenerit tũc quarta die infra oct. legat̃ expositio euangelii de dñica infra octauas. Lectio .ii.

Postulatur etiã a dño in con secratione ecclesie: vt egritu dines ibidẽ sanentur: vota suscipian tur, iuste desiderata ĩpetrẽtur: po stulata cõcedãtur; perpetualiterq́ cuncti ad eam confugiẽtes: et in ea orãtes a dño ab omnibus malis li berẽtur: a domino cõseruentur: siue a malis omnibus illesi misericordi ter liberentur. Lectio tertia.

Cetera quoq́ que in serie pre cum dedicatiõis ⁊ cõsecratio nis ecclesie continentur: eundẽ de precantiũ cõtinent modũ: multi er go sctĩ qui modo in celis inter cater uas sctõꝝ gl'iantur dei tẽpla in pre senti ecclesia consecrauerunt. Quo rum edificia vna cũ cõsecrationibꝰ eorum adhuc manent: et quorũ pa rietes hactenus cõsistere videntur.

¶ Quinta die. Lectio prima.

Nulli dubiũ est fratres eorum preces a deo exaudiri et eorũ impetrata adipleri: quorũ aĩe sunt in celis aĩabꝰ sctõꝝ coequales. Si enĩ viuẽtes in carne ecclesias plan tauerũt et cõstruxerũt: atq́ ea q̃ in dedicatiõibus eaꝝ sctis precibꝰ im petrare vt certũ est, meruerũt, quã to magis modo cũ dño regnãtes ⁊ eoꝝ postulata ⁊ ĩpetrata suis meri tis in eos redũdãt: q̃ ad eadẽ tẽpla deuote deprecaturi aduenientes: et eorũ dedicationes festiue veneran tes conueniunt: seu venerabiliter celebrantes colunt. Lectio secunda.

Sicut enĩ p̃fati sancti: siue cunc ti sctĩ patres ex his factis retri butionem perpetuã perceperũt, et e ternã gl'iã adipisci meruerũt: sic et mõ oẽs eoꝝ vestigia imitãtes pre mia eterna dño annuẽte adipisci ĩ dubitanter merentur. Lectio .3.

Monemus ergo vos fratres charissimi ne ista in vanum assumatis, nec cessare quoquomodo permittatis. Quoniam si dedicati ones nouarum ecclesiarum vene rabiliter colitis, et earum solemni a studiosissime celebratis: ea que ip si sancti sacerdotes in ipsis dedica tionibus ecclesiarum pro vobis et pro cunctis inibi orantibus petie runt: domino auxiliante misericor diter impetrare gaudebitis.

¶ Sexta die. Lectio prima.

Si enim dominus ⁊ magister no ster Jesus Christus ad festum dedicationis tẽpli venire dignatus est: q̃to magis nos ad festiuitates dedicationũ ecclesiarũ venire debe mus, et eas solenniter prout poteri mus, ⁊ dñs dederit celebrare debe mus. Audistis nãq́ fratres charis simi ex lectione euãgelica, q̃a facta sunt encenia hierosolimis, et hyẽs erat. Et ambulabat iesus in tẽplo: in porticu salomonis. Lect. secunda.

Encenia autem vocabantur so lẽnitates sancti tẽpli consecra tionis ⁊ dedicationis: et que dei po pulus ex patrũ traditiõe, et ex an tiqua cõsuetudine per singulos an

nos celebrare consueuit. Quorū exempla hodierna die nos imitātes: iuxta christiani orbis morē annuā ecclesie nostre dedicationis diē diuinis laudibus et vigiliis siue ceteris bonis studiis et orationibus agere studemus solennē. Lectio.iii.

Ambulare domin⁹ noster ies⁹ christus voluit in templo: in quo caro & sanguis brutorū animaliū offerebatur. Multomagis ecclesiam et domum ad orandū et diuina sacramenta in ea offerenda: siue domum cōsecratā vbi carnis ipsi⁹ atq͂ sanguinis celebrātur sacramēta inuisere delectabitur. Si dies dominicus intra oct. contigerit: totum seruitium fiat de dedicatione hoc modo. Ad primas vesperas super psalmos. an. Domum tuam. ℟ Credidi et ceteri ps. sequentes vt supra notatum est. cap. Uidi ciuitatem. non dicatur ℟. hymn⁹. Urbs beata. ℣. Domum tuam. ā. Sācta ficauit. ps. Magnificat. Oro. Deus qui ecclesiam. Mēo. de domini. & de trini. et pcessio ante crucem siue noua hystō. inchoanda fue. siue non: nisi qñ aliqua dom. oino oportet differri, in introitu chori de sācta ma. Ad matut. tota cantetur hystō. sicut in prima die: cū istis l c. sequenti. lec. i.

Natalem huius templi diem fratres dilectissimi christo ꝓpicio cum exultatione et gaudio celebramus: et merito solennitatem matris ecclesie christiani populi colunt: per quā se spiritualiter renatos esse cognoscunt. Lectio secunda

Nam qui per primam natiuitatem vasa ire dei fuimus: per secundam natiuitatē vasa mie fieri meruimus. Prima enim natiuitas nos perduxit ad mortem: secunda reuocauit ad vitam. Lectio tertia.

Omnes nos fratres charissimi ante baptismum phana diaboli fuimus: post baptismū tēpla xp̄i esse meruim⁹. Et si de salute nostra attentius cogitemus: templum dei & verum et viuum nos esse cognoscemus. Lectio.iiii.

Non solum in manu factis habitat deus nec in domo de lignis et lapidibus facta. Sed precipue i anima ad imaginem dei manu ipsius artificis cōdita. Ait enim apostolus. Templum dei sctū₃ est: quod estis vos. Lectio.v.

Templa ista deo de lignis et lapidibus fabricātur vt ibi templa dei viuentia congregentur ac si ad templum dei conueniant. Unus christianus, vnum templū dei est. Et multi christiani multa templa dei sunt. Lectio.vi.

Etiam fratres videte quā pulchrum est templum: quod edificatur de templis. Et quomō multa membra faciunt vnum corpus: sic multa templa faciunt vnū templum. Secundum Lucā.vi

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Omnis qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos, ostendam vobis cui similis est. Similis est homini edificanti domum. Et reliqua. Om̄ ve. bede pbr̄i. Lectio.vii.

Domo hic edificans ipse est mediator dei et hominum, homo xps iesus: qui dilectam sibi domum sanctam videlicet ecclesiam, i qua ppetuo maneret edificare et cosecrare dignatus est. Lec. viii.

Qui fodit in altum et posuit fundamentum supra petram qa in corde suorum fidelium quicquid terrene intentionis inuenit, funditus extirpare studuit: quatenus eiectis prisce consuetudinis ruderibus et cogitationib⁹ superfluis stabilem in eis ipse et inconcussam mansionem possit habere. Lectio. ix.

Ipse enim est petra sup quam huiusmodi dom⁹ fundamenta locauit: sicut in domo edificanda nil petre cui fundamentu iponitur antefertur: ita scta eccl'ia petram suam videlicet xpm imo habet i corde recondita: neqz aliqd fidei illi⁹ ac dilectioi ppo nit adeo vt pro hac etia morte pati no dubitet. Ad lau. oia sola. an. Ad i. et ad alias ho. oia fiant sicut infra octa. Ad ii. ves. omnia fiant sicut in i. die preter R. cum oratione. De⁹ qui eccle. ¶ In oct. dedicationis. Ad i. ves. super psalmos a. O qua metuendus. Ii. feria. capitulum. et cetera omnia sicut i prima die ad prias ves. cu hac oratioe. De⁹ q nobis per singulo. Ad matu. et ad lau. oia sicut in prima die. Lectio. i.

Congruu videtur fratres solemnitati qua colimus de edificatioe tepli aliqua comemorare: et qd decenter ornat⁹ illi⁹ eccl'ie significatioi conueniat idagare. Narrat ergo scriptura qa salomon rex pceperat vt lapides tolleret pciosos i fundamentu tepli et quadraret eos. Lec. ii.

Lapides grandes et preciosi qui in fudamento locati sut et totum onus templi sibi superpositum portant eximios sancte ecclesie doctores insinuat. Grandes nimirum excellentia meritorum pciosos claritate signorum. Qui ab ipso domino verbum audietes totam crescetis ecclesie fabricam sua predicatione genuerunt. Lectio. iii.

Fundametu in sacra scriptura xps appellat. In quo lapides grades pciosi, q teplu oe gestarent sunt positi: qa per ipsum ad propagada toto orbe ecclesiam et prius patriarche: pphete: et postmodum sunt apostoli istructi: qui quo arctius eius amori inherebant: eo fortius sectatores suos in edificatione celesti sustentabant. Si festum. ni. lectio. habens proprias lectiones hac die euenerit fiant de ipso medie lec. Lectio. iiii.

Quos videlicet lapides rex quadrari precepit: vt magistros ecclesie compositos morib⁹ et immobiles animo esse debere signaret. Sicut eni quadratu quocunqz vertitur stat: ita perfectorum vita nullis tentationu impulsibus a sua stabilitate deiici nouit. Lectio. v.

Erat autem predictum templu de marmore pario qui est lapis albus extructum: vt candorem ecclesiastice castitatis exprimeret. Habebat vero sexaginta cubitos in longitudine, et viginti in latitudine: et trigita in altitudine. Lec. vi.

LOngitudo tēpli fidē sctē ecclesie designat: per quā longanimiter prauorum aduersa tolerat. Latitudo charitatem: qua mēt⁹ per viscera pietatis spaciatur. Altitudo spē: qua propter bona que per charitatem operatur celestis vite premia expectat. Secundum iohannem. x.

IN illo tempore. Facta sunt encenia hierosolymis et hyems erat et ambulabat iesus in templo in porticu salomonis. Et reliqua. Omelia beati gregorii pape. Lectio. vii.

ENcenia vocabantur solennia dedicationis templi: que populus dei ex antiqua patrum traditione per annos singulos celebrare cōsueuerat. Quorum vestigia nos hodie iuxta morem christiani orbis sequentes annuam dedicationis ecclesie nostre diē diuinis laudibus et vigiliis studemus agere solennem. Lectio. viii.

ET hanc ergo nos festiuitatem eo maiori deuotione celebrare oportet: quo eam redēptori esse gratissimam cognouimus. Adeo, vt in templum ipse ingred. ꝛ sermonē facere populo ac diuinitatis sue sacramenta pandere dignatus est. R⁹

SI ergo ambulare voluit dominus in templo in quo caro et sanguis brutorum animalium offerebatur: multomagis orationis nostram domum, vbi carnis ipsius et sanguinis sacramenta celebrantur visitare gaudebit. Si perambulare non despexit dominus in porticu: in quo rex quondam mortalis ac terrenis, quamuis potentissim⁹, stare solebat: quanto magis penetralia cordium nostrorum inuisere atq; illustrare desiderat si tamen porticū esse salomonis hoc est si ea timorē, qd est initium sapientie, habere perspexerit. Ad. i. ꝛ ad alias hor. oīa fiant sicut infra oct. Ad. ii. vēs oīa fiant sicut in die preter. R. qd non dicet cū hac orone. Deus q̄ eccle. Qñ fit serui. de aliquo sctō p oct. fiat solēnis mēo. de oct. cū hoc. V. tā ad vs q̄ ad mat. R⁹ Vbi q̄ ha. siue dup. fes sit siue nō. ¶ Sequuntur bñdictiones. ¶ Quotienscūq; fiūt. ix. lc. per totū annū dicāt iste sex bñdictiones ad mat. preterq̄ in fes. btē marie et oīm sanctor ꝛ in fes. iii. lc. sine expositione euāgelica: siue chor⁹ regat siue nō: ꝛ in oct. ꝛ infra oct. ꝛ in fes. pasc. tpis scdm ordinē nocturnor. ¶ In. i. noc. dicāt iste bñdictiones.

BEnedictione pepetua: benedicat nos pater eternus.

Deus dei filius: nos benidicere et adiuuare dignetur.

Spiritussancti gratia: illuminet corda et corpora nostra.

¶ In secundo noctur. bñdictiones

Omnipotens domin⁹: sua gratia nos benedicat.

Christus perpetue det nobis gaudia vite.

Intus et exteri⁹: purget nos spiritus almus.

¶ In. iii. noctur. Scdm Marcū.

Euangelicis armis: muniat nos conditor orbis.

¶ Secundum matheum.
Euangelica lectio: sit nobis salus et protectio.
¶ Secundum Lucam.
Per euangelica dicta: deleantur nostra delicta.
¶ Secundum Johannem.
Fons euangelii repleat nos dogmate celi.
¶ Qn̄ expositio non habetur: tunc dicitur ad. 7. lectionem ista benedictio.
Creator omnium rerum: benedicat nos hic et in euum.
¶ Ad octauam lectionē semper dicit, ista benedictio: nisi in festo beate marie et omnium sanctorum.
Diuinum auxilium: maneat semper nobiscum.
¶ Quando vero dicitur expositio euange. ad. i. lect. tunc sit ista benedictio secunda.
Diuinū auxilium: maneat sem. ꝛc.
¶ In festis vero sanctorum sit ista nona benedictio.
Ad societatem ciuium supernorū perducat nos rex angelorum.
Et semper dicitur rex angelorum quādo cumq̄ dicitur scḋm vsum ecclesie sarum nisi in fes. beate marie.
Similiter in fes. 3. lc. cū expōe euā. sit ista 3. benedictio.
Ad societatē ciuium supernor. ꝛc.
¶ Qn̄ vero fient. ix. lectiones de tēporali per totum annum: nisi a festo sancte trinitatis vsq̄ ad aduentū domini: sit ista nona benedictio.
In vnitate sācti spūs: bn̄dicat nos pater ꝛ filius. Dicet ꝛ in fes. corporis christi et in oct. eiusdē: et in exaltatione sctē crucis: ꝛ in dedica. ecclesie ꝛ in do. īfra oct. et in oct. eiusdē.
¶ Qn̄ vero fiūt. 3. lec. de tpali cū expositiōe euāg. tūc sit ista 3. bn̄dictio.
In vnitate sancti spiritus. ꝛc.
¶ A festo vero sācte trinitatis vsq̄ ad aduen. dn̄i dn̄icis diebus qn̄ de dn̄ica agitur: sit ista nona bn̄dictio.
In caritate pfecta: confirmet nos trinitas sancta. ¶ In omnibus fer. per annum extra tempus pasce et qn̄ādo expositio non habetur dicātur he benedictiones tres.
Deus misereatur nostri: ꝛ det nobis pacem.
Virtus christi: habitet in cordibus nostris.
De celo missus: doceat nos spiritus almus. ¶ In festo oīm sctōꝝ dicuntur bn̄dictiones prout in eodē festo āte lectiōes eiusdē sūt notate.
¶ In festis ꝛ in cōme. beate marie dicāt iste bn̄dictiones. ¶ In. i. noc.
Alma virgo virginum: intercedat pro nobis ad dominum.
Christus marie filius sit nobis clemens et propicius.
Sancta dei genitrix: sit nobis auxiliatrix. ¶ Tres predicte benedictiones in cōme. beate marie nō variantur per totū annū. ¶ In. ii. noc.
Sancte marie merita: nos perducant ad regna celestia.
Que peperit christum: pro nobis postulet ipsum.
Stella maria maris: succurre pissima nobis. ¶ In tertio noc.
Per marie merita: prosit nobis lectio euangelica.
Diuina solatia: nobis impetret

virgo maria.
Ad societatem ciuium supernorū perducat nos regina celorum.
¶ Item alie benedictiones de sancta maria intra octauas.
Pura, pudica, pia: miseris miserere maria.
Virgo parens natum: fac nobis propiciatum.
Nos precibus matris: saluet sapientia patris.
¶ Secunda die.
Virgo deo digna: precātibus esto benigna.
Intercede pia p nobis virgo maria.
Que peperit florem: det nobis floris odorem.
¶ Tertia die.
Conserua famulos: virgo maria tuos.
Sancte marie precibus: benedicat nos pater et filius.
Filius virginis marie: det nobis gaudia vite. Amen.
¶ In quotidianis matutinis beate marie dicantur he benedictiōes.
Alma virgo virginum: intercede pro nobis ad dominum.
Intercede pia pro nobis virgo maria
Sancta dei genitrix: sit nobis auxiliatrix.
¶ Deuota orō dicēda ante missam
Deus qui de indignis dignos de peccatoribus iustos: de immundis mundos facis, munda cor & corpus meum ab omni cogitatione et sorde peccati, et fac me dignū altaribus tuis ministrum & concede propitius, vt in hoc altari ad qd indignus accedo, hostias acceptabiles offeram pietati tue pro peccatis & offensionibus meis, a innumeris quotidianisqȝ excessibus, & pro oībus hic circunstantibus, vniuersisqȝ mihi familiaritate & affinitate cōiūctis, atqȝ me odio aliquo insectātibus et aduersātibus, cūctisqȝ fidelib9 christianis viuis et mortuis: et per eū sit tibi meū votū atqȝ sacrificiū acceptabile q̄ se tibi deo pri obtulit in sacrificiū iesus christus filius tuus dn̄s noster. Qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secu. Amen.
¶ Oratio deuota de sacramento altaris.
Omnipotens et misericors deus: ecce accedo ad sacramentum corporis et sanguinis vnigeniti filii tui domini nostri iesu christi. Accedo inquā infirmus ad medicum vite, immundus ad fontē misericordie, cecus ad lumen claritatis eterne, egenus ad dominum celi et terre, nudus ad regem glorie. Rogo ergo immense maiestatis tue abundantiā: quatenus meā digneris sanare infirmitatē lauare fediditatē illuminare cecitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem, vt panem angelorum, regem regum, dominū dominantiū, tanta reuerentia & tremore, tanta suscipiam contricione et amore, tanta fide et puritate, tali proposito & humilitate, sicut expedit anime mee. Da mihi queso illius dominici corporis et sanguinis non solum suscipere sacramētū: sed etiam virtutē sacramēti. Dulcissime deus da mi-

hi sic suscipere corpus unigeniti tui dñi nostri iesu Christi, qd traxit de virgine Maria: ut corpori suo mystico mereat incorporari ac inter eius membra connumerari. O pater amantissime: concede mihi dilectũ filium tuum quem quidem velatũ suscipere propono: reuelata tandẽ facie contemplari. Qui tecum: & cũ spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Sequuntur preparationes ad missam.

Uolens confiteri dicat sacerdos Benedicite pater. Sacer. Domin[9] sit in corde tuo & i labiis tuis ad cõfitendũ omnia peccata tua. In nomie patris & filii, &c. Tũc dicat peccata sua: quibus dictis dicat sacer. Misereatur tui oipotens deus. &c. Indulgẽtiã & abso. &c. Meritũ passionis domini nostri iesu christi suffragia sancte matris ecclesie bona que fecisti et que per dei gratiã facies sint tibi in remissionem peccatorum tuorũ. Iniungat penitentiã dicens. Et pro penitẽtia speciali dices hoc et hoc, vel facies hoc et hoc. Tũc absoluat dicẽs. Dñs noster iesus christus qui est summus pontifex per suã piissimã misericordiam te absoluat. Et ego auctoritate mihi concessa absoluo te primo a sentẽtia minoris excommunicationis si indigeas. Deinde absoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris &c. ¶ Sacer. volens accedere ad alta induat se sacris vestib[9] di.

Ueni creator spiritus, mentes tuorum visita: imple superna gratia: q̃ tu creasti pectora.
Qui paraclytus diceris donũ dei altissimi: fons viuus, ignis, charitas, et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere: dextre dei tu digitus: tu rite promissum patris sermone ditans guttura.
Accende lumẽ sensibus, infunde amorem cordibus: infirma nostri corporis, virtute firmans perpetim.
Hostẽ repellas longius, pacẽq; dones protinus: ductore sic te preuio, vitemus omne noxium.
Per te sciamus da patrem, noscamus atq; filium: te vtriusq; spiritũ credamus omni tempore.
Sit laus patri cum filio, sancto simul paraclyto: nobisq; mittat filius carisma sancti spiritus. Amen.
V[9]. Emitte spiritum tuum et creabuntur. R. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Deus qui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spirit[9] cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere et digne laudare mereamur. Per. Deinde sequatur. An. Introibo ad altare dei. ps. Iudica me deus et discer. totus. p. Deinde gloria. Deinde dr. an. Introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuuentutẽ meã. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne. Sed libera. Confitemini domino quoniam bonus Quoniam in seculum misericordia eius. Cõfiteor deo, beate marie, omnibus sãctis: et vobis quia peccaui ni

mis cogitatione locutione et opere mea culpa, precor sanctam mariam omnes sanctos dei et vos orare pro me. Ministri respondeant. Misereatur vestri omnipotens deus et dimittat vobis omnia peccata vestra liberet vos ab omni malo conservet et confirmet in bono et ad vitam perducat eternam. Sacer. Amen. et postea dicat. Confiteor, quo dicto, dicat sacer. Misereatur vestri. Deinde dicat sacer Absolutionem et remissionem omnium peccatorum vestrorum, spacium vere penitentie et emendationem vite gratiam et consolationem sancti spiritus tribuat nobis omnipotens et misericors dominus. Ministri respon. Amen. Confiteor. Misereatur. et absolutionem. Deinde dicat sacer. V. Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit celum. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc. etc . Oremus.

Aufer a nobis domine quesumus omnes iniquitates nostras, ut ad sancta sanctorum puris mentibus mereamur introire. Per. Tunc erigat se sacer. et osculetur altare: et hoc in medio: et signet se in facie sua ita dicens. In nomine patris et filii et spiritussancti. Amen Deinde incipiat officium usque Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine deus rex celestis: deus pater omnipotens. Domine fili unigenite iesu christe. Spiritus et alme orphanorum paraclyte. Domine deus agnus dei filius patris. Primogenitus marie virginis matris. Qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. Ad marie gloriam. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Mariam sanctificans Tu solus dominus. Mariam gubernans. Tu solus altissimus. Mariam coronans. Iesu christe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amen.

Credo in unum deum. Patrem omnipotentem factorem celi et terre: visibilium omnium et invisibilium. Et in unum dominum iesum christum filium dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo, lumen de lumine deum verum de deo vero. Genitum non factum consubstantialem patri per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub pontio pylato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos: cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum et vivificantem: qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in re-

missionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen. Deinde sequatur Domin⁹ vobiscū. ⁊ Oremus. Deinde dicit̄ offr. Ipse vero accipiens calicē: diligenter ponat in loco suo debito super medium altaris: et inclinato parumper elevet calicem utraq3 manu offerēs sacrificiū dn̄o dicēdo hāc orationē. Orō.

Suscipe sancta trinitas hanc oblationem quam ego indignus peccator offero in honore tuo beate marie et omnium sanctorum pro peccatis et offensionibus meis, pro salute vivorum ⁊ requie omnium fideliū defunctorū. In noīe patris. ⁊c. Acceptū sit oipotenti deo hoc sacrificiū novū. Dicta orōne reponat calicē et cooperiat cū corporalib⁹: ponatq3 panē sup corporalia decēter ante calicē vinū et aquā cōtinentē ⁊ osculet̄ patenā ⁊ reponat eā a dextris sup altare sub corporalibus parū cooperiēdo. His itaq3 peractis eat sacer. ad dextrū cornu altaris: et abluat manus dicēs. Mūda me dn̄e ab oī inquinamēto mentis et corporis: ut possim mūdus implere opus sanctū dn̄i. Ablutis manibus sacerd. se revertat ad altare ad divinum officium exequendum. Deinde revertat se ⁊ stans ante altare: inclinato capite et corpore iūctis manibus dicat hanc Orationē.

In spū hūilitatis ⁊ ī aīa cōtrito suscipiamur dn̄e a te: et sic fiat sacrificiū nostrū in cōspectu tuo ut a te suscipiat̄ hodie ⁊ placeat tibi dn̄e deus. Et erigēs se deosculetur altare a dextris sacrificii: et faciat benedictionem ultra sacrificiū: postea signet se dicēs. In noīe patris. ⁊c. Deinde vertat se sacer. ad ppl̄m ⁊ tacita voce dicat. Orate fr̄es ⁊ sorores pro me ut meū pariterq3 vestrū acceptū sit dn̄o deo sacrificiū. R. filii clerici privatim. Spūs sancti gratia illuminet cor tuū ⁊ labia tua: et accipiat dn̄s digne hoc sacrificiū laudis de manibus tuis pro pctis et offensionibus nostris. In missis vero p defunctis post ablutionē manuū sacerdotis statī incipiat sacer. iunctis manib⁹ in medio alta. cōversus ad alta. dicens. Hostias et preces tibi dn̄e offerim⁹. Et chor⁹ cantādo respondeat. Tu suscipe pro aīabus illis quarū hodie memoriā agimus: fac eas dn̄e de morte transire ad vitā. Et interim dicat sacerd. In spū humilitatis. Deīde statim dicat cōversus ad populū tacita voce. Orate fratres ⁊ sorores pro fideliu⁹ defunctis. Respōdeāt clerici cantando. Requiē eternā dona eis dn̄e: ⁊ lux ppetua luceat eis. Quā olim abrahe promisisti ⁊ semini eius. ¶ Notanda q̄ in cibus missis pro corpore p̄senti et in anniversa. cuiuscūq3 fuerint ⁊ in trigint. dicitur Hostias ⁊ preces. cū R. Requiē etnā. ⁊ Quā olim. In oīb⁹ vero aliis missis p defunctis nō dicitur: nec in die aīarū. Et reversus ad altare sacer. secretas orōnes dicat iuxta numerū āte dictarū ⁊ ordinē ant epistolam ita incipiēs. Orem⁹. Quibus finitis dicat sacer. apta voce Per oīa scl̄a sclor. manibus nō levatis: donec dicitur

Sursum corda. ¶ De trinit. prefatio

Eterne deus: qui cum unigenito filio tuo et spu sancto unus es deus: unus es dns. Non in unius singularitate persone: sed in unius trinitate substatie. Quod eni de tua gloria reuelate te credim⁹ hoc de filio tuo hoc de spu sancto sine differetia discretionis sentimus. Ut in confessione vere sempiterneqꝫ deitatis: et in psonis pprietas: ꝛ in essetia unitas: ꝛ i maiestate adoret equalitas Quā laudāt angeli atqꝫ archāgeli cherubin quoqꝫ ac seraphin: qui nō cessant clamare una voce dicentes

¶ De sancto spiritu prefatio.

Eterne deus. Per christum dominum nostrum. Qui ascēdēs super omnes celos sedensqꝫ ad dexteram tuam promissum spiritum hodierna die in filios adoptionis effudit. Qua propter profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat: sed et supne virtutes atqꝫ angelice potestates hymnum glorie tue concinnūt sine fine dicentes.

¶ De sancta trinitate prefatio.

Eterne deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis cōstituisti: ut unde mors oriebatur inde vita resurgeret. Et q̄ in ligno vicerat: in ligno quoqꝫ vinceretur. Per christum dominū nostrū. Per quem maiestatem tuam laudāt angeli: adorāt dominationes: tremūt potestates. Celi celorūqꝫ virtutes ac beata seraphin: socia exultatiōe concelebrāt. Cū quibus et nostras voces, ut admitti iubeas deprecamur supplici confessione dicentes.

¶ De sancta maria prefatio.

Eterne deus. Et te in conceptione. Et te in annunciatione. Et te in assumptione. Et te in natiuitate. Et te in visitatione. Et te in veneratione beate et gloriose semperqꝫ marie virginis exultantibus animis laudare benedicere ꝛ predicare. Que et unigenitum tuum sancti spiritus obumbratione concepit et virginitatis gloria permanente huic mundo lumē eternū effudit iesum christū dnm nostrū. Per quem

¶ De apostolis prefatio.

Eterne deus. Et te domine supplicitet exorare: ut gregem tuum pastor eterne non deseras: sed per beatos apostolos tuos continua ptectiōe custodias. Ut eisdē rectorib⁹ gubernet: quos operis tui vicarios eidē cōtulisti preesse pastores. Et ideo cū angelis ꝛ archāgelis cū thronis ꝛ dominationib⁹. Cūqꝫ omni militia celestis exercit⁹ hymnum glorie tue canimus sine fine dicentes.

¶ Prefatio communis.

Per oia secula seculorū. Amē. Dns vobiscū. Et cū spiritu tuo. Hic eleuet sacerdos manus dicēs. Sursum corda. Habemus ad dominū. Gratias agamus domino deo nostro. Dignū et iustum est

Vere dignum et iustū est equū et salutare: nos tibi semper et ubiqꝫ gratias agere, domine sancte pater omnipotens eterne deus. Per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuā laudāt angeli, adorant dominationes. tremunt potestates. Celi celorūqꝫ vir

tutes ac beata seraphin. &c. vts. Sāctus, sctūs, sctūs. Item in aliis prefaciōibus. Et ideo, vts. Sanctus, sanctus sanctus, dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua, osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis. Quando vltimo sit seruitium de sancta maria ante aduentum: et ante septuagesimā et in octaua visitationis, assumptiōis et natiuitatis beate marie: tunc dicitur hoc modo. Benedictus marie filius qui venit in nomine domini. &c. Deinde cōtestim manibus iunctis et oculis eleuatis incipiat. Te igitur clementissime pater. corpore inclinato donec dicat Ac petimus.



Te igitur clemētissime pater per Jesum christum filium tuum dominum nostrū supplices rogamus corpore inclinato donec dicat ac petimus.

Hic erigens se sacerdos osculetur altare a dextris sacrificii. dicens. Uti accepta habeas et benedicas. Hic faciat sacerdos tres cruces super calicem dicendo. Hec do + na. Hec + munera. Hec + sancta sacrificia illibata. Factis signaculis super calicem eleuet manus suas ita dicens.

In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica: quā pacificare, custodire, adunare: et regere digneris toto orbe terrarum vna cum famulo tuo papa nostro N. et antistite nostro N. id est proprio episcopo tantum. et rege nostro N. et dicuntur nominatim. Sequatur et omnibus orthodoxis atq catholice & apostolice fidei cultoribus. Hic oret pro viuis.

Memento dn̄e famulorum famularumq tuarum N. & N. In qua orone quod debet afficere ppter ordinē caritatis. Quinquies sacerd. Primo pro se ipso. Secūdo pro patre et matre carnali & spūali et pro aliis parentibus. Tertio pro amicis spiritualib⁹ parrochianis & aliis. Quarto pro omnibus assistētibus. Quīto pro omni populo christiano: & potest hic sacerdos omnes suos amicos deo commendare. Cōsulo tamē vt nullus ibidē nimis immoretur tum propter cordis distractionē: tū ppter immissiones q̄ possunt fieri per angelos malos: tū ppter alia pericula. Et omniū circumstātiū: quorū tibi fides cognita est et nota deuotio: pro quib⁹ tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisq omnibus pro redemptione animarū suarū prospere salutis & incolumitatis sue, tibiq reddūt vota sua eterno deo viuo & vero.

Communicātes & memoriam venerantes. In primis gloriose semperq virginis. inclinando parūper dicat marie genitricis

dei.et dñi nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorũ acmartyrum tuorũ Petri, Pauli, Andree, Jacobi, Johãnis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Mathei, Symonis, et Thadei, Lini, Cleti, Clemẽtis, Sixti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Grisogoni, Johãnis, et Pauli, Cosme, et Damiani. Et omniũ sanctorũ tuorũ quorũ meritis precibusqꝫ cõcedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundũ christũ dñm nrm. Amẽ. Hic respiciat sacerdos hostiam cũ magna veneratione dicens.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed et cuncte familie tue quesum⁹ dñe vt placatus accipias: diesqꝫ nostros in tua pace disponas, atqꝫ ab eterna damnatione nos eripi: et in electorũ tuorũ iubeas grege numerari. Per christũ dominum nostrum. Amen. Hic iterum respiciat hostiam dicens.

Quam oblationẽ tu deus omnipotens in omnibus quesumus. Hic faciat tres cruces super vtramqꝫ cũ dicat be ✠ nedictam, ascri ✠ ptã, ra ✠ tam, rationabilem acceptabilemque facere digneris: vt nobis. Hic faciat crucem super panem dicens. cor ✠ pus Hic sup calicem et san ✠ guis iunctis manibus dicens fiat dilectissimi filii tui dñi nri iesu christi. Hic erigat iterum manus, et comungat: postea tergat digitos et eleuet hostiam dicens.

Qui pridie ꝙ pateretur: accepit panẽ in sanctas ac venerabiles man⁹ suas: et eleuatis oculis in celum. Hic eleuet oculos suos ad te deũ patrẽ suum omnipotentẽ Hic inclinet se, et postea eleuet paululũ dicẽs tibi gratias agens: be ✠ nedixit, fregit. Hic tangat hostiam dicẽs deditqꝫ discipulis suis dicens Accipite et mãducate ex hoc omnes Hoc est enim corpus meũ. Et debẽt ista verba proferri cũ vno spiritu et vna prolatione: nulla pausatiõe interposita. Post hec verba inclinet se sacerdos ad hostiã: et postea eleuet eã supra frõtẽ vt possit a populo videri: et reuerenter illud reponat ante calicẽ in modũ crucis per eandẽ facte. Et tũc discooperiat calicẽ et teneat inter manus suas nõ disiungẽdo pollicẽ ab indice: nisi dum facit benedictiones tantũ ita dicẽs

Simili modo postea quam cenatum est; accipiens et hunc preclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi Hic inclinet se dicens gratias agens be ✠ nedixit deditque discipulis suis dicens. Accipite et bibite ex hoc omnes. Hic eleuet sacerdo. parumper calicem ita dicens.

Hic est enĩ calix sanguinis mei noui et eterni testamẽti mysteriũ fidei qui pro nobis et pro multis effũdetur in remissionẽ pctõrũ. Hic eleuet calicẽ vsqꝫ ad pect⁹ vel vltra caput di. Hec quotienscunqꝫ feceritis in mei memoriã facietis. Hic reponat calicem et tricet digitos suos supra calicem propter micas: et cooperiat calicem: deinde eleuet brachia sua in modum crucis iunctis digitis vsqꝫ ad hec verba de tuis donis.

V Nde et memores domine nos tui serui: sed et plebs tua sancta eiusdē christi filii tui dñi dei nostri: tam beate passionis nec non et ab inferis resurrectionis: sed et in celos gloriose ascensionis offerimus preclare maiestati tue, de tuis donis ac datis. Hic quinque cruces fiat sed tres prime cruces sup hostiam et calicem dicēdo hostiam pu✠rā, hostiam san✠ctā, hostiam imma✠culatā. Quarta super pane tantum dicendo pa✠nem sanctum vite eterne. Quinta super calicem dicendo et ca✠licem salutis ppetue.

S Upra que ppicio ac sereno vultu respicere digneris et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel et sacrificium patriarche nostri abrahe: et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium immaculatam hostiam. Hic sacerdos corpore inclinato: et cancellatis manibus dicat Supplices te rogamus vsque ad hec verba ex hac altaris participatione et tūc erigat se deosculās altare a dextris sacrificii: et faciat signū crucis super hostiā et calicē et in facie sua cū dicit omni benedictione celesti.

S Upplices te rogamus omnipotēs deus: iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue: vt quotquot. Hic erigēs se obsculet altare a dextris sacrificii dicens ex hac altaris participatione sacrosanctū filii tui. Hic faciat signum crucis super hostiam dicens cor✠pus deinde super calicem dicens et san✠guinem sumpserimus: omni. Hic signet se in facie dicens. Benedictione celesti et gratia repleamur. Per eundē christum dominum nostrum. Amen.

Hic oret pro mortuis.

M emento etiam domine animarū famulorum famularumque tuarum N. et N. Qui nos precesserunt cum signo fidei: et dormiunt in somno pacis. Reminiscatur defūctorum eorum precipue pro quibus tenetur orare. Deinde dicat.

I Psis domine et omnibus in christo quiescentibus locum refrigerii lucis et pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundē christum dominum nostrum. Amen. Hic percutiat pectus suum semel dicens.

N Obis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudie miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam, et societatem donare digneris cum tuis sanctis apostolis et martyribus: cū Johanne, Stephano, Mathia, barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha Lucia, Agnete, Cecilia, Anastasia Et cum omnibus sanctis tuis: intra quorū nos cōsortium, non estimator meriti, sed venie quesumus largitor admitte. Per christū dñm nostrū. Non dicitur. Amē. Per quē hec omnia dñe semper bona creas. Hic ter signet calicē dicēs sancti✠ficas, viui✠ficas, bene✠dicis, et pstas nobis. Hic discooperiat cali-

cem et faciat signaculum crucis cū hostia quinquies: primo vltra calicem ex vtraqꝫ parte illius calicis: secūdo calici equale: tertio infra calicē: quarto sicut primo: quinto ante calicem per ip ✠ sum, et cum ip ✠ so, et in ip ✠ so: est tibi deo patri omnipo ✠ tenti in vnitate spiritus ✠ sancti omnis honor et gloria. Hic cooperiat sacerdos calicē et teneat manus suas super altare vsqꝫ cum dicitur Pater noster. ita dicens.

Per omnia secula seculorum Amen. Oremus. Preceptis salutaribus moniti ⁊ diuina institutione formati audemus dicere. Hic accipiat dyaconus patenam eamqꝫ a dextris sacerdotis extēto brachio in altum vsqꝫ Da propicius. discopertā teneat. Hic eleuet sacerdos manus dicēs. Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra. Panem nostrum quotidianū da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nr̄is. Et ne nos inducas in tētacionem. Chorus dicat. Sed libera nos a malo. sac. priuat. Amē

Libera nos quesumus dn̄e ab omnibus malis, preteritis presentibus et futuris, et intercedente beata ⁊ gloriosa semperqꝫ virgine dei genitrice maria, ⁊ beatis apostolis tuis petro et paulo atqꝫ andrea cū omnibus sctīs. Hic cōmittat dyaco. pate. sacerdo osculās manū eius: et sacer. deosculet patenā: postea ponat ad sinistrū oculū: deinde ad dextrū: postea faciat crucem cum patena vltra caput: ⁊ tūc reponat eam in locum suum dicēs.

Da propicius pacem in diebus nostris vt ope misericordie tue adiuti: et a peccato simus semp liberi, ⁊ ab omni ꝑturbatiōe securi. Hic discooperiat calicē ⁊ sumat corpus cum inclinatione transponens in concauitate calicis retinendo inter pollices ⁊ indices, et frangat in tres partes, prima fractio dū dicit Per eundē dn̄m nostrū iesum xp̄m filiū tuū. scd̄a fractio. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate sp̄ūs sancti deus. Hic teneat duas fracturas in sinistra manu ⁊ etiā fracturā in dextera manu in summitate calicis: ita dicēs apta voce. Per oīa scl̄a seculorū. Chorꝰ r̄ndeat Amē. Hic faciat tres cruces intra calicē cū tertia pte hostie dicēdo Pax dn̄i ✠ sit sem ✠ per vo ✠ biscū. Chorꝰ. Et cū sp̄ū tuo. Ad Agnus dei. dicendū accedāt dya. et subdya. ad sacer. vterqꝫ a dextris: dya. propior: subdya. remotior ⁊ dicāt priuatim. Agnꝰ dei qui tollis peccata mūdi miserere nobis. Agnus dei qui tollis pctā mūdi miserere nobis. Agnus dei q̄ tollis pctā mūdi dona nobis pacē In missis ꝓ defunctis dicit hoc mō Agnus dei q̄ tollis pctā mundi dona eis requiem cum hac aditione in tertia repetione sempiternam. Hic cruce signando deponat dictam tertiam partem hostie in sacramentū sanguinis: sic dicendo.

Hec sacro ✠ sancta commixtio corporis ⁊ sanguinis domini

nr̃i iesu christi fiat mihi: omnibusq; sumentibus salus mentis & corporis et ad vitã eternã promerendam et capescendam preparatio salutaris Per eundẽ dominũ nostrũ. Amen. Anteq̃ pax detur dicat sacerdos.

Domine sancte pater om̃ps eterne deus: da mihi hoc sacrosanctum corpus et sanguinem filii tui domini nostri iesu christi ita digne sumere vt merear per hoc remissionẽ oim pctõr meorũ accipere: & tuo sancto spiritu repleri: et pacẽ tuam habere: quia tu es deus solus, & preter te non est alius: cuius regnum & imperiũ gloriosum sine fine permanet in scla sclor. Amen. Hic osculet sacer. corporalia in dextera parte et summitatẽ calicis: & postea dya. dicens. Pax tibi & eccl'ie dei. Rñsio. Et cũ spũ tuo Dya. a dextris sacer. ab eo pacẽ recipiat: & sub diaco. porrigat. Deinde ad gradũ chori ipse dyaco. pacẽ portet rectoribus chori & ipsi pacem cho. portet vterq; sue parti incipiẽs a maioribus. In fes. vero & fer. qñ chorus nõ regitur: pax a dya. choro apportat per duos extremos de secunda forma: cetera sicut prius. Post pacem datam dicat sacer. orationem seqñ. priuatim antequam se communicet tenẽdo hostiam duabus manibus.

Deus pater fons et origo totius bonitatis: q̃ ductus misericordia vnigenitũ tuũ pro nobis ad infima mundi descẽdere & carnẽ sumere voluisti: quẽ ego indignus hic in manibus meis teneo, Hic inclinet se sacer. ad hostiã dicens. Te adoro, te glrifico, te tota mentis ac cordis intentione laudo & precor vt nos famulos tuos non deseras: sed pctã nostra dimittas, quatenus tibi soli viuo ac vero deo puro corde et casto corpore seruire valeamus. Per eũdẽ christũ dñm nostrũ. amẽ.

Domine iesu christe fili dei viui qui ex voluntate patris cooperante spũ sancto per mortẽ tuã mundũ viuificasti: libera me queso per hoc sacrosanctum corpus & hũc sanguinẽ tuũ a cunctis iniquitatibus meis, & ab vniuersis malis: & fac me tuis semper obedire mãdatis, et a te nunquam in perpetuum separari permittas saluator mundi Qui cum deo patre et eodem spiritu sancto viuis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.

Corporis et sanguinis tui domine iesu christe sacramentum quod licet indignus accipio non sit mihi iudicio et condemnationi: sed tua prosit pietate corporis mei et anime saluti amen. Ad corpus dicum humilitate anteq̃ accipiat: Aue in eternũ sctissima caro christi mihi ante oia & sup oia summa dulcedo. Corpus dñi nostri iesu xp̃i sit mihi pctõri via et vita. In nomine ✠ pris & filii & spũssancti. Amen. Hic sumat corpus cruce prius fctã cũ ipso corpore ante os. Deinde ad sanguinẽ cũ magna deuotiõe dicẽs Aue in eternum celestis potus mihi ante omnia et super omnia summa dulcedo. Corpus & sanguis dñi nostri iesu christi prosit mihi peccatori ad remediũ sempiternum in vi-

tam eternam. Amen. In nomine ✠ patris, &c. Hic sumat sanguinem quo sumpto inclinet se sacer. & dicat orationem.

Gratias tibi ago domine sancte pater omnipotens eterne deus qui me refecisti de sacratissimo corpore et sanguine filii tui dñi nostri iesu christi: & precor vt hoc sacramentũ salutis nostre qđ sumpsi indignus peccator nõ veniat mihi ad iudiciũ, neq; ad condẽnationẽ pro meritis meis, sed ad profectũ corporis mei et aie saluti in vitã eternã. Amen.

Qua dicta eat sacer. ad dextrũ cornu alta. cũ calice inter manus digitis adhuc cõiũctis sicut prius, & accedat subd. et effundat in calicẽ vinũ et recinceret sacer. manus suas ne alique reliquie corporis et sanguinis remaneãt in digitis vel in calice. Cũ vero aliqs sacer. debeat bis celebrare ĩ vno die tũc ad primã missã nõ debet pcipere ablucionẽ vllã, sed ponere ĩ sacrario vel in vase mũdo vsq; in finẽ alterius misse, & tũc sumatur vtraq; ablutio. Post primam ablutionẽ dicitur hec oratio.

Quod ore sumpsimus domine pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Hic lauet digitos in cõcauitate calicis cum vino infuso a subdyacono: quo hausto sequitur. Oratio.

Hec nos cõmunio dñe purget a crimine: & celestis remedii faciat esse cõsortes. Post pceptionẽ ablutionũ ponat sacer. calicẽ sup patenã vt si qđ remaneat stillet: & post ea inclinando se dicat. Adoremus crucis signaculũ per qđ salutis sũpsim⁹ sacramẽtũ. Deinde lauet manus dya. interim corpalia cõplicet. Ablutis manib⁹ & redeũte sacer. ad dextrũ cornu alta. dyaco. calicẽ porrigat ori sacer. si qđ infusiõis in eo remãserit resumẽdũ. Postea ipo dicat cũ suis ministris cõionẽ. Deinde fctõ signo crucis in facie vtat se sa. ad ppl'm eleuatisq; aliq̃tulum brachiis & iũctis manib⁹ di. Dñs vob. et iterũ reuertẽs se ad altare dicẽs Oremus. Deinde dicat postcõionẽ iuxta numerũ & ordinẽ antedictarũ orationũ ante epistolã. Finita vltima postcõione factoq; signo crucis in fronte iterũ vertat se sacerd. ad ppl'm et dicat. Dñs vobis. Deinde dya. Bñdicam⁹ do. alio ẽo tpe dicit Ite missa est. Quotiẽscũq; eni dicit Ite missa est. sẽp dr ad ppl'z cõuertẽdo. Et cũ dici debeat Bñdicamus dño vel Requiescãt ĩ pace. Cõuertẽdo ad alta. dicatur. His dictis sacerd. inclinato corpore iũctisq; manib⁹ tacita voce corã altari in med. altari in medio dicẽs hãc orationẽ.

Placeat tibi sctã trinitas obsequium seruitutis mee & pstã vt hoc sacrificium qđ oculis tue maiestatis indign⁹ obtuli, tibi sit acceptabile: mihiq; et oibus pro quib⁹ illud obtuli, sit te miserãte ppiciabile. Qui viuis et regnas de⁹. Per omnia secula seculorũ. Amẽ. Qua finita erigat se sacerdos signans se in facie sua dicẽs. In nomine pr̃is &c. Et sic inclinatione facta eo ordine quo prius accesserunt ad altare

in principio misse sic induti cũ cerofer. et ceteris ministris red. Et statim post Deo gras. incipiatur in choro hora nona: q̃n post missam dicitur. Sacerdos vero in redeundo dicat euan. In pricipio. Cum vero sacerdos exuerit casulam. et alia idumenta sacerdotalia, dicat psalmos subscriptos cum. ãn. Trium puerorum ps. Benedicite sacerdo. vsq; ad finẽ cant9. ps. Laudate dominum in sanctis eius. to. ps. Nũc dimittis cum gloria pat. ꝛ. Sicut erat. Deinde dicitur tota. ãn. Trium puerorum cantemus hymnum quem cantabãt in camino ignis benedicentes dominum. Kyrie eleysõ. Xp̃e eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster q̃. Et ne nos. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu Laudem9 ꝛ super exaltemus eũ in secula. Benedictus es dñe in firmamento celi. Et laudabilis et gloriosus in secula. Benedicat et custodiat nos trinitas sãcta. Amẽ. Nõ intres in iudicium cũ seruo tuo dñe. Qr non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Dñe deus virtutũ conuerte nos. Et ostende faciem tuã ꝛ salui erimus. Domine exau. Et clamor. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propicius: vt nos famulos tuos nõ exurat flamma viciorũ. oro.

Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrum domine, vt tibi casto corpore seruiamus et mundo corde placeamus.

Actiones nr̃as quesumus oro. domine aspirando preueni, et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra operatio et oratio a te semp incipiat: et per te cepta finiatur. Et finiantur he tres orationes sic Per christum dñm nostrum. Amen.

In commemo. sancte trinitatis officium.

Benedicta sit sancta trinitas atq; indiuisa vnitas confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore paschali. Alla. Alleluya. Psalmus. Benedicamus patrẽ ꝛ filiũ cũ sãcto spiritu. oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui dedisti famulis tuis in cõfessione vere fidei eterne trinitatis gloriã agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatẽ, quesumus vt eiusdẽ fidei firmitate ab omnib9 semper muniamur aduersis. Qui viuis ꝛ regnas. Ad rom. xi.

O Altitudo diuitiarum sapiẽtie et scientie dei: q̃ incomprehẽsibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie ei9. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarus eius fuit? Aut quis prior dedit illi: ꝛ retribuetur ei? Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt oĩa: ipsi gloria in secula seculorum. Amen. Secundo Corintheor. xiii.

Fratres. Gratia domini nostri Jesu Christi et charitas dei et communicatio sancti spũs sit semper cum omnib9 vobis. In christo

iesu domino nostro. Gr. Benedict⁹ es dñe qui ītueris abyssos: ⁊ sedes sup cherubin. ℣. Bñdicite deum celi qui fecit nobiscum misericordiā suā. Alla. ℣. Benedictus es domine deus patrū nostrorū: et laudabilis in secula. Alla. ℣. Laudate pueri dominum laudate nomen dñi. Sit nomen dñi benedictum ex hoc nūc ⁊ vsqꝫ in seculum. Sequentia.

Benedicta sit sancta trinitas deitas eterna coequalis gloria. Deus genitor natus genit⁹ cū sacro pneumate permanens super omne quod extat. Quibus est vna semper voluntas et a se discrepās haud vnqꝫ triplicata persona. Nā cōstat deitas vna nō in tres deos diuisa quod fides fatetur a christo orthodoxe dedita. Hec nanqꝫ pellit delicta patriam cedit serenam: quam dulcem iubilant agmina simphoniam celica. Alti throni vestigia imitantur stolis candidata. Operiunturqꝫ binas quas captant post secli discrimina. Et nos quos illustrat gratia dei supera dem⁹ nr̄a debita. Quaten⁹ caterua celica nobis maneat post funera socia. Vltroqꝫ peracto discrimine possimus altis perfrui mox palatiis. Quo perspicua lux flagrat accensa constanti flamma qui deus est visio nostra et salus eterna. Angelorumqꝫ illustrat fortiter pectora. Vt in christo solo sua defigant lumina. Hec namqꝫ est illa sitis flagrans quā tunc sitient anime sanctorū vel corpora. Dū fuerint data perpetua, eis pro nobis a iudice premia. Scdm iohānē xv.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis, Cum venerit paraclytus, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis, qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Absqꝫ synagogis facient vos. Sed venit hora: vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiū se prestare deo Et hec facient vobis: quia nō nouerūt patrem neqꝫ me. Sed hec locutus sum vobis: vt cū venerit hora eorū reminiscamini: qa ego dixi vobis. Offr. Benedictus sit deus pater vnigenitusqꝫ dei filius sanctus quoqꝫ spiritus quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore paschali alleluya. Secreta.

Sanctifica quesumus domine deus trinitas sancta per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiā et cooperāte spū sancto per eam nosmetipsos tibi perfice mun⁹ eternū. Qui viuis In vnitate eiusdem. Prefatio. Qui cū vnigenito. Cōio. Benedicimus deum celi: et coram omnibus viuentibus cōfitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore pascha alleluya, alla. Post cōio.

Proficiat nobis ad salutem corporis ⁊ anime domine deus huius sacramenti susceptio; et sempiterne sancte trinitatis, eiusdemqꝫ indiuidue vnitatis confessio In qua viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

In commemoratione sancti spiritus. Ad missam. Introitus.

SPiritus domini repleuit orbem terrarũ alleluya, et hoc quod cõtinet omnia scientiam habet vocis, alleluya, alleluya, alleluya. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

DEus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere. Per eiusdem.

Lectio actuum apostolorũ. viii.

In diebus illis. Cum audissent apostoli qui erant hierosolymis quia recepisset samaria verbum dei: miserunt ad eos petrum ꝛ iohannem. Qui cum venissent: orauerunt p ipsis vt acciperent spiritum sanctũ. Nondum enim in quemquã illorũ venerat, sed baptizati tantum erãt in nomine domini iesu. Tunc imponebant manus super illos ꝛ accipiebant spiritum sanctum. Gr. Beata gens cuius est dñs deus eorum: populus quem elegit in hereditatẽ sibi. V. Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alla. V. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. In tempore pascha primum. Alla. V. Emitte spiritum secundum. alla. V. Veni sancte. vts. Sequen.

SAncti spiritus assit nobis gratia. Que corda nostra sibi faciat habitacula. Expulsis inde cũctis vicis spiritalib⁹. Spũs alme illustrator oĩz. Horridas nr̃e mẽtis purga tñbras. Amator sctẽ sensatorũ semper cogitatuũ. Infunde vnctionẽ tuã clemẽs nr̃is sensib⁹. Tu purificator oĩm flagitiorũ spũs, Purifica nr̃i oculũ interioris hoĩs. Vt videri supremus genitor possit a nobis Mũdi cordis quẽ soli cernere possint oculi. Prophetas tu inspirasti: vt preconia xp̃i precinuissent inclyta. Ap̃los confortasti: vti tropheum xp̃i per totũ mũdũ veherẽt. Qñ machinã per verbũ suum fecit de⁹ celi terre mariũ. Tu sup aquas foturus eas numen tuũ expãdisti spũs. Tu aiab⁹ viuificãdis aquas fecundas. Tu aspirãdo das spiritales esse homines. Tu diuisum per linguas mũdũ ꝛ ri⁹ adunasti dñe. Idolatras ad cultũ dei reuocas magistrorũ optime. Ergo nos supplicãtes tibi exaudi ppicius scte spũs. Sine quo oẽs preces casse credũtur ꝛ indigne dei auribus. Tu qui oĩm seculorũ sãctos. Tui nois docuisti instinctu amplectẽdo spũs. Ipse hodie apostolos christe donans munere insolito: ꝛ cunctis inaudito seculis. Hũc diẽ gloriosũ fecisti. Sẽdm iohã. xiiii.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me sermonẽ meum seruabit. Et pater meus diliget eũ: ꝛ ad eũ veniemus et mansionẽ apud eũ faciem⁹. Qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonẽ quẽ audistis nõ est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclytus aũt spiri

ctus sanctus quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oīa, et suggeret vobis oīa quecunqz dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Nō turbetur cor vestrū neqz formidet. Audistis qz ego dixi vobis vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqz qz vado ad patrem: qz pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusqz fiat: vt cū factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps huius mundi: et in me non habet quicquā. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem: et sicut mandatum dedit mihi pater: sic facio. Offer. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalem tibi offerent reges munera, alleluya. Secreta.

Munera quesumus dn̄e oblata sanctifica: et corda nostra sancti spiritus illustratione emunda. Per eundē eiusdem. Prefatio. Qui ascendens. Non dicitur in hac prefatiō hodierna die. nisi in ebdo. penthe. tantum. Communio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erant sedētes alleluya: et repleti sūt oēs spiritu sancto loquentes magnalia dei alla alla. Post communio.

Sancti spirit⁹ domine corda nostra mūdet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per dominum nostrum.

Missa de cruce. Introitus.

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi i quo est salus vita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumus. In tempore paschali alla alla. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum sup nos et misereatur nostri. Non dicitur gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui vnigeniti filii tui domini nostri iesu christi precioso sanguine viuifice crucis vexillum sanctificare voluisti: concede quesumus nos qui eiusdem sancte crucis gaudent honore: tua quoque vbique protectione gaudere. Per eundem. Ad philippēses. ii.

Fratres Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortē: mortē autē crucis. Propter quod et deus exaltauit illū et donauit illi nomen quod est super omne nomē: vt in nōie iesu omne genu flectatur celestium terrestriū et infernorū. Et ois lingua confiteatur qz dominus noster Jesus christus in gloria est dei patris. Grad. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illum: et dedit illi nomē qd est super omne nomen. Alleluya. V. Dulce lignum dulces clauos: dulcia ferens pondera: que sola fuisti digna sustinere regem celorū et dominum. In tempore pas. alla. V. Nos autē gloriari oportet in cruce dn̄i nostri iesu christi. Sequentia.

Salue crux scta arbor digna. Cuius robur preciosum mundi fert talentum. Ut hostis per lignu victor ligno reuinceretur. Quodque exortu mortis primis erat terrigenis paradiso propulsis, Causa etia vite foret cunctis christi morte vere uiuificatis. Horrificum tu es semper signum inimicis crux sacra seuis. Quam mors pauet: infernusque timet: que xpo suos reconsignat. Cui laus sit in euu. Scdm matheu .xx.

IN illo tpe. Ascedes iesus hierosolyma: assumpsit duodecim discipulos suos secreto et ait illis. Ecce ascendimus hierosolimam: et filius hois tradetur pricipibus sacerdotu et scribis: et codemnabunt eu morte. Et tradet eu getibus ad illudedu: et flagelladum: et crucifigedu. Et tertia die resurget. Offr. Protege domine plebe tuam p signum sancte crucis et ab oibus insidiis inimicoru oim: vt tibi gratam exhibeam' seruitute et acceptabile tibi fiat sacrificiu nostrum. In tpe paschali. Alleluya. Secreta

HEc oblatio quesumus dne ab oibus nos purget offensis: q in ara crucis immolata etiam totius mudi tulit offensas. Per. Prefa. Qui salute. Cōio. Per lignum serui facti sumus: et per sanctam crucem liberati sumus: fructus arboris seduxit nos: filius dei redemit nos all'a. et finiatur cu all'a. quadocunque dicitur: nisi infra .lxx. vsque ad pascha. Post cōio.

ADesto nobis domine deus noster: vt quos sancte crucis letari facis honore: eius quoque perpetuis defende subsidiis. Per dominu nostrum. Qui te.

Officium misse de quinque vulneribus dni nostri iesu christi. Offm.

HUmiliauit semetipsu dominus noster iesus christus vsque ad morte: mortem autem crucis: propter quod et deus exaltauit illum, et donauit illi nomen quod est super omne nomen. ps. Misericordias domini in eternum cantabo. Et dicit. Gl'ia in excelsis. nisi per aduetum et .lxx. vsque ad pascha. Oratio.

DOmine iesu christe fili dei viui: qui de celo ad terra de sinu patris descendisti: et in ligno crucis quinque plagas sustinuisti: et sanguinem tuum preciosum in remissione peccatorum nostrorum effudisti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicii ad dextera tua statui, a te audire mereamur, venite bndicti in regnu patris mei. Qui cum eodem patre i vnitate spiritus sancti viuis et regnas deus. Per omnia secula.

Lectio zacharie prophete.

HEc dicit dns deus. Effunda de spiritu meo super domum dauid et super habitatores hierusalem, spiritu gratie et miserationis: et aspicient in eum quem confixerut, et plangent eum planctu quasi super vnigenitum et dolebut super

cum vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa erit planctus magnus in hierusalem: et dicent ei. Que sunt iste plage in medio manuum tuarum? Et dicet eis. His plagatus sum in domo eorum qui me diligebant. Framea suscitare super pastorem meum: et super virum coherentem mihi dicit dominus exercituum. Percutiam pastorem et dispergentur oues gregis. Dicit dominus exercituum. ℞. Improperium expectauit cor meum et miseriam: et sustinui qui simul contristaretur et non fuit: consolantem me quesiui: et non inueni. ℣. Et dederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Alla. ℣. Aue rex noster iesu christe: qui solus nostros errores et reatus miseratus pertulisti patri obediens ductus es ad crucem: vt agnus mansuetus ad occisionem tibi gloria osanna tibi sume laudis et honestatis chorea. Sequentia.

Cenam cum discipulis christe celebrasti, et mortem apostolis palam nunciasti: et auctorem sceleris iudam demonstrasti, et egressus protinus ortulum intrasti. Tunc procidens dominus humo se prostrauit et transferri calicem a se postulauit: sed patris arbitrio illud commendauit et ecce mox sanguinis sudor emanauit. Judas post hec osculum ori dedit christi ad quid inquit dominus amice venisti, nunquid trades osculo quem iam vendidisti: assistentes protinus irruunt ministri. Nox in somnis itaque illa ducebatur, nulla prorsus requies iesu prestabatur, magistrorum impia plebs iniuriatur alapis et colaphis innocens mactatur. Dum iesum eripere pilatus conatur, iudeorum furia magis inflammatur, et tumulus populi ingens excitatur, et plebis vox intonat vt crucifigatur. Traditur militibus vinculis artatur, vndique verberibus corpus cruentatur, caput regis glorie spinis coronatur, postque flexis genibus quisquis irritatur. Ecce caro tenera pii saluatoris ad columnam nequiter coartatur loris: sic flagellis ceditur ipsi tortoris, et emanant riuuli vndique cruoris. Post per vrbis medium iesus procedebat, et crucis patibulum humeris ferebat, ad fores ad hostia populus fluebat, eiusque confusio omnibus patebat. Ad pudoris cumulum iesu denudaris, et ventis ac frigori nudus spoliaris, innocens cum impiis in cruce damnaris, et quasi dux sceleris medio locaris. Tensis ligno brachiis manus conclauatur, cruci caro cruribus clauis tractabatur, nerui vene simili modo laniatur, pedes plante et a ferro conclauantur. Loquens iesus postea scitio dicebat et acetum protinus felle commiscebat: ac infusum spongie ori porrigebat: quod degustans paululum sumere nolebat: O iesu mirifice quid est quod agebas tu de siti conquerens de cruce silebas: nunquid hanc doloribus magis sitiebas: aut salutem potius nostram sitiebas. Vocem promens vltimam patrem inuocasti: spiritumque manibus eius commendasti: cum clamore valido tandem expirasti: sic salutem omnium opus consummasti. Nunc ego superbio tu humiliaris, ego culpas perpetro tu pena grauaris; ego pomum

mordeo tu felle potaris, ego pero mellia tu dire tractaris. Demū cuius valeat mēs vel lingua fari, q̄tū virgo credit int⁹ cruciari dū cernit iā mortuū latus vulnerari atq̧ nati viscera lācea rimari. Corp⁹ q̄dē mortuū iā nil sentiebat: militis sed lācea pectus infigebat, quam fixam i latere filii videbat, vnde aqua sanguine mixta effluebat. Fundunt riuos sanguinis fontes saluatoris properans huc anima currat peccatoris, et hauriat quispiam sacrati liquoris quo frequēter leniat vulnera doloris. Ad hunc ergo propera fontem redemptoris: vt fluentis impleas viscera dulcoris, atq̧ vite lauacrum precium cruoris, hinc tibi curatio pfluat lāguoris. Trac.

Iudica me deus et discerne causā meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.

Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti: et quare tristis incedo dum affligit me inimicus.

Testes enim iniqui insurrexerunt aduersum me: et mentita est iniquitas sibi.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.

Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem.

Foderunt manus meas et pedes meos, et dinumerauerunt omnia ossa mea: & dolorem super dolorem vulneribus meis addiderunt.

Secundum Iohannem. xix.

In illo tpe. Presciens iesus q2 iā oia consummata erant de ipso vt consūmaretur scriptura: dixit. Sitio. Uas ergo erat positū aceto plenū. Illi autē spōgiā plenā aceto ysopo circumponēte obtulerunt ori eius. Et cū accepisset iesus acetum: dixit. Consummatum est. Et inclinato capite: tradidit spiritum. Iudei ergo quoniā parasceue erat: vt non remanerēt in cruce corpora sabbato, erat enim magnus dies ille sabbati, rogauerunt pilatum vt frangerentur corū crura: et tollerentur. Uenerunt ergo milites: & primi quidē fregerunt crura et alterius qui crucifixus est cū eo. Ad iesum autē cū venissent: vt viderunt eum iā mortuū non fregerūt eius crura. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit: et verū est testimonium eius. Offertorium

Insurrexerunt in me testes iniqui absque misericordia quesierūt me interficere et non pepercerunt in faciem meam spuere: et lanceis suis vulnerauerunt & concussa sūt omnia ossa mea. Secreta.

Domine Iesu Christe qui pro mūdi redemptione crucis lignum ascendisti vt vniuersus mundus qui in tenebris erat illuminaretur: illam quesumus lucē in animas nostras et corpora infunde: per quam ad eternā lucē peruenire mereamur. Qui cū patre & spū scto vi.

Prefatio. Qui salutem. Communio.

Foderunt manus meas et pedes

dinumerauerunt omnia ossa mea.

Post communio.

Domine iesu christe qui hora diei sexta pro redemptione mundi crucis patibulum ascendisti: et sanguinem tuum preciosum in remissionem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur: vt per tue passionis et vulnerum tuorum merita post obitum nostrum paradisi ianuam gauderet mereamur introire. Qui cum deo patre et spiritu sancto.

¶ Missa quotidiana de beata Maria. officium.



Salue sancta parens enixa puerpera regem qui celum terramque regit in secula seculorum. In tempore pascha Alleluya. ℣. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Oratio

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia et eterna perfrui leticia. Per do. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiii.

Ab initio et ante secula creata sum: et vsque ad futurum seculum non desinam: et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum: et in ciuitate sanctificata similiter requieui, et in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum detentio mea. Gr. Benedicta et venerabilis virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Sciendum est quod festi tempore pascale, fiat de fes. annunciationis beate marie in capella erit primum alleluya. ℣. Per te dei genitrix. et secundo Alleluya. ℣. Aue maria. Item in die assumptionis beate marie, dominica infra octauas et in octauo die Alleluya. ℣. Hodie maria virgo.. in choro et in capella par octauas Alleluya. ℣. Assumpta est maria. in choro et in capella. Item in natiuitate beate marie dominica infra octauas et in octauo die Alleluya. ℣. Natiuitas gloriose. in choro et in capella et per octa Alleluya. ℣. Per te dei genitrix. in choro et in capella ¶ Sciendum est quod a purificatione vsque ad septuagesimam et a Deus omnium. vsque ad aduentum domini quando fit plenum seruitium de sancta maria quacunque feria contigerit semper dicitur sequens Alleluya. ℣. Salue virgo mater dei templum sancti spiritus, que sola vocari digna meruisti regina celorum et domina nisi in tempore paschali tunc enim semper erit primum Alleluya. ℣. Per te dei genitrix nobis est vita perdita data: que de celo suscepisti prolem et mundo genuisti saluatorem. et secundum Alleluya. quando fit plenum seruitium de resurrectione sicut in alio festo cum regimine chori dicitur sequens ad placitum. In capella autem primum Alleluya. versus Per te dei genitrix. secundum vero Alleluya. diuersimode dicitur per totam ebdomadam: videlicet die dominica

minica. Alleluya. Obtine sacris precibus pia dei genitrix veniã delictorũ tuis supplicib9. Feria scda. Alleluya. Post partum virgo inuiolata permãsisti dei genitrix intercede pro nobis. Feria tertia. Alleluya. Ora pro nobis pia virgo maria vnde christus natus est pro nobis peccatoribus ora. Feria iiii. Alleluya. Virtutes celi te venerãtur virgo maria tuũ vnigenitũ cõtemplãtes ad dexterã dei patris in potestate et maiestate magna. Fer. v. Alleluya. Ueni electa mea et ponam te in thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. Feria. vi. Alleluya. Salue virgo. Sabba. Alleluya. Uirga iesse floruit, virgo deum et hominem genuit pacem deus reddidit, in se reconsilians ima summis. Ista. 7. Alleluya dicuntur in capella beate marie, a puri. vsqz ad aduẽ. domini extra. lxx. vsqz ad pascha nisi quod extra tps pasche i loco illius Alleluya. Post partum dicitur Alleluya. Per te dei genitrix. vbi exceptis prenominatis. Similiter in tempore paschali quando celebratur missa de sancta maria sine nota: vel post missam fit memoria: tũc primum. Alleluya. Per te dei genitrix et secundum Alleluya. Post partum virgo. In ebdomada pasche etiam dicitur Gr. Benedicta et venerabilis es. ad missã quotidianam de sancta maria vsqz ad sabbatum, et non in ipso sabbato Sequẽtia dicitur per totum annũ ad placitum. Sequentia.

Post partum virgo maria. Dei genitrix secunda gratia tonantis plena. Aue terrarum domina alma celorum regina. Tibi etherea omnisqz sanctorum turma depromat simphonia. Tellus flumina atqz siluarũ nemora resultẽt voce sua. Salue parens inclyta felix puerpera. Per te lux et veritas mundo est edita: Tu iesum papilla lactasti sacra extans virgo sera mater intacta. Unde nostris eya faue votis dña, christum interpellãs pro salute humana. Per te mater aboleri filiorũ flagitamus crimina. Nosqz omnes introduci sempiterna paradisi gaudia. Quo perẽnis vite perfruamur gloria. Amen. Sequentia.

Aue maria gratia plena. Dominus tecum virgo serena. Benedicta tu in mulieribus. Que peperisti pacẽ hominibus, et angelis gloriam. Et benedictus fruct9 ventris tui. Qui coheredes vt essemus sui nos fecit per gratiaz. Per hoc autem aue, mundo tam suaue, cõtra carnis iura. Genuisti prolem nouam stella solem noua genitura Tu parui et magni leonis et agni saluatoris christi: tẽplũ extitisti sed virgo intacta. Tu floris et roris, panis et pastoris virginum regina, rosa sine spina genitrix es facta Tu ciuitas regis iusticie. Tu mater es misericordie. Theophilum reformans gratie. De lacu fecis et miserie. Ergo maris stella Qbi dei cella et solis aurora. Paradisi porta per quã lux est orta natũ tuũ ora. Nos vt soluat a peccatis, et in regno claritatis, quo lux lucet sedula. Colla

cet per secula. Amen. Sequentia.

Letabundus exultet fidelis chorus, alleluia. Regem regum intacte profudit thorus res miranda. Angelus consilii natus est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciens, stella semper rutilans, semper clara. Sicut sydus radium profert virgo filiū pari forma. Neqꝫ sydus radio, neqꝫ mater filio fit corrupta Cedrus alta libani, cōformatur ysopo valle nostra. Verbū ens altissimi corporari passum est carne sumpta. Isayas cecinit, synagoga meminit, nūqꝫ tamen desinit esse ceca Si nō suis vatibus credat vel gentilibus sibillinis versibus hec predicta. Infelix propera. Crede vel vetera. Cur damnaberis gens misera. Quem docet littera. Natum cōsidera. Ipsum genuit puerpera. Alleluya.

Alia sequentia

Hac clara die turma festiua dat preconia. Mariā concrepando simphonia nectarea. Mundi dn̄a que es sola castissima virginū regina. Salutis causa vite porta atqꝫ celi referta gracia. Nā ad illam sunt nuncia oli facta angelica Aue maria gratia dei plena per secula. Mulierū pia agmina itra sēper bn̄dicta. Virgo ⁊ grauida mater intacta prole gloriosa. Cui contra maria hec reddit famia. In me quomodo tua iam fient nuncia. Viri noui nullū certe copulum. Exquo atqꝫ nata sum icorrupta. Diua missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua efferens gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri claustra portans q̄ gubernat eterna. Omnia qui dat tempore pacifica.

Alia sequentia.

Aue mundi spes maria: aue mitis, aue pia, aue plena gratia. Aue virgo singularis, que per rubū designaris, nō passum incendia. Aue rosa speciosa, aue iesse virgula. Cuius fluctus nostri luctus relaxauit vincula. Aue cuius viscera cōtra mortis federa, ediderunt filiū. Aue carens simili mundo diu flebili, reparasti gaudiū. Aue virginum lucerna, per quā fulsit lux superna, his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci et de cuius lacte pasci rex celorum voluit. Aue gemma celi luminariū. Aue sancti spiritus sacrarium. O q̄ mirabilis ⁊ q̄ laudabilis est hec virginitas. In qua ꝑ spiritū facta paraclitū fulsit fecunditas. O q̄ sancta q̄ serena q̄ benigna q̄ amena esse virgo creditur. Per quā seruitus finitur porta celi aperitur, ⁊ libertas redditur O castitatis liliū, tuum precare filium qui salus est humiliū. Ne nos pro nostro vicio, i flebili iudicio subiiciat supplicio. Sed nos tua sancta prece mūdās a peccati fece. Collocet in lucis domo. Amē dicat omnis homo.

Alia sequentia.

Hodierne lux diei celebris in matris dei agitur memoria. Decantemus i hac die sēꝑ virginis marie laudes et ꝑconia. Omnis homo omni hora, ipsam ora et implora eius preconia. Psalle psalle nisu toto, cordis oris voce voto, aue plena gratia. Aue domina celo

rum, inexperta viri thorum pares paris nescia. Fecūdata sine viro genuisti modo miro genitorem filia. Flores s ortus austro flante, porta clausa post et ante, via viris inuia. Fusa celi rore tellus, fusum gedeonis vellus, deitatis pluuia. Salue splendor firmamenti, tu caliginose mēti, desuper irradia. Placa mare maris stella, ne inuoluat nos procella: et tempestas obuia.

Secundum Lucam. vndecimo

In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quin immo. Beati qui audiunt verbū dei et custodiunt illud. ¶ Aliud in tempore pascha.

Secundum Johannem. xix.

In illo tempore. Stabant iuxta crucem Jesu mater eius et soror matris eius maria Cleophe: & Maria Magdalene. Cū vidisset ergo iesus matrem & discipulum stātem quem diligebat: dixit matri sue. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo: ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

Offr. Felix namque es sacra virgo maria et omni laude dignissima quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster all'a. Et finiatur all'a. Quicunque dicitur extra .lxx. vsque ad pasch. et nisi in vigilia assumptionis tantum. Secreta.

Tua dn̄e propitiatione & beate marie semper virginis intercessione ad perpetuam atque presentem hec oblatio nobis proficiat prosperitatem et pacē. Per. Prefa. Et te in ve. Cōmunio. Beata viscera marie virginis que portauerūt eterni patris filium. In tempore paschali. Communio. Uera fides geniti purgauit crimina mundi, et tibi virginitas inuiolata manet, alleluya alleluya. Post communio.

Sumptis dn̄e salutis nostre subsidiis: da quesumus eius patrociniis nos vbique protegi, in cuius veneratiōe hec tue obtulimus maiestati. Per dn̄m nostrū iesum christum filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Missa pro defunctis.

Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Ps. Te decet hymnus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem, exaudi orōnē meam ad te oīs caro veniet. Nota q̄ adq̄libet missam que pro corpore presenti celebratur cuiuscunque fuerit nisi fuerit pro rege vel pro regina vel alio magno dn̄o quinque dr̄ or. Prima oratio. Omnipotens sempiterne deus misericordiam tuam supplices deprecamur vt animas fa. &c. ii. oratio. Deus qui inter ap. iii. Oratio. Deus venie largi. iiii. oratio. Omnipotēs et misericors deus vnica la. v. oro. Fidelium. Infra triginta quinque dicunt. or. i. Deus cui proprium. minor & cetere orones et in

pra pro corpore presenti. Itē in .xiii. die orōnes dicunt: vt infra triginta. In omnibus anniuersariis quinqꝫ dn̄e or. i. Deus indulgenti. cetere vts. pro corpore presenti. Si missa pro corpore pn̄ti vel anniuer. cuiuscunqꝫ fuerit infra triginta. celebret. i. orō. pro corpore pn̄ti vel āniuersa. dicitur. ii. pro triginta. orō. Deus cui propriū. minor. iii. Deus qui inter apo. iiii. Deꝰ venie largitor. v. Fidelium. Quandocunqꝫ corpus est p̄sens et in anniuer. episcoporū et decanorū ecc̄le post q̄ executor officii in inceptiōe misse altare thurꝫ. Dyaco. cū thuri. accedat: et corpus illud in feretro vel in tūba incēset: sic ante euangel. dū tractatꝫ incēsata priꝰ altari: et tertio postq̄ sacer. sacrificiū āte lotionem loco suo dispositum thur. idē dyac. thur. sicut prius: nō circūeundo corpus in feretro vel tūba: sed ex vtraqꝫ parte vtraqꝫ vice incipiēdo a capite semper cum thurifica. Nunq̄ enim thurificat corpꝰ ad Placebo. et Dirige secundum vsum Sarum sed ad missam sp: nisi fuerit corpus regis, episcopi, comitis, vel baronis Quotidie ante diem sepulture pro corpore presenti cuiuscunque fuerit dicitur ista oratio. Oratio.

DEus cui propriū est misereri semper ꝛ parcere: te supplices deprecamur: pro aīa famuli tui quā hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt nō tradas eā in manꝰ inimici nec obliuiscaris in finē: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi, atqꝫ ad regionē viuorum perduci: et quia in te sperauit et credidit: sanctorum tuorum mereatur societate letari. Per. Pro corpore p̄senti et in anniuer. et trigin. episcoporū: et in die animarum tantum.

Epistola. i. Ad thessalo. iiii.

FRatres: Nolumus vos ignorare de dormientibus vt non cōtristemini: sicut et ceteri q̄ spē nō habent. Si enim credimus q Jesus mortuꝰ est ꝛ resurrexit: ita ꝛ deus eos q̄ dormierūt per iesum adducet cū eo. Hoc enim vobis dicimꝰ in verbo dn̄i: quia nos qui viuimꝰ q̄ residui sumus in aduētu dn̄i non preueniemꝰ eos qui dormierūt. Quoniā ipse dominus in iussu, ꝛ in voce archangeli et in tuba dei descēdet de celo, ꝛ mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera, et sic semper cum domino erimus. Itaqꝫ consolamini inuicem in verbis istis. In anniuer. trigin. aliorꝫ quorūlꝫ. ii. Mach. xii.

IN diebꝰ illis. Uir fortissimꝰ iudas collatiōe facta duodecim milia dragmas argēti misit ierosolymā offerri ea ibi pro peccatis mortuorū: iuste ꝛ religiose de resurrectiōe cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluū videretur ꝛ vanū orare pro mortuis. Et quia considerabat q hi qui cū pietate dormitionem acceperant: optimā haberent repositam gratiā. Sancta ergo et salubris est cogitatio p defūctis exorare: vt a peccatis saluantur. Re. due sequ.

epistole legãtur per totum annum ad missam quotidianam pro defũctis alternis vicibus per ebdo. Lectio libri apocalipsis beati Johannis apostoli.xiiii.

In diebus illis. Audiui vocem de celo dicentem mihi. Scribe. Beati mortui q̃ in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus vt requiescãt a laboribꝰ suis. Opera enim illorum sequuntur illos.

Primo ad corinthios.decimo quinto

Fratres. Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium quoniam quidẽ per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorũ. Et sicut in adam õnes moriũtur:ita et in christo omnes viuificabuntur. Unusquisqꝫ autem in suo ordine. In oibus missis pro defunctis epis semp dr. Gr. Si ambulem in medio vmbre mortis non timebo mala quoniam tu mecum es domine. ℣. Uirga tua et baculꝰ tuus ipsa me consolata sunt. Et idem grad. semper incipiatur et suus. ℣. percantetur a tribus clericis de secunda forma habitu nõ mutato ad caput defũcti si adest:sin autem ad gradum chori. In omnibus aliis missis pro defunctis dicitur grad. Requiem eternã dona eis domine et lux perpetua luceat eis. ℣. Anime eorum in bonis demorentur: et semen eorum hereditet terram. ita q̃ idẽ grad. incipiat et suus. ℣. percantetur a tribus cl'icis de secũda forma habitu non mutato quandocũqꝫ corpus adest ad caput defuncti tm̃, sin autẽ ad gradũ chori et in die aiarũ i pulpito. Aliud illud idẽ gr. Requiẽ eternã. ℣. Anime eorũ in bo. Quotienscũqꝫ cãtãtur in anniuer. et triginta. et in missis sek. pro defunctis post eorũ inceptionẽ a toto choro inter l' sedẽte absqꝫ neuma in fine percantetur. Quandocũqꝫ corpus adest, et in omnibus missis pro defũctis dicatur trac. Sicut ceruꝰ. ibidẽ vbi gr. a quatuor clericis de superiori gradu habitu nõ mutato nequaq̃ vt in al'. tractibꝰ alternatĩ sedẽtibus :sed interim cõtinue stantibus ad caput corporis quod p̃ns fuerit, vl' epi defuncti si adest :sin aũt ad gradũ cho. quousqꝫ finierit ipsum trac. itaqꝫ oẽs illi quattuor cl'ici sil' primũ ℣. incipiant: quẽ duo ex parte chori principalis p̃sequãt. Sequẽs ℣. ab aliis duobus ex altera parte canteñ et sic alternis vicibus singuli ℣. totiꝰ tr. ab illis quatuor dñr choro simul interim sedẽte:ita quidem vt omnes simul ipm tractum terminent. Tractꝰ

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deum viuum:quando veniam et apparebo ante faciẽ dei mei. ℣. Fuerũt mihi lachryme mee panes die ac nocte dũ dicitur mihi p singulos dies vbi est deꝰ tuꝰ. In anniuer. et trigin. et in oibus aliis missis p defunctis dr seq̃ns trac. a toto cho. alternatĩ sil' interim sedẽte cũ cãtu in gradali sup hoc notato nisi in die aiar tm̃ tunc enim dr cũ eodẽ cantu quo in do. lxx. a quattuor clericis de supiori gradu habitu

non muta. ad gradū cho. supradicto mō sez quo tract⁹ Sicut e er. Trac

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tue intendentes in orationem serui tui. ℣ Si iniquitates obseruaueris dn̄e: domine quis sustinebit. ℣ Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te domine. Pro corpore presenti & in omnibus anniuersa. & triginta. episcoporum & in die animarum similiter in dominica et secunda feria quando dicitur missa ferialiter in capitulo vel alibi dicitur hoc euangelium. Scd̄m Iho. xi

In illo tpe. Dixit martha ad iesum. Dn̄e si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia quecunq; poposceris a deo, dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiāsi mortuus fuerit viuet: & ois qui viuit et credit in me, nō morietur in eternū. Credis hoc? Ait illi Utiq; dn̄e. Ego credidi quia tu es christus filius dei viui qui in hūc mūdū venisti. Offer. Domine iesu christe rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni & de profundo lacu libera eas de ore leonis: ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscura tenebrarū loca, sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam. Quam olim abrahe promisisti & semini eius.

Nota quod si corpus affuit in omnibus anniuersari. et triginta. post ablationem manuum incipiat sacerdos iunctis manibus in medio altaris hoc modo. Hostias & preces tibi domine offerimus. Chor⁹. Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus fac eas domine de morte transire ad vitam Sacerdos priuatim dicat In spiritu humilitatis. more solito. Deinde dicat similiter priuatim Orate fratres et sorores pro fidelibus defūctis. Et chorus respondeat cantando. ℣. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis Quam olim abrahe promisisti et semini eius. In omnibus vero aliis missis pro defunctis que ferialiter dicuntur: nec quando vltimo ante pasch. completur officium mortuorum: nec in die animarum dicitur. In die animarum tātum. Offerto O pie deus, qui primum hominem ad eternam gloriam reuocasti, pastor bone qui ouem perditam pio humero ad ouile reportasti, iuste iudex dum veneris iudicare libera de morte animas eorum quas redemisti, ne tradas bestiis aīas cōfitētes tibi, ne derelinquas eas in fine Ante diem sepulture. Secreta.

Suscipe quesumus domine misericors pater oblationem quam tibi offerim⁹ pro aīa famuli tui N. quam hodie de carnali corruptione liberasti & concede: vt ab omnibus humane conditionis excessibus his remediis expietur, et in requiē sempiterna diē resurrectionis prestole

tur. Per do. In oibus missis p cor poze presenti et in oibus anniuer. & triginta. & in die animarum: et qn ultimo fit serui. mozt. ante pascha dz hec Communio Pro quozu memozia cozpus christi sumitur dona eis domine requiem sempiternam. V. Et lux perpetua luceat eis. Pro quozum memozia sāguis christi sumitur: dona eis domine requiē sempiternam. In omnibus aliis missis pro defunctis dz hec Communio. Lux eterna luceat eis domine cum sanctis tuis in eternū quia pi9 es.

Ante diē sepulture. Post cōmunio.

Presta quesum9 omnipotens deus: ut animam famuli tui ab angelis lucis susceptā: in prepa rata habitacula deduci facias bea tozum. Per dominum nostrum.

¶ Nota q in anniuer. simplicis cu iuscūq canonici. vl cuiuscunq alte rius dicantur orationes que in an niuer. epozum. Epistola. Uir fortis sim9 iudas. Gr. Requiem eternā. V. Anime eozum. a toto chozo dicit. Tr. De profundis. similiter a toto chozo cātetur: euāgelium pro prout supra in fe. prenotatur. ¶ Nota etiā quod qn dz mis. mozt. ferialiter grad. per cantozem inchoetur et a toto chozo interim sedente cū suo. V. absq neuma percantetur: sicr et tr. De profūdis. cum cātu abbreuiato. Et sciēdū est: q hec missa que ferialiter in cap. dz pro fidelibus defunctis: generaliter habet dici etiā āte pascha qdo cōpletur officium moztuozum: ac etiam in die animarum

¶ In die sepulture cuiuscunq cor pus sit dicitur. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus misericordiam tuam suppliciter deprecamur ut animam famuli tui cuius cozpoze debitum sepulture officium persoluimus: in sinu abrahe patriarche tui iubeas collocari ut cum dies agnitionis tue aduenerit inter sanctos et electos tuos eum resuscitari precipias. Per dominum nostrum. Secreta.

Suscipe domine pro anima famuli tui hostiam quā tu deo patri obtulisti pro nobis benigne: et quia causa hominum descēdisti de celis: te redeunte sanctozum tuozum mereatur adiungi consortiis Per te saluatoz mundi. Qui viuis et regnas. Post communio.

Presta quesumus domine ut ania famuli tui cui hodie officia humanitatis exhibemus his sacrificiis expiata, salutari tue perpetuo munere gratuletur. Per dominum nostrum. ¶ In die trigints. Oratio.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere propiciare anime famuli tui, & omnia eius peccata dimitte: ut mortis vinculis absolutus transire mereatur ad vitam. Per dominum no. Secreta.

Intuere quesumus oīpotens eterne deus: et placatus suscipere dignare hoc sacrificiū quod tibi offerimus pro aīa famuli tui et concede illi pacem perpetuam et requiem sempiternā. Per. Post cōio.

PRosit quesumus dñe anime famuli tui diuini celebratio sacramenti: vt eius in quo sperauit et credidit, eternum capiat te miserante consortium. Per dominum.

In anniuersariis. Oratio.

DEus indulgentiarum dñe, da anime famuli tui cuius anniuersarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem: quietis beatitudinem luminis claritatem. Per dominum. Secreta.

Propiciare quesumus dñe supplicatiõib⁹ nostris pro aia famuli tui cuius hodie annua dies agitur pro qua tibi offerimus sacrificium laudis, vt ea sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per dominum nostrum. Post communio.

Presta quesumus domine vt anima famuli tui, cuius anniuersarium depositionis diem recolimus: his purgata sacrificiis indulgentiam pariter et requiem capiat sempiternam. Per dominum nostrum

Pro episcopis. Oratio.

DEus q̄ inter apl̃icos sacerdotes famulos tuos põtificali fecisti dignitate cẽleri presta q̄s vt quorum virẽ ad horã gerebãt in terris: eorum perpetuo consortio letentur in celis. Per dñm. Secreta

OFferimus tibi domine oblationem seruitutis pro animab⁹ famulorum tuorum pontificum supplicantes: vt cum presulibus apostolice dignitatis quorum sunt executi officium habere mereantur sẽpiterne beatitudinis portionem. Per dominum nostrum. Post cõio.

PRoficiat dñe quesumus animabus famulorũ tuorũ pontificum diuini celebratio mysterii, vt quos in terris positos, hui⁹ muneris dispensatores esse fecisti, inter electos antistites eos iubeas cõnumerari. Per dominum nostrũ.

Pro fratribus & sororibus. Orõ

DEus venie largitor & humane salutis auctor q̄s clemenciam tuã, vt nostrarum congregationum fratres & sorores qui ex hoc seculo transierunt intercedente beata maria semper virgine, et beato michaele archangelo cum omnibus sanctis, ad perpetue beatitudinis cõsortium peruenire concedas. Per dominum nostrum. Secreta.

DEus cuius mie nõ est numerus: suscipe ꝓpicius preces humilitatis nostre, et aiabus fratrũ et sororum nostrarũ congregationum, quibus tui nois dedisti cõfessionem: per hec sacramenta salutis nostre cunctorũ remissionem tribue peccatorum. Per dominum nostrũ iesus christum. Post communio.

PResta q̄s oĩpotens & misericors de⁹: vt aie fratrũ et sororũ nostrarum cõgregationum pro quibus hoc sacrificiũ laudis tue obtulim⁹ maiestati: per huius sacramẽti virtutem a peccatis omnibus expiate lucis perpetue te miserante recipiant beatitudinẽ. Per dñm.

Pro benefactoribus. Oratio.

OMnipotẽs & misericors deus vnica sal⁹ mortaliũ, te supplices exoramus pro animabus famulorum famularumq; tuarum, parentũ

et benefactorum nostrorum: et interueniēte beata dei genitrice maria: cū oibus sanctis tuis peccatorum eis largiri digneris indulgentiā: et in nouissimo die beate resurrectionis leticiam. Per eundem. Secreta.

S Anctifica q̄s dn̄e hec fidelium oim vitalia sacramenta et presta: vt per ea iteruenīete beata dei genitrice maria cū oibus sanctis tuis hoc ipsum p̄ficiat aiabus famulorum famularumq̄ tuarum parentum et benefactorum nostrorum ab omnibus vicijs expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eundem. Post communio.

O Iuificet nos quesum⁹ dn̄e salutare quo pasti sumus sacramentum: et interueniente beata dei genitrice maria omnibus sanctis tuis concede vt hoc ipsum p̄ficiat aiabus famulorū famularū q̄ tuarum, parētū et bn̄factorū nrorū ad p̄merēdā p̄piciationis tue gratiā, et p̄cipiendā future resurrectionis gloriam sempiternam. Per eū.

Pro oib⁹ fidelib⁹ defunctis. Offi.

F Idelium deus oim conditor et redemptor animabus omnium fidelium defūctorum remissionem cunctorū tribue peccatorum: vt indulgentiā quam semper optauerunt: pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis. Secreta.

H ostias quesumus domine quas tibi pro animabus omnium fidelium defunctorum offerimus p̄piciatus intende: vt quibus fidei christiane meritum contulisti dones et premium. Per dominum. Postcōic.

A Nimabus quesumus domine omnium fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantium: vt eas et a peccatis oibus exuas: et tue redemptionis facias esse participes. Qui cum deo patre in vnitate spiritus sancti. Per.

Vnius apostoli. Officium



M Ihi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. In tempore paschali. Alleluya. Ps. Domine probasti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionē meam. Oro.

E Xaudi domine populum tuum cum sancti apostoli tui. N. patrocinio supplicantem: vt tuo semper auxilio munitus: secura tibi possit deuotione seruire. Per dominū nr̄m iesum christum. Ad ephesios.

F ratres. Jam non estis hospites et aduene; sed estis ciues sanctorum et domestici dei super edificati super fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu. In quo omnis edificatio constructa; crescit in templum sanctum in domino. In quo et vos coedificamini in tabernaculum dei in spiritu sancto. Grad. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos et super arenā multiplicabuntur. Sequentia.

C Lare sanctorū senatus apostolorum, princeps orbis terrarum rectoresq̄ regnorum. Ecclesia-

rum mores et vita moderare. Qui per doctrinā tuā fideles sunt vbiqȝ Antiochus et tenus cōcedunt tibi petre regni solium. Tyrānidem tu paule alexandrinā inualisti grecia Ethiopes horridos mathee agnelli vellere, Qui maculas nesciat aliquas vestisti cādido. Thoma, Bartholemee, Johānes, philippe, Symō, Jacobiqȝ paruli, andrea thadee dei, Bellatores incliti. Et vos oriens et occidēs. Jmmo teres mūdi circulus, Se patres habere gaudent et expectāt iudices. Et idcirco oīs mundus laudes vobis et honorem sanctis debitū supplex impendit. Infra septuagesimā. Tractus.

B Eatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semē eius generatio rectorum benedicetur. ℣. Gl'ia et diuitie in domo eius et iusticia ei⁹ manet in seculū seculi.

¶ Secundum Johannem. xv.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Hec mando vobis vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: scitote quia me priorē vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis: sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quē ego dixi vobis: non est seruus maior dn̄o suo. Si me persecuti sūt: et vos persequentur. Si sermonē meum seruauerunt: et vestrum seruabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomē meum: quia nesciunt eū qui misit me. Si nō venissem et locutus fuissem eis peccatū non haberent. Nunc autē excusationē non habent de peccato suo. Qui me odit: et patrem meum odit. Si opera nō fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt et oderunt et me et patrem meū. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. Offer. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. In tempore paschali All'a. Secreta.

B Eati apostoli tui N. domine solēnia recensentes quesumus: vt eius auxilio tua beneficia capiam⁹ p quo tibi hostias laudis offerimus. Per. Prefa. Et te dn̄e. Cōio. Vos q̄ secuti estis me: sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. In tempore paschali Alleluya alleluya

Post communio.

P Rotege nos misericors deus p hec sācta que sumpsimus et beati apostoli tui N. cui⁹ natalicia celebram⁹ semper guberna presidiis. Per dominum nostrum.

¶ In natali vnius martyris. Offi.

L Etabitur iustus in dn̄o et sperabit in eo et laudabūtur oēs recti corde. In tp. pasc. all'a all'a. ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

A Desto dn̄e supplicationibus nr̄is: et intercessione beati. N. martyris tui perpetuā nobis miam

benignus impende. Per. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xiiii. et. xv.

Beatus vir qui in sapientia morabitur: et qui in iusticia meditabitur, et in sensu cogitabit circumspectionem dei. Cibauit illum pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potauit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur: et continebit illum, et non confundetur, et exaltabit illum apud proximos suos. Et nose eterno hereditabit illum dñs deus noster. Gr. Posuisti dñe sup caput eius coronã de lapide pcioso. V. Desideriũ aie ei⁹ tribuisti ei: et voluptate labiorum eius non fraudasti eũ. Alleluia. V. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide precioso. Sequentia

Organicis canamus modulis solemnia. Omnigenis domino vocibis reddentes odas debitas. Qui in suis sanctis mirabilis nimis multiplici virtutũ flore eosdẽ decorat ac mirifice adornat. Nã et in ipsis quasi in quibusdã musicis instrumentis digito proprio fides agitat fides virtutũ sonora has numerose percurrens sigulas. Permiscet singulis diatesserõ mellifluam melodiam. Qui generat virtutum mater illa. Que aliis decenter composita reddit suauẽ simphoniã Qua sine cuncta fiũt dissona. Nec non friuola. Qua cum oĩa. Fiunt consona. Nec non vtilia. Qua iusti bene. Morati rite. Petentes excelsa poli sidera. Alacres decantãt noua cantica in cithera traicia. Quorum agentes festa cõsortia mereamur in celesti patria. Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. V. Quoniã preuenisti eum in benedictione dulcedinis. V. Posuisti super caput eius coronã de lapide precioso.

Secundum iohannem. xii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amẽ dico vobis nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solũ manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eã. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitã eternã custodit eam. Si quis mihi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus: qui est in celis. Offerto. In veritate tua domine letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: Desideriũ anime ei⁹ tribuisti ei. In tpe paschali. alla alla. Secreta

Presentia munera dñe quesum⁹ serena pietate intuere: vt sancti spiritus perfundantur benedictione, quatenus illã validius in nostris cordibus dilectionẽ infundat, per quã sanctus N. martyr tuus oĩa corporis tormenta deuicit. Per eiusdẽ. Cõio. Qui vult venire post me abneget semetipsũ et tollat crucem suam et sequat me. Post cõio.

Quos refecisti dñe celesti misterio ab oibus q̃s propiciat⁹ absolue delictis: vt intercedẽte btõ. N. martire tuo diuino mu-

vere purificatis mētib⁹ pfruamur Per. ¶ Missa plimoꝝ mar. Offim.

Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum redde vicinis nostris centuplū i sinu eorum, vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatē tuam: polluerunt templum sanctū tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus da nobis scōꝝ martirū tuorū. N. et. N. ita digne merita venerari: quatenus ab instātibus liberemur periculis: et digni efficiamur gaudiis sēpiternis. Per. Ad hebre. xi.

Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt iusticiam adepti sūt repromissiones. Obturauerūt ora leonū, extinxerunt impetum ignis: effugarunt aciē gladii conualuerūt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii vero distēti sunt non suscipientes redemptionem: vt meliorem inuenirent resurrectionē. Alii vero ludibria et verbera experti insuper et vincula et carceres. Lapidati sunt: secti sunt: tentati sunt: in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis: et in pellibus caprinis. Egentes, angustiati afflicti: qbus dignus nō erat mundus. In solitudinibus errātes et in montibus et speluncis et in cauernis terre. Et hi ōnes testimonio fidei probati inuenti sunt. In christo iesu domino nostro. Gr. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicum. Alleluya. ℣. Sancti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent alleluya.

Sequentia.

Ecce pulchra canorum resonet voce alleluya. Intimans regem ciuibus inclytam. Felicia nimium angelorum rutilant agmina. Sācte scte scte christo ouanter proclamātia. Sublimi in cathedra apostolorum sede fulgida lāpada tribus et liguas iudicātia. Omnia vt stercora reputarunt tumida propter hec emicant velut stella firmamenti clara. Stolis candidis martirum colla. Hi sūt milites q̄ mundi preliarunt bella. Coronis albis coronātur sancti. Qui confitētes crediderūt iuste vel fide certantes. Respuerūt vana. Modo habent celestia regna. In qua triumphāt dicētes optime. Siue decātant psallentes carmina. Arte laudiflua. Uoce dulcissona. Regi christo submittentes colla. Multū recitaris laude spirituū. Atq̄ iubilaris in choro virginum. Alleluya. Dulcimoda. Te decantant pudicū agmina. Laus tibi sit christe semp per omnia. Qui opitularis cantantes talia. Uoce pulchra. Alleluia. Et nos ipsi: proclamemus vna. Da nobis eterna regna florida. Ubi cātemus omnes alleluia.

Secundum Lucam. vi.

In illo tempore. Eleuatis iesus oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes: q2 vestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: q2 ridebitis. Beati eritis cu vos oderint homines: et cu separauerint vos et exprobrauerint et eiecerint nome vestrum tanq malum propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce eni merces vestra multa est in celo. Offr Mirabilis deus in sactis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus. Alleluya. Secreta

Suscipe quesum⁹ domine munera populi tui pro festiuitate sanctorum martyrum tuorum N. et N. et sincero corde nos fac eorum natalicijs interesse. Per dominum. Communio Gaudete iusti in domino, all'a: rectos decet collaudatio, alleluya. post comunio.

Sacramentorum tuorum domine participatione letátes suppliciter exoramus: vt quoru merita celebrare cõdonas: eorum nos facias imitari constanciam. Per.

De quocuq3 cõfessore. Officium.



Os iusti meditabitur sapientiá: et lingua eius loquetur iudicium: lex dei ius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignátibus: neq3 zelaueris facietes iniquitatem. Gloria patri. Oratio.

Adesto domine precibus nostris quas in sancti N. confessoris tui solemnitate deferimus: vt qui nostre iusticie fiduciam nõ habemus: eius qui tibi placuit meritis et precibus adiuuemur. Per. Epistola. Lectio libri sapientie.

Iustum deduxit dominus per vias rectas: et ostedit illi regnum dei, et dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus: et cõpleuit labores illius. In fraude circuuenientium illi affuit: et honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis et a seductoribus tutauit illu: et certamen forte dedit illi vt vinceret et sciret quoniá omnium potetior est sapietia. Hec venditum iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eu. Descenditq3 cum illo in foueam: et in vinculis non dereliquit illu donec afferret illi sceptru regni: et potentiam aduersus eos qui eum deprimebát. Et mendaces ostendit qui maculauerũt illum: et dedit illi claritatem eterná: dominus deus noster. Gr. Os iusti meditabitur sapientiá: et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius et non supplantabuntur gressus eius. Alle V. Posui adiutoriu sup potente, et exaltaui electu de plebe mea. Sequ.

Adest nobis dies alma et magno gaudio plena. In qua sancta deo grata congaudet ecclesia. Hodie celestis letatur turma: que gloriam cantat in excellis voce dulcissona cum simphonia. Hodie polorum sancta agmina collaudant rege deum nostru natum virgine sancta maria. Aue inclyte plu

N. flos pulcherrime. Tu vestigia christi secut⁹ es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Jam gratularis in domo superna possidens sedes almas. Te postulamus et poscimus vna. Adiuuent tua sancta suffragia fragilem vitam nostram. O beate. O sancte. N. Laus tibi in gloria. O beate. O sancte N pro nobis supplica. Ut vna mereamur sancta celorum templa, Possidere leti cernẽtes alma gaudia que sunt plena. Sit deo laus, honor, et iubilatio casta. Qui regnat per omnia seculorum secula Amen dicant omnia. Tractus.

DEsiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in benedictione dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso.

Secundum Matheum. xiii.

IN illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. Uidete vigilate et orate. Nescitis enim quãdo tempus sit. Sicut homo qui peregre ꝓfectus reliquit domũ suã: et dedit seruis suis potestatem cuiusꝗ operis: et ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo. Nescitis eni quãdo dñs domus veniat: sero, an media nocte, an gallicantu, an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico: omnibus dico, vigilate. Offer. Desideriũ anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. In tempore pascha. alla. Secreta.

SUscipe domine sacrificium placationis et laudis quod nos interueniente beato N. confessore tuo perducat ad veniam: et in perpetuam gratiam constituat actionem. Per dominum nostrum iesum christum. ₰c. Communio. Fidelis seruus et prudens: quem constituit dominus super familiam suã vt det illis in tempore tritici mensurã. In tempore paschali. Alleluya. Alleluya. Post communio.

PResta quesumus omnipotens deus: vt cuius festiuitate votiua sunt sacramenta: eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecũ viuit et regnat in vnitate spũssãcti deus. Per oĩa secula sclorũ. Amen.

¶ Missa de sancto rocho. officium.

COngratulamini omnes in domino diem beati rochi commemorantes: in cuius commemoratione letatur ecclesia, plebs exultat et angeli dulcia dant melodia dicentes: gloria tibi domine: qui talẽ virum in confessorem elegisti. ps. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini. Gloria. Oratio

DEus qui es gloriosus ĩ gloria sanctorum: et cunctis ad eorum patrocinia cõfugientibus, sue petitionis salutarem prestas effectum: concede plebi tue, vt intercedente beato rocho confessore tuo que in eius celebritate se deuota ex

hibet: a languoꝛe epydimie, quā in suo corpoꝛe pro tui nominis gloꝛia passus est sit liberata: et tuo nomini sēper sit deuota. Per. Ad Tytum. ii.

Carissime. Memoꝛ esto dn̄m iesum chꝛistum surrexisse a moꝛtuis ex semine dauid secundum euāgelium meū in quo laboꝛo vsq; ad vincula, quasi male operās, sed verbū dei nō est alligatū. Ideo omnia sustineo ꝓpter electos: vt ⁊ ipsi salutem consequantur, que est cum chꝛisto iesu in gloꝛia celesti. Tu aūt assecutus es meam doctrinam: institutionē, pꝛopositum, fidē, longanimitatem, dilectionē, patientiam, persecutiōes, passiones: qualia mihi facta sunt antiochie, iconio, listris, quales persecutiōes sustinui et ex omnib⁹ me eripuit dn̄s: ⁊ omnes qui pie volunt viuere in chꝛisto iesu persecutionem patientur. Gr. Tibi pio sācto rocho honoꝛ sit et gl͠ia: te depꝛecantes apud celeste numē tuis pꝛecibus: a moꝛbo epidimie, saluos nos redde. V. Fac quesumus beate confessoꝛ chꝛisti vt apud deum pꝛeces nostre non sint vane: et nobis aeris temperiē cōcede, vt in fine te cū i celis cōgratulemur. Alla. V⁹. O beate cōfessoꝛ roche, q̄ magna apud deū sūt merita tua: quibus credimus nos a moꝛbo epydimie posse liberari: et aeris temperiem cōcedi. Alla. Euan. Uidete vigilate in missa de quocunq; confessoꝛe. Offꝛ. Te beatum rochū chꝛisti confessoꝛē exoratū facim⁹ ⁊ pꝛeces ad te patrē nostrū dirigim⁹, vt tua intercessione a languoꝛibus epydimie saluemur: ⁊ aeris temperiē potiamur. Secreta.

Parce nobis dn̄e ⁊ flagella ire tue que pctā nostra merētur pꝛecib⁹ et meritis beatissimi cōfessoꝛis tui rochi a nobis misericoꝛditer auerte. Per. Pꝛefatio. Eterne de⁹. Qui imminentem niniuitis interitum sola misericoꝛdia reuocasti: quib⁹ vt pꝛopugnatoꝛ existeres in oꝛationis penitētia pꝛestitisti: ⁊ huic populo tuo ante conspectū gloꝛie tue pꝛostrato oꝛandi tribue puritatem: ⁊ quē desiderat pꝛesta liberationis effectū, vt quos vnigeniti tui pꝛecioso sanguine redemisti non patiaris misericoꝛdia tua moꝛtalitatis interire supplicio. Per chꝛistum dominū nostrū. Per quē ma. Cōm. O q̄ magnificū est nomē tuū beate roche: qui tuis intercessionib⁹ multitudinē languētiū nosti sanare: et nomē tuū gloꝛiosum cōmemoꝛationib⁹ oībus te ꝓpiciū exibere: veni ⁊ salua nos a moꝛbo epydimie ⁊ aeris tēperiē nobis concede. Post cōm.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui celestia sacramenta percipimus: intercedente beato rocho confessoꝛe tuo, per hec contra omnia aduersa muniamur: et ab omni moꝛbo et peste: ac subitanea moꝛte liberemur. Per dominū nostrum iesum Chꝛistum.

In natali vnius virginis et martyꝛis. Ad missam. Officium.



Loquebar de testimoniis tuis in cōspectu regū ⁊ nō cōfundebar: ⁊ meditabar in mādatis tuis q̄ dilexi nimis.

ps. Beati immaculati in via: q ambulant in lege domini. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate N. virginis et martyris tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotiõis erudiamur affectu. Per dominum nostrum.

Lectio libri sapientie. Ecclesie. li.

Domine deus meus exaltasti super terrã habitationem meã: et pro morte de fluenti deprecata sum. Jnuocaui dominum patrem dñi mei vt nõ derelinquat me in die tribulationis mee, & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue: et collaudabo illud in confessione, et exaudita est oĩo mea. Liberasti me de pditione: & eripuisti me de tẽpore iniquo. Propterea cõfitebor & laudẽ dicã noi tuo dñe deus meus. Gr. Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ. v. Propterea vnxit te de⁹ deus tu⁹ oleo leticie. Alla. v. Emulor enim vos dei emulatione: despõdi vos vni viro virginẽ castã exibere christo. Sequ.

Virginis venerande de numero sapientum festa colimus socii. Filie matris superni regis sacrosancte marie. Quam sibi in sororem dei adoptauit filius. Hec corpus suum domuit freno ieiunii. Et luxuriam secuit ense agonie. Hec cõtra cũctos hostis dimicauit impetus. Et hostem cruẽtum freta christi dextra strauerat Hec sponsum ab aula sese inuisentẽ alacris. Corde iocundo secuta eius est ingressa thalamũ. Tu nunc iam dulcib⁹ plena deliciis. Christo miserias nostras suggerita nobis consolationẽ precando. Tract.

Diffusa est gratia in labiis tuis ppterea benedixit te deus in eternum. v. Specie tua & pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. v. Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. v. Audi filia et vide et inclina aurẽ tuam, quia concupiuit rex speciẽ tuã

Secundum Matheum. xiii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit et pre gaudio illius vadit et vẽdit vniuersa que habet et emit agrũ illũ. Jterum simile est regnum celorũ homini negociatori querẽti bonas margaritas. Jnuenta autẽ vna preciosa margarita abiit et vendidit omnia que habuit: et emit eã. Jterũ simile est regnũ celorũ sagene misse in mare: & ex omni genere pisciũ congreganti. Quã cũ impleta esset: educentes et secus littus sedentes, elegerũt bonos in vasa sua, malos autẽ foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi: Exibũt angeli & separabũt malos de medio iustorum: & mittẽt eos icaminũ ignis, Jbi erit fletus & stridor dentium. Jntellexistis hec oĩa. Dicũt ei. Etiam. Ait illis. Jdeo omnis scriba doct⁹ i regno celorum similis est homini patri familias: q profert de thesauro suo noua et vetera. Off. Filie regũ i honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu

aurato circũdata varietate. Secre

Hostias domine quas tibi offerimus propicius respice et intercedēte beata N. virgine ꝛ martyre tua, vincula peccatorũ nostrorum absolue. Per Cõmunio. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in eternum.

In tempore paschali. Allelupa alleluya. Post communio.

Placeant tibi quesumus misericors deus nostre seruitutis obsequia: vt mysteria sacro sancta que sumpsimus intercedente beata N. virgine tua et martyre ꝛ tuã gratiam nobis conciliient: et eterne felicitatis gaudiũ subministrēt. Per dominũ nostrũ iesum christũ filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus Per omnia secula seculorũ. Amen.

Missa de nomine iesu. Officium.

In nomine iesu omne genu flectatur celestiũ terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur qꝛ dominus noster Jesus christus in gloria est dei pris. ps. Laudate dominum quia bonus dominus, psallite nomini eius quoniam suaue est. Oratio.

Deus qui gloriosissimum nomen domini nostri Jesu Christi vnigeniti filiĩ tui fecisti fidelibus tuis summo suauitatis affectu amabile: et in malignis spiritib⁹ tremendũ atqꝫ terribile concede propicius: vt omnes qui hoc nomen iesus deuote venerātur in terris sancte consolationis dulcedinē in presenti pcipiāt, ꝛ in futuro gaudiũ exultationis ꝛ interminabilis iubilationis obtineāt. Per eundem dñm nostrũ iesum christum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Petrus impletus spiritu sancto dixit: Principes populi ꝛ seniores audite Si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi: in quo iste saluus factus est. Notum sit omnibus vobis ꝛ omni plebi israel: quia in nomine dñi nostri iesu christi nazareni quem vos crucifixistis, quē deus suscitauit a mortuis: in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis qui reprobatus est a vobis edificātibus: qui factus est in caput anguli. Et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Gr. Constituit deus pater ad dexterã suam iesum christum i celestibus super omnem potestatem, pricipatum, et virtutem. et dominationem, ꝛ sup omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed etiam in futuro et omnia subiecit sub pedibus eius. V. Adiuua nos deus salutaris noster ꝛ propter gloriam nominis tui domine libera nos et propitius esto peccatis nostris propter nomē tuum. Alleluya. V. Dulce cordi nomē iesu melos auri, mel in ore, cor bertet in iubilum, ꝛ fugat mundi sī

uium. Secundum Alleluya. in co me. in tempore paschali. Alleluya. ℣. Surgens iesus dominus noster stetit in medio discipulorum suorū et dixit pax vobis. In commemoratione a septuagesima: vsque ad pascha dicitur sequens Tractus.

Dulce nomē iesu christi: felix nomen ferēs tristi: iocundās mentem iubilo. ℣. Tollit luctum affert fructum: et obductum et seductum, purgat cor a nubilo ℣. Nominatum inuocatum: honoratum predicatum, semper sonat dulciter. ℣. Tā peccatum q̄ reatum, condonatum expurgatum reddit mulcēs leniter. ℣. Hostes ferit mores serit: mala terit graues gerit plenum est presidium. ℣. Nos defendit, nos accendit, nos intendit et extendit, hoc nomen in gaudium. Sequentia

Dulcis iesus nazarenus iudeorum rex amen⁹ pius pulcher floridus. Pro salute sue gentis subit mortem cum tormentis factus pallens liuidus. Dulce nomē et cognomen hoc transcendens est prenomē omnibus nominibus. Mulcet reos sanat eos fouet reos munit eos seruans ab insultibus. Huius regis sub vexillo statu degis in tranquillo hostes tui fugiunt. Nomen eius meditatum belli fugat apparatum hostes victi fugiunt. Hoc nomen est recolendū quod sic semp est tremendum malignis spiritibus. Hoc est nomen salutare et solamen singulare quod succurrit tristibus. Hoc nos decet honorare archa cordis inserare cogitare peramare amore sed heroico. Ignacius hoc docuit illud passus insonuit cor eius scissum patuit inscriptum Jesu celico. Et quid maiori cupimus q̄ qd iesus sit intimus qui est preamātissimus et querit nos amare et Amat feruentissime amat constantissime, amat fidelissime et suos vult iuuare, Nomē suū fecit tale vt sit cūctis cordiale capitale principale dilectū ex intimis. Habent hoc nature iura vt amantē tota cura reamem⁹ placitura prestantes ex animis. Jesu nomen omne bonum tenet dulcem facit sonū promeretur regni thronum auditum letificat. In hoc lucet splendor patris in hoc patet decor matris, in hoc fulget honor fratris, hoc fratres magnificat. Caput iesu cor mens manus vulnus liuor sanguis planus: pedes corpus vigor sanus parantur hominibus. Hec torquēs passa dura his iesu ira et natura reparātur pia cura, purgatus criminibus. Ergo si quis velit scire quare nomē iesu mire facit bonos concupire sui inherentiam.

Jesus pulcher in decore sūme bonus in valore mitis lenis cum dulcore pronus ad clemētiam. Jesus est rex generosus iesus forma speciosus iesus lingua gratiosus et mirandus opere. Jesus fortis animosus iesus pugil vigorosus iesus donis copiosus, et gaudet tribuere. Jesus pie viscerosus iesus ductor luminosus iesus est deliciosus et sapit dulcissime. Jesus fama glorios⁹ iesus cunctis fructuos⁹ ies⁹ tot⁹ virtuos⁹, fouet suos optime. Sūmus

potens in rigore: summus celsus in honore, summus gratus in amore omnem laudem obtinet. Insciendo summe sapit ambiendo cuncta capit diligendo corda rapit et illata detinet. Eia nomen nobis gratum dulcis iesus appellatum sit in corde sic firmatum ut non possit erui. ℣. Hoc reatum peccatorum tollat prestet iubilorum odas, sede beatorum donet nobis perfrui. Tractus.

Dulce nomen iesu christi, felix omen ferens tristi: iocundans mentem iubilo. ℣. Tollit luctum affert fructum, et obductum et seductum: purgat cor a nubilo ℣. Nominatum inuocatum honoratũ predicatum semper sonat dulciter. ℣. Tam peccatũ quam reatum condonatũ expurgatũ: reddit mulcens leniter. ℣. Hostes ferit mores serit: mala terit: granes gerit plenũ est presidiũ. ℣. Nos defendit nos accendit, nos intendit et extendit hoc nomen in gaudium. Euangeliũ Secũdũ matheum. i.

In illo tpe Angel⁹ dñi apparuit in somnis ioseph dicens Joseph fili dauid noli timere accipere mariã coniugem tuam. Qđ enim in ea natũ est: de spiritu sctõ est. Pariet autẽ filiũ et vocabis nomẽ ei⁹ iesũ. Ipse enim saluũ faciet populũ suum a peccatis eorum. Hoc autẽ totũ factum est: ut adimpleretur qđ dictum est a dño per prophetam dicentem. Ecce virgo concipiet in utero et pariet filiũ: et vocabit nomẽ ei⁹ emanuel: quod interpretat nobiscum deus. Credo. Offer. In noĩe meo demonia eiicient: linguis loquent no uis: serpẽtes tollent, et si mortiferũ quid biberit non eis nocebit: super egros man⁹ imponẽt et bene habebunt alla. Secreta.

In veneratione nominis dilectissimi filiũ tui dñi nostri iesu christi tibi de⁹ pat misericordia devotis mẽtib⁹ hostias immolam⁹ supplicit deprecãtes, ut earũ virtute cunctis egẽtib⁹ prestetur auxilium: et in eodẽ nomine delectantes salutarem sui propositi cõsequãtur effectũ. Per eundem Prefa. Quia p incarnati. Cõm. Vincẽti dabo mãna abscõditũ et dabo illi calculũ cãdidũ et in calculo nomẽ nouũ scriptum qđ nemo scit nisi q̃ accipit.

Post communio

Sacrosacta misteria q̃ sũpsim⁹ domine ad honorẽ nominis cõplacẽtissimi filiũ tui domini nostri iesu christi deuotis precordiis recolẽtes q̃s, ut incremẽta spiritualis exultationis accũulẽt: et affectũ nostrũ ad hoc salutiferũ nomẽ nobis iugiter imprimẽdũ attẽdãt: et ad iubilationẽ iubilãdũ in iesu saluatore nostro dulcissimo tota mẽtis intẽtione promoueãt Per eũdẽ. Per totas octauas dicat missa pdicta qñ de octauis fit seruitiũ: sed sine Credo. Sequẽtia p octauas Jesu pulcher i decore. ut.

Missa pro febribus. Officium.

Iustus es domine et rectum iudiciũ tuũ facẽ cũ seruo tuo secundum misericordiã tuã. Psalmus Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Oro.

Omnipotens sempiterne deus qui per sctõs apostolos et mar-

tyres tuos, diuersa sanitatū dona largiri dignat⁹ es: da quesum⁹ vt presentē famulū tuū. N. quia febrium vexatione fatigat: p intercessionē sancti sigismundi regis et martiris tui, tua medicina erigat ad salutē et ad sanitatē pristinā clemēter reuocare digneř. Per. Gr. libri. s.

Qui timet dñm nihil trepidabit ꝛ nō pauebit: qm̄ ipse est spes eius. Timēti dñm btā est aia eius. Ad quē respicit et ipse fortitudo eius. Oculi dñi sup timētes eū: protector mētiū firmamētū virtutis. Tegmē ardoris: et vmbraculū meridianis. Deprecatio offēsionis: ꝛ adiutorium cas⁹. Exultans aiam ꝛ illuminās oculos: dans sanitatē et vitā ꝛ benedictionē. Gr. Miserere mihi dñe qm̄ ifirm⁹ sū sana me dñe. ℣. Cōturbata sūt oīa ossa mea, et aīa mea turbata est valde. Alleluia ℣. De profūdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meam.

Secundum Matheum. viii.

In illo tpe. Cū venisset dominus iesus in domū petri: vidit socrū ei⁹ iacentē et febricitātē. Et tetigit manū ei⁹ et dimisit eam febris. Et surrexit et ministrabat eis Uespere autē facto: obtulerunt ei multos demonia habētes. Et eiciebat spirit⁹ verbo: ꝛ oēs male habētes curauit. Ut adimpleret quod dictū est per isaiā prophetā dicētem Ipse infirmitates nostras accepit: et egrotationes portauit. Offr. Dñe cōuertere et eripe animā meā saluū me fac propter misericordiam tuam. Secreta.

Offerimus tibi dñe munera sācta in nomine electi tui sigismūdi regis ꝛ martiris tui: vt a presenti egroto. N. febriū ardores repelli iubeas et exinde tuo semper in oībus muniař auxilio. Per. Cōio. Amē dico vobis q̄cq̄d orātes petitis credite q̄ accipietis et fiet vobis.

Post communio.

Omnipotens sempiterne de⁹ q̄ dedisti fidelibus tuis obtinere oīa que iuste p̄camur: suscipe propicius p̄ces nostras: quas pro famulo tuo. N. in honore beati sigismundi regis et martiris tui deferimus: et quod pro eo deuotis mentibus obsecramus: celeri indulgentia cōsequi mereamur. Per dñm.

Missa pro pestilentia euitanda. Ad missam. Officium.

Recordare dñe testamēti tui et dic angelo percutiēti cesset iam manus tua: vt non desoleř terra: et ne pdas omnem animā viuā. In tpe pascha. Alleluia. Ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Oratio.

Deus qui non vis mortem sed penitētiā desideras peccatorū: populum tuum q̄s dñe ad te conuerte propitius vt dum tibi deuotus extiterit: iracundie tue ab eo flagella amoueas. Per dominum nostrum. Lectio libri regum. ii. Regum. xxiiii.

In diebus illis Immisit dñs pestilētiam in israel de mane vsq₃ ad tempus cōstitutū, ꝛ mortui sunt ex populo a dan vsq₃ Bersabee septuaginta milia virorum. Cumq₃ extēdisset manū suam angelus dñi super hierusalē vt disperderet eam:

misertus est dñs sup afflictionẽ, et ait ãgelo pcutiẽti populũ. Sufficit. Nũc cõtine manũ tuã. Erat aũt angel⁹ dñi iuxta areã areuna iebusei. Dixitqꝫ dauid ad dñm cũ vidisset ãgelũ cedẽtẽ populũ. Ego sũ qui peccaui et iniqꝫ egi isti qui oues sũt qd fecerũt. Vertatur obsecro manus tua cõtra me et cõtra domũ patris mei. Venit aũt gad pphera dñi ad dauid i die illa: et dixit ei. Ascẽde et cõstitue altare dño i area areuna iebusei. Et ascẽdit dauid iuxta sermonẽ gad quem pceperat ei dñs. Gr. Misit dñs manũ suã et sanauit eos et eripuit eos de iteritu eoꝝ. V. Cõfiteãtur dño mie ei⁹ et mirabilia ei⁹ filiis hoim. All'a. V. Saluabo populũ meũ in medio israel: et ero eis in deũ in veritate: et iusticia. Seqn.

Iubilemus pia mente voce corde concinnente: trinitatem collaudantes. Patrem prolemque precemur sanctũ pneuma veneremur laudis melos concrepãtes. Oẽs vna proclamemus: deum summũ imploremꝰ misereri vt dignetur Cor grauatur mẽs languescit iam gẽs meret et plangescit: pestis morsum dũ verẽt. Aura furit ledit pestis morbus vrit nulla mestis spes salutis redditur. Mare fluxit mixtũ felle iã tẽpestas iã procelle plebs vbiqꝫ premitt. Si pro malis irascaris tẽpus est vt reuertaris pie iesu miserere. Leo lustrans oues querit nisi p his ouis perit bone pastor nos tuere. Terra mare firmamẽta queqꝫ parẽt elemẽta tuo fctã numie. Mare nouit te calcantẽ dũ te sentit ambulantẽ: factor fertur flumine. Cuncta sistunt te iubẽte nõ mouẽtur sed repente reddẽtur pacifica. Toto nisu tota cura ois laudat te factura o virtus almifica. Aures nobis mitte letas pestẽ pcul pie pellas transfer nos ad vite metas ne nos turbent tot pcelle. Olim culpa nos ligati respirantes credimꝰ corde mesto flagellati tibi soli credimus. Lex antiqua trãsgressores, cõuersos eripuit: tue legis abusores pie dum corripuit. Joab abner prosequẽte: et hũc armis insequẽte, precedatur venia Joab vitã consecutus nocte viam trãsit tutus per montis acumina. Dauid in pphetico rita datur termino, pro delicto graui. Tersũ fugit facinus, dũ fatetur vocibus inquiens peccaui. Ezechias reddit fletũ, et peccatum est deletum statim vt penituit. Fletũ fecit et profecit sibi deus, hic adiecit: annos et constituit. Mitis hester pie mẽtis pro salute sue gentis assuerum adiit. Hic fit salus mardocheo crux equatur aman reo qua suspẽsus periit. Virtus iudith de supnis: diua dum illuminat: caput aufert olofernis et captiuos liberat. Mater ergo summi regis, tibi natus christ⁹ verus: vos signauit vmbra legis hester tu hic assuerus. Virgo natũ intercede vt afflictos liberet, saluet nos a pestis cede: quos pie redemerat. Virgo mater maris stella, fons ortorũ sbi cella, ne nos pestis aut pcella peccatores obruãt. Ergo mater rege fletũ, tempestatis tolle fretũ, et mestorũ redde letũ, iã preces subue

niāt. Proles parcit si perozas mater ergo rūpe mozas, posce tuū filium, aura seda rūpēs pestis, simul cadāt cōfer mestis salutis auxiliū. Nostros tu⁹ ipse nat⁹ tollat penas et reatus, nobis prestās cōsolamē. Qui regni sempiterni vbi ciues sunt supni: personemus omnes. Amen. ¶ Euangeliū Secundū. Lucā. iiii. In illo tpe. Surgēs iesus de synagoga: introiuit in domū symonis. Socrus autem symonis tenebatur magnis febzibus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febzi: et dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum autē sol occidisset oēs qui habebāt infirmos variis languozibus: ducebāt illos ad eū. At ille singulis man⁹ imponēs curabat eos. Exibāt autē demonia a multis clamantia ꝛ dicentia: quia tu es filius dei. Et increpās: non sinebat ea loqui quia sciebāt ipsum esse christū. Facta aūt die egressus ibat in desertū locū. Et turbe requirebāt eū: et venerūt vsqꝫ ad ipsum. Et detinebant illū ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia ꝛ aliis ciuitatib⁹ opoztet me euangelizare regnū dei Quia ideo missus sum. Et erat predicās: in synagogis galilee. Offer. Stetit pōtifex īt mortuos et viuos habēs thuribulū aureū ī manu sua: ꝛ offerēs incēsi sacrificiū, placauit irā dei: ꝛ cessauit plaga domino. In tempoze paschali Alla. Secreta.

Subueniat nobis dñe quesumus sacrificii p̄sentis operatio: q̄ nos ꝛ ab errozibus vniuersis potēter absoluat: et a totius eripiat perditionis incursu. Per dnm. Cōio. Multitudo languentium ꝛ qui vexabātur a spiritibus immūdis veniebat ad eum quia virtus de illo exibat: ꝛ sanabat omnes. Post communio.

Exaudi nos deus salutaris nr: ꝛ intercedēte beata dei genitrice semperqꝫ virgine maria: populum tuum ab iracundie tue horroribus liberum: et misericozdie tue tua fac largitate securū. Per dominū nostrū. ¶ Missa sancti rochi cōfessozis. Ad missam Officium.

Letabitur iust⁹ in dño, ꝛ sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. In tempoze paschali. Alla alla. ps. Exaudi deus orationē meā cū deprecoz: a timoze inimici eripe animam meā. Oratio

Omnipotēs et misericozs deus qui meritis ꝛ precibus beatissimi rochi confessozis tui quandā pestem hominū generalē gratiose reuocasti: presta supplicibus tuis, vt q̄ pro simili peste reuocanda ad tuā confugiunt fiduciā: ipsius gloziosi confessozis precamine ab ipsa infirmitate: ꝛ ab omni perturbatione liberentur. Per do. Epistola. Iustū deduxit domin⁹. Gr. Iust⁹ vt palma flozebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. V. Ad ānūciādū mane miā tuam et veritatem tuam p noctem. Alla. V. Iust⁹ germinabit sicut lilium: et flozebit in eternum ante dominum. Sequētia

In honoze saluatozis sācti rochi cōfessozis agat memoria Qui de celo prenotatur ꝛ ad matrē

nunciatur: salute angelica. Qui de vētre mrīs natus, signo crucis est signatus: qđ sinistro patuit. Quartaq3 sexta feria semel lactās idicia sanctitatis pzebuit. Ubi mundo qui cum posset, et mundanum fucū nosset: mundus mundū tenuit. Omni spreta re paterna: mēte tendēs i supna oīa deseruit. Ac post mortē sui prīs et decessum sue mrīs peregre diuertit. Et ad domos infirmorum peste dira ppessorū: festine ingreditur. Jesum xpm deū clamat: signo crucis cūctos sanat sua prouidētia. Ad quem venit vir beatus, prorsus fuit hic sanatus: diuina potētia. Ciuitatis italie, rome, langobardie, sanat suis precibus. Hospitali placētie percussus pestis silice: abiectus e menibus. Languēs dūq3 siluasitit fontē deus sibi mittit: preostensa nebula. Paruꝰ canis panes portat, a gotardo & reportat: cane viro regula. Sic vir sctūs cōfortat: dū gotardo cōsolat, in valle miserie. Et per angelū sanatur q̄ a deo mittebatur raphael in noīe. Postq3 in lōgobardia, prouincia angleria ponit in carcere. Ab angelis fouebat, et de celo letabatur, visus miro lumine. Rochus ibi vitā finit, cui deus dare sinit, tabulā per angelū. Que diuine scribebat. scriptis auri et ditat, manu dei syderū Nomē rochi ifra scriptū, qđ a deo fuit dictū, vt q̄ eum decorant. Pestis vlcus depellat sanitasq3 his reddat qui eū cōmemorāt Tu q̄ deo es tā charus, & in luce valde clarꝰ sana tuos famulos Et a peste nos defēde, opē nobis ac ipende cōtra morbi stimulos. Uir tā potēs tā beatus cū honore collocatꝰ, in celesti curia. Uoto voce veneretur vt per ipsū nobis detur, nobis frui gloria. Amen. Secundum Matheū.

In illo tpe. Circuibat dñs iesus ciuitates & castella docēs in synagogis eorū, et predicās euāgeliū regni: & curās oēm languorē & oēm infirmitatē. Uidēs aūt turbas misertus est eis, q̄a erāt vexati & iacētes sicut oues nō habentes pastorē. Tunc dixit discipulis suis Messis qdē multa opatii vero pauci Rogate ergo dñm messis: vt mittat operarios in messem suā. Euntes aūt p̄dicate dicētes, q̄a appropinquabit regnū celorū. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, demones eiicite, gratis accepistis gratis date. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum Estote ergo prudētes sicut serpētes & siplices sicut colūbe. Offer. Ueritas mea & mīa mea cū ipso: & in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secre

Munera tibi quesumus dñe oblata sanctifica et intercedente pro nobis beato rocho confessore tuo, per hec omnia scelerum nostrorū placatus maculas absterge: et sanitatē corporis et anime nobis tribue. Per. Cōio Magna est gl'ia eiꝰ i salutari tuo: glīā et magnū decorē impones sup eū dñe. Post cōio.



Sumpsimꝰ dñe tua sctā beati rochi merita recolentes sācta q̄s vt eiꝰ sēp & fideliū muniamur auxilio & magnifico p̄ficiamꝰ exēplo. Per. Finis.



Estum diuiditur in festum duplex et in festū simplex. ¶ Festū duplex diuiditur. In principale dup̄. In maius dup̄. in minus Princi
du. In infer. dup̄. ¶ Principale dup̄. est scʒ dies nata. dn̄i, di- cipa-
es epy. dies pas. dies ascēsio. dies pēthe. dies assum. festum loci le du.
fes. ded. ¶ Et nota ꝙ si principale dup̄. in vna die euenerit et in die sequē Nota
ti mai⁹ dup̄. de qua fieri debeat serui. vel ecōuerso, tūc vltimū festum ha
bebit vtrasqʒ ves. nisi in primo sabbato adue. dn̄i, in sab. passio. in sab. ra
mispal. vel in. iiii. fer. ante pasca euenerit. Iste predicte d ice ⁊ cena dn̄i
semper habebunt suas primas vespas. de quocunqʒ fit seruitiū in die pre Nota
cedenti: et tantū solēnis memo. de festo in his dieb⁹ contingentibus. Et
nota ꝙ in his festis scilicet principalibus et maioribus. 7. 8. 9. lec. cappis
sericis legant: tamē in die oīm sctōꝝ. 3. prime lec. in cappis sericis legāt
Etiam in his festis thurificāda sunt altaria per ecclesiā similiter in sin
gulis noct. scʒ ad. 2. 5. 8. lec. thurificetur altare principale ab aliquo sacer
dote in cappa serica, chorus quoqʒ ab vno solo puero incensetur, sed in
tēpore pas. non incensetur altare neqʒ chorus ad ke. Maius dup̄. est scʒ Ma-
dies purificatiōis. fest. sctē trini. fes. corporis xpi. fest. visitatiōis. fes. re- i⁹ du.
liquiaꝝ. fe. nois iesu. fest. nat. btē marie. fest. oīm sctōꝝ. ¶ Et nota ꝙ si Nota
maius dup̄. in vna die euenerit et minus dup̄. in die sequēti vel ecōuerso
mai⁹ habebit vtrasqʒ ves: nisi impediat vts. Etiā si min⁹ dup̄. vel inferi.
dup̄. inter duo maiora dup̄. euene. tūc min⁹ dup̄. vel inferius dup̄. care-
bit vtrisqʒ ves. ¶ Min⁹ dup̄. est fes. sācti stephani: fes. sctī iohānis apl̄i: fes. Mi-
sctōꝝ inno. fes. scti thome mar. dies circūcisionis. fes. annūciationis bea n⁹ du
te marie, fer. 2. 3. 4. ebdomadarū pas. ⁊ pēth. dn̄ica in oct. pas. inuētio sctē plex.
cru. natiui. scti iohannis bapti. fes. aploꝝ petri et pauli. trāsla. scti thome Nota
trāsfigura. exaltatio sctē crucis, cōceptio btē marie. ¶ Et nota ꝙ si min⁹ Infe
dup̄. in vna die euene. in die sequē inferi⁹ dup̄. vel econuerso: vltimū fest. rius
habebit vtrasqʒ ves. nisi impediat vts. ¶ Inferius dup̄. est scʒ fes. scti an dupl.
dree, thome apl̄i, mathie apl̄i, gregorii pape ⁊ doctoris, ambrosii epi ⁊ do
ctoris, gregorii mar. marci euā. aploꝝ philippi ⁊ iacobi, augustini anglo
rū apl̄i, iacobi apo. bartholomei apo. augustini epi ⁊ docto. mathei apl̄i.
michaelis arch. hieronimi pbri ⁊ doct. trāsla. s. edwardi. luce euā. aploꝝ Nota
symonis ⁊ iude. Festū s. georgii scdm cōstitutis. pu. n. est maius dup̄. Et Festū
cōsulo vt ita seruet. scʒ cōsuetudo hoc nō habebat. ¶ Et nota ꝙ mēo. de simp.
du. fes. semꝑ erūt sole. Festū simplex diuidit in Inuit. tripl. ¶ Inui. du. diui.
¶ Inuit. simplex. Inuit. iii. vel de sctis vel de oct. ¶ De sctis sunt scʒ fe. De sā
scti nicholai, cōuersiōis pauli, cathe. petri. iohānis ante portā lati. trāsla ctis.
scti edmūd. barnabe apl̄i, cōmēo. scti pauli, marie mag. anne matris mar Nota
ad vincula. s. petri. scti laurētii: decollatio scti iohānis bapti. michaelis i
mōte tūba, martini epi ⁊ confes. edmundi archiepi. ¶ Et nota ꝙ si in ali-

quo sabb. a Dñe ne in ira. usqz ad passionē: vel ab oct. pas. usqz ad adue. dñi vel a scda dñica aduē. dñi usqz ad fest. natiuita. aliqd fes. simplex. ix. vel. iii. l. cū regimine chori euenerit ves. in sabba. erūt de do. et mēo. de festo: nisi tale festū fuerit qꝫ in. 6. fer. preced. suas primas ves. habere nō poterit; et nisi octa. epy. vel alie octa. cū regi. chori in sabba. cōtigerint. Etiā si duplex fes. in sabba. cōtigerit ꝛ fes. simplex. ix. vel. iii. lec. cum regi. chori in. ii. fer. sequēti: et aliud fes. duplex in. iii. fer. proxima sequēte tunc in do. ves. erunt de festo. ix. vel. iii. lec. cum regimi. chori ꝛ sic do. carebit utrisqz vesperis. Et sic nota qꝫ oēs sūt dñice ꝛ nō alia festa que oīno carēt utrisqz vesperis: nisi qñ festū simplex. ix. vel. iii. lect. cū regimine chori inter duo festa duplicia euenerit. ¶ Et nota qꝫ mēo. de istis fes. simplicib⁹ inuit. iii. habētibus in principalib⁹ et maioribus fes. erūt sub silentio: etiā in minoribus ad. i. ves. sed ad. ii. ves. in minorib⁹ et in inferiorib⁹ ad utrasqz ves. erūt solēnes. ¶ De octa. vel qñ dies infra oct. sunt cū regimine chori vel qñ dies oct. tm̄ est cū regimine chori. ¶ Quādo dies infra octa. sūt cū regi. cho. ut sunt iste oct. scꝫ epyphanie: ascensionis: corporis christi: visitationis, nois iesu: assumptionis: natiuit. marie: dedicationis ecclesie: si extra aduē. et. lxx. euenerit et festū loci habet octa. ¶ Et nota qꝫ iste oct. semper habebūt. ii. ves. ꝛ tm̄ mēo. de fest. de do. vel de cōme. in crast. cōtinga. nisi du. fes. in oct. vel in crast. oct. forte cōtigerit. vel tale fes. ix. vel. iii. le. cū regi. cho. nisi ifra tps pas. euene. qꝫ suas. ii. ves. habere nō poterit tūc ves. erūt de fes. ꝛ solē. mēo. de oc. Do. tm̄ in hoc casu carebit utrisqz ves. ut sic oct. dies utrasqz habeat. In ipsa tm̄ oct. die: de fes. iii. l. fiet meō. le. si proprie habeat. In do. vero ifra oct. nūqꝫ fiet qñ de oct. fit serui. ¶ Et nota qꝫ mēo. de istis oct. semp erūt solē. de quocunqz fit serui. ¶ Qñ tātū dies oct. est cū regi. cho. ut sunt oct. scꝫ apłorū petri et pauli: nisi fes. loci fuerit dedica. ecclesie si infra aduē. vel. lxx. euenerit. ¶ Et nota qꝫ mēo. de istis oct. in principalib⁹ ꝛ maioribus fes. ad utrasqz ves. erūt sub silētio: etiā minorib⁹ ad. i. ves. sed ad. ii. ves. in minorib⁹ ꝛ in inferioribus ad utrasqz vesp. erunt solē. ¶ Inuit. duplex vel cū regimi. chori: vel sine regi. chori. ¶ Cū regi. chori vel de sanctis: vel de diebus infra oct. cū regi. chori: vel de cōmeo. vel de dñicis. ¶ De sctis nota qꝫ hoc generaliter per totū annū obseruet qꝫ qdlibet fes. ix. vel. iii. lec. cū regi. cho. ad min⁹ habeat unas ves. nisi qñ inter duo fes. eue. habebit etiā. ii. ves. nisi impediat per aliud fes. cū regi. chori per do. vel per cōmeo. Et si nō poterit habere. ii. ves. habeat tamē mēo. nisi ad. i. vesp. in die circūsicionis: quia ibi nō fiat aliqua mēo. de sctō siluestro. Et mēo. de istis fes. fiāt utꝫ de fes. inuit. iii. habentibus. ¶ De dieb⁹ infra oct. cū regi. chori nota qdcūqꝫ fes. ix. vel. 3. le. cum regi. chori infra oct. ante. 7. diē euene. totū seruitium erit de fes. ꝛ habebit utrasqz ves. etiā in sab. ꝛ in do. ꝛ solē. mēo. de oct. ad utrasqz ves. ad ma-

Nota

De oc. qñ dies infra octa. sunt cū re. chori

Nota Qñ dies tantū est cū regi. chori

Inui dup. cū re. chori

De sāctis.

Nota de diebus in

et ad missam. ¶ Et nota q mẽo. de istis oct. semp erunt solẽ. de quocũq3
fit serui. licet festũ loci: vel festũ dedi. ĩfra oct. eue. ¶ De cõme. nota q si fro.
fiat serui. de aliqua cõmẽ. i crast. alicuiꝰ scti. 9. vel. 3. l. cũ regi. cho. vel ali oc. cũ
cuiꝰ do. vel. erũt de cõmẽ. & tñ mẽo. de fes. vl de do. nisi tale fe. vel do. fue re. co.
rit: q suas primas vel. habere nõ poterit: tũc fiat tm̃ mẽo. de cõmẽ. Scie Nota
dũ est etiã q singulis ebdo. per aduẽ. nisi in. 3. ebdo. similiter ab oct. epy. De cõ
vsq3 ad. 4. fer. in capite ieiunii et a do. in albis vsq3 ad fes. penthe. et a fes. mẽo.
trini. vsq3 ad aduẽ. dñi fiat seruitiũ de cõme. si tot dies vacauerint i qui ratio
bus cõme. potest fieri: et si tantũ due fer. vacauerint. fiat seruitiũ de fes. nibꝰ
loci: et de cõm. btẽ marie: si aũt tm̃ vna fer. vacaue. tũc fiat de cõme. bea Nota
te marie. impeditur autẽ serui. de cõmẽo. per fes. 9. et. 3. lec. cũ regi. chori.
per oct. cũ regi. chori per. 2. et. 4. fer. roga. per ppria. hi. et proprias laud.
sctõꝝ: per ieiunia. 4. tpm: per vigi. sctõꝝ q̃uis de tpali fue. et fiat seruiti.
de sctã maria in sabb. nisi impediat vts. Cũ autẽ in sabb. propter pdicta
impedimẽta plenũ serui. de sctã maria fieri nõ poterit: tũc i aliqua alia
fer. ipsius ebdo. vbi cõuenientius possit celebrari celebref. Regula. 11. mi
liũ virginũ patet i die earũdẽ. ¶ Etiã nota q si fes. cũ regi. chori i aliqua Nota
ebdo. celebre. et i crast. plenũ seruitiũ de sancta maria fieri debeat: tũc i
ipso festo fiant vespere de sancta maria: nisi duplex festum fuerit vel fes.
cũ regi. chori. vnde suas. 1. vel. habere nõ poterit: et nisi in oct. cũ regimi.
chori, tũc enim fiat mẽo. de sctã maria solẽniter: et semp cũ hac an. Sub
tua protectiõe per aduentũ vero cũ hoc. V. Egredief virg Oro. Deꝰ q̃
de beate. Ab oct. epy. vsq3 ad puri. cũ hoc. V. Sctã dei ge Oro. Deus qui
salutis. In alio tpe anni. V. Sãcta dei Oro. Cõcede nos In cõme. nul Nota
la fiat mẽo. de cruce: nec de oibꝰ sctis: sed de fes. vel oct. sine regi. chori si Nota
cõtige. Tamẽ per aduẽ. si fiat mẽo. de aduẽ. sed nõ de oibꝰ sãctis. In tpe Nota
pas. mẽo. de resur. sed nõ de cruce nec de oibus sctis. ¶ Sciẽdũ est etiam Nota
q nulla cõmẽ. habebit. 2. vel. nec mẽo. i loco. 2. vel. ¶ Etiã nota q i fes. btẽ
marie: & in oct. eiusdẽ nulla fiat mẽo. de cõme. eiusdẽ in crast. contigẽti
similit fiat de aliis cõme. ¶ Et nota q mẽo. de cõmẽ. sẽp erũt solẽ. ¶ No
tandũ est etiã q ad missas de cõme. infra. lx. edicitur seque. & non tr. Et De
quãdo seque. vel tr. immediate sequif gradale: tũc nõ repetaf gradale. dñi-
Etiã in tpe pas. ad mat. de cõmẽ. dr vna sola. ã. sup tres primos ps. licet cis
tres pp̃te ãe. habeaf. ¶ De do. vel principaliter priuilegiatis vel maiꝰ pri̇ci.
priuile. vel minꝰ priuilegiatis: vel inferiꝰ priuilegiatis. De pricipaliter priui
priuilegiatis nota q dñice pricipaliter priuilegiate sunt. Dñica. 1. aduẽ
dñi. Do. passionis, & do. in ramispal. ¶ Vñ̃cũq3 fes. licet pricipale dupl.
fue. in his do. euenerit fes. debet differri in crast. vel vlterius si necesse
fue. & iste dñice semp habebunt. 1. vel. sed. ii. vel. possũt esse de fes. dup. in
fra pas. vel de fes. simplici. 9. lec. vel de cõme. infra aduen. Et mẽo. de istis

De domi. maius priui. Nota

dñicis semp erūt solēnes. De maius priui. nota φ dñice maius priuilegiate sunt dñice.2.3.et.4.aduē.dñi:et oēs dñice.a.lxx.vsqz ad do.passio. Iste dñice sunt sic priuilegiate φ si min⁹ dup.vel inferi⁹ dup.in his do. euenerit,fes.debet differri:sed si principale dup.vel min⁹ dup.in his do. euene.seruī.est de fes.et hysto.cantet in.iii.fer.p ebd. Etiā nota φ qñ cūqz fes.in.xl.celebrādū cōtigerit:nihil de cōpl.xl.mutādū est:nisi φ i fes annūciatio.dr in fine himni. Gl'ia tibi dñe. Si extra passionē euenerit a mēo.de istis do.semp erūt solē.

De dñicis minus priuilegiatis.

De minus priuilegiatis nota φ dom. minus priui.sunt ille do.in quib⁹ inchoāde sunt hysto.scz.1.do.in qua inchoāda est hysto. Dñe ne in ira que do.est sic priuile. φ si fes.simp.ix.l.in illa do.euene.et tps breue fuerit scz cōtinēs vnā do.tm infra octa.epiph. et.lxx.fes.ix.lec.debet differri.Tamē si tps plixū fuerit inter do.in qua inchoanda est hysto.et.lxx.fes.ix.lec.in eadē do.in qua cōti.celebret.Dñica etiā min⁹ priuilegiata est do.prima ante ascē.domini:de qua postea Similiter oēs iste do.sunt min⁹ priuilegiate:scz a Deus oim.vsqz ad aduen.dñi:in quib⁹ inchoāde sunt hysto.φ si fes.simp.ix.lec in ipsis do.euenerit:fes.debet differri in crast.nisi ad vincu.s.petri:vel decolla.s.iohannis baptiste,vel tale fes.ix.lect.qđ crasti.sequitur aliud fes.ix.lec.et nisi sint oct.cū regi.chori.Si vero fes.ix.lec.et inchoatio hysto.in aliqua do. infra oct.cū regi.chori cōcurrāt:serui.erit de fes.ix.lec.et mēo.de octa.de do.et de trinitate cū ceteris que pertinēt. Cū itaqz ob aliquā predictarū causarū aliqua hysto.in sua do.inchoari nō poterit:tūc per ebd.si fer.vacauerit ichoet:ita φ mēo.nō omittat. Si vero nulla fer.vaca.et hysto.duratura fuerit plusq̄ per vnā ebd.tunc differat vsqz in primā dñicā:vel do.sequē.verūtamē si nō fuerit duratura nisi per vnā dñicā tm:tūc ex necessitate in mediis fer.per ebd.tota cantet hysto.et expositio euāge.et R̸ fer.eo anno nō dicūtur.preter vnū solū R̸.fer.quod legit in vltima fer. loco.ix.R̸.ita φ si aliqđ fes.iii.lec.ibidē reperiat:nihil fiat de fes:nisi mēo ad ves.et ad matu.de sctā maria.

Nota

Et nota φ in oib⁹ sab.per estatē.scz a Deus oim.vsqz ad aduē.dñi fiat pcessio āte crucē:nisi duplex fes.fuerit et nisi aliqua do.debeat differri ppter plixitatē tpis tūc nulla fiat pces. tm in exalta.sctē crucis fiat pces.ante crucē si i do.cōtige.licet dup.festū fuerit:et mēo.de istis do.in dup.festis erūt sub silētio:in aliis vero festis erunt solēnes mēo.Et quotiens in sab.ad ves.per predictū tps dr mēo. de do.Similiter fiat mēo.de trini.etiā in fes.oim sctōꝝ.si in sab.vel i do. euene.

Falsi

Itē falsi libri habēt nullā mēo.de trinit.in fes.oim sctōꝝ.

De dñi. dominicis

De inferius priuile.nota φ do.inferi⁹ priui.sunt oēs alie međ.do.in quib⁹ hysto.nō sunt inchoāde scz dñice iter primā hysto. Dñe ne i ira vsqz ad.lxx si euene.et oēs međ.do.a Deus oim.vsqz ad aduē.dñi. Et nota φ mēo de istis do.in fes.dup.erūt sub silē.in aliis vero festis erūt solē. Etiam

nota q oēs do. ab oct. pas. vsq ad primā do. ante ascen. dñi sunt inferi⁹ priui. quia si fes. 3. lec. cū regi. chori in ipsis euene. fes. nō debet differri: tū inferi mēo. de istis do. semp erūt solē. ¶ Etiam nota q si do. prima ante ascē. dñi simp. fes. cū regi. chori eue. differat in. 2. fer. vel in. 3. si. 2. fe. non vaca. a festo cū regi. chori. Tamē si fes. dup. in prima do. ante ascē. dñi euene. nō differat. ¶ Et nota q in oibus sab. ab oct. pas. vsq ad ascē. dñi fiat pcessio ante cru. cū hac añ. Christus resurgēs. de quorūq sit serui. nisi in die inuentio. scē cru. si in sab. vel in do. euene. et nō fiat aliqua alia mēo. de resur. in sabba. q añ. Christ⁹ resurgē. cū ℣. Dicāt nunc. ¶ Etiā nota q qñ sit serui. de aliquo sctō in do. ab oct. pas. vsq ad ascē. dñi scdm alia. ad missam erit vnū de illis. 9. que intitulat post oct. pas. et nō de do. ¶ Si de regi. chori vel de sctis vel de oct. ¶ De sctis vel de nō cōiūctis, vel de cōiūctis. ¶ De nō coniūctis nota q de fes. 3. lec. sine regi. chori infra oct. cū regi. chori cōtingētib⁹ fiat tm̄ mēo. nisi sint festa. 9. lec. cōiūcta: tūc fiāt medie lec. si proprie habeāt. sinautē tm̄ mēo. de festo coniuncto: et mēo. de istis festis inferiorib⁹ erūt sub silētio: in principalibus maioribus, et minoribus nihil fiat. ¶ De cōiūctis vel duplicib⁹ vel simplicibus. ¶ De festis cōiunctis, vel festis duplicib⁹ nota q mēo. de istis fes. cōiunctis semp erūt solēnes. nisi quādo hmōi duplicia in do. celebrāt: cū mēo. de sctis coniūctis erūt sub silen. cū mēo. de do. et de trini. Tamē in exal. scē cru. fiat mēo. de mar. solē. quacūq die euene. ¶ Etiā nota q si fes. 9. lec. propter inchoationē hysto. differatur in crasti. et eidē festo fes. 3. lec. cōiū. fuerit: tunc fes. cōiunctū nō debet differri: sed in ipsa do. fiat de eo mēo. ad ves. ad ma. et ad missam: et medie lect. si proprie habeantur: nisi tota hysto. cantanda fuerit. In mēo. vero do. quādo de do. agit de fes. 3. lec. semp erunt medie lec. siue pprie habeant siue non nisi ℟. de. 2. noct. cantāda fuerit ibidem ¶ De simplicibus nota q mēo. de istis festis. 3. lec. simplex fes. 9. lec. coniūctis in principalibus et maiorib⁹ erūt sub silen. in minoribus et inferioribus erūt solēnes. Tamē si fes. exalta. scē crucis in do. contige. tunc ad 2. ves. fiat mēo. de sctō nichomede sub silētio cū mēo. do. ¶ Dñica de octa nota q mēo. de istis octa. sine regi. chori in iferioribus erūt sub silētio i maioribus et minoribus nihil fiat. Inui. sig. vel de sctis vel de fer. ¶ De sctis vel sine noct. vel cū noct ¶ De sctis sine noct. nota q mēo. de istis festis i iferioribus erūt sub silētio: i maioribus et minoribus nihil fiat.

¶ De sctis cū noc. nota q quādo sit seruitiū de aliquo sctō. 3. lec. ifra. lxx. vsq ad caput ieiunii fiat cū noct. et nulla mēo. de fer. A. 4. fer. a capite ieiunii vsq i crastinū oct. pas. de hmōi fes. 3 lec. fiat tm̄ mēo. ad ves. et ad matut. de sctā maria: que precedet mēo. de sctō spū. ¶ De feriis vel pricipaliter priuilegiatis: vel maius priuilegiatis, vel minus priuilegiatis, vel i ferius priuilegiatis. ¶ De feriis pricipaliter priuile. nota q iste fer. sūt

Inuita. sig. fe. c. De. s. nō cōiūctis De dup. De simp. De oc. sin re. cho. i ni. si. De s. sin no. De s. cū no. De fe. De fe.

principa. priuilegiate scz fer. 4. in capite ieiunii. Feria. v. vi. et sab. ante pal
priuc. priui. sabbato ante pasche. quodcunque vero fes. in his fer. euenerit debet differri licet fes. loci fuerit: sed si simplex fes. fuerit omnino omittatur nisi i capite ie-
De ma
i9 pri.
uile.
iunii: tunc eni debet differri in crastin. vel fer. vi. aut sab. ¶ De feriis maius priuile. nota quod fer. maius priuile. sunt oes fer. a do. passio. usque ad cenam dni. Iste fer. sunt sic priuile. quod si fes. simplex. 9. lec. in his fer. euenerit nihil fiat de festo: si vero duplex fes. habebit serui. cum Neuma. et Iesu
De mi
nus
priui.
christe et cum Gl. a patri. ¶ De feriis min9 priuilegiatis nota quod fe. min9 priui. sunt oes fe. in. 3. ebd. aduentus dni oes fer. a capite ieiunii usque ad dnicam passionis: et fe. 2. et 4. rogationu. Iste fer. sunt sic priuile. quod nihil fiat de come. neque de fe. 3. lec. nisi tm meo. ad ves. et ad mat. de scta maria
De in
feri9
priui.
Nota
¶ De feriis inferius priuilegi. nota quod ferie inferius priuile. sunt omnes alie ferie per aduentu. Iste ferie sunt sic priuilegiate et oes alie ferie precedentes quod fiat solenis meo. de fe. de quocunque fit serui. Tamen iste ferie inferius priui. non excludunt comeo. ¶ Nota de quocunque fiet serui. infra aduentu fiat solenis meo. de scta maria nisi quado plenu seruitiu fit de ea similiter fiat a festo circucisionis usque ad festum purificationis: etiam ab octaua pasche usque ad vigiliam ascensionis fiat solenis memoria de resurrectione de quocunque fit seruitium: nisi in inuentione sancte crucis

A	1	A 16.13.5.2.	4	D	17.9.6.1.	
	2	A 18.15.10.7.	5	D	19.11.8.3.14.	
	3	A 12.9.4.1.	1	E	16.5.	E
	4	A 17.14.11.6.3	2	E	18.13.2.10.	
	5	A 19.8.	3	E	15.12.7.4.1.	
B	1	B 16.13.5.2.	4	E	17.1.4.9.6.	
	2	B 18.10.7.4.15.	5	E	19.8.3.11.	
	3	B 17.12.9.1.	1	F	16.5.	F
	4	B 14.12.6.3.	2	F	18.13.2.10.	
	5	B 10.8.	3	F	15.12.7.4.1.	
C	1	C 19.13.10.5.2.	4	F	14.9.6.3.17.	
	2	C 18.15.7.4	5	F	16.11.8.	
	3	C 17.12.9.1.6.	1	G	16.13.5.	G
	4	C 19.10.11.3.	2	G	18.10.7.2.	
	5	C 8.	3	G	15.12.9.4.	
D	1	D 16.	4	G	17.14.6.3.	
	2	D 13.10.5.2.	5	G	19.11.8.	
	3	D 18.15.12.7.4.				

¶ Explicit tabula.

Incipit proprium de sainctis tempore estiuali.

Sancti Dunstani episcopi et confes. extra tempus paschale nouem lectiones fiat. Oratio.

Deus qui beatum Dunstanum pontificem tuum: ad regna transtulisti celestia, da nobis per gloriosa eius merita ad gaudia transire perennia. Per. Eodem die fiat memoria de scta potentiana virgi. ad i. ves. et ad matutinas. an. Simile est regnum. ℣. Diffusa est gratia. Oratio.

Concede nobis quesumus omnipotens deus scte potentiane virginis tue et exultare meritis, et beneficiorum eius attolli suffragiis. Per. Si hoc fes. vel scti aldelmi, vel scti edmundi, vel scti barnabe apostoli ante penth. eue. fiant. iii. lectiones cum regimine chori. Cetera omnia fiant de comi sctorum paschalis temporis. Si vero post penth. eue. fiant. ix. lec. et cetera omnia fiant de communi reliqui temporis. Lectio prima

Beatus dunstanus talibus parentibus ortus claruit: quales seculo exemptos inter choros conspicere meretur angelorum. Natus vero puer dunstanus in sancte trininatis nomine baptizatur, et postmodum litterarum studiis traditus est. Lectio. ii.

Cumque iam in dei seruitio adoleuisset doroborensi archiepiscopo aldelmo patruo scz suo accessit: in cuius moribus cum eidem archiepiscopo complacuisset, regi athelstano ab eodem est presentatus: et cum omni affectu commendatus. Lec tertia.

Beatus vero dunstanus tempore edmundi regis filii ethelstani monachus et abbas glasconie effectus monachorum ibi scolam primus instituit: et ita verbo et opere collaborauit. Et sicut de cereo pregnantis genitricis eius rectorumque per totam ecclesiam cerei fuerant accensi: ita per eum ex hoc loco norma religionis monastice toto anglorum diffusa est orbe. Lectio. iiii.

Cumque prefato regi natus esset filius qui in baptismate dictus est edgarus: beatus dunstanus diuinis intendens audiuit psallentium vocem. Pax anglorum ecclesie nati nunc pueri et nostri dunstani tpe. Quod postea rerum probauit euentus. Lectio. v.

Quodam tempore presente scto dunstano trabs maxima in culmen ecclesie erecta ruere cepit multis minans interitum. Quam dunstanus dextera manu signum crucis faciens releuat. Hunc etiam quadam nocte orantem dyabolus in vrsi effigie aggreditur et cambucam cui vir dei innitebatur de manibus eius dentibus suis auferre conabatur. Sed vir dei imperterritus cambucam leuat: et horrendum monstrum cedendo insequitur. Et dum psallebat: Exurgat deus et dissipentur inimici eius, informe fantasma euanuit. Lectio sexta.

Edgarus i regni solio sublimatus regnum in pace gubernauit: et dunstanum abbatem fecit episcopum wi

go͛niensem. Adauctoq͛ ei lōdoniē sis ecclesie presulatu: geminoclaru it insignitus pōtificio. Post hec ve ro archiepiscopus dorobornēsis om nium cōsēsu effectus est. Hic etiā beatus dunstanus spiritū sanctū in specie columbe bis videre meruit & angelos dei modulantes & dicētes Kyrieleyson Xpe ele. kyriel. in laudē trinitatis audiuit: atq͛ cytharā su= am parieti adherentem angelicis manibus resonare antiphonam, Gaudent in celis anime sanctorū: solus veraciter intellexit. Vixit ita q͛ beatus Dunstanus septem regū temporibus, dieq͛ vocationis sue i= minente: ecclesiam sibi commissam deo commēdauit. Et sumpto sacra mento corporis domini: inter ver= ba orationis spiritum i manus cre atoris reddidit: et in pace requies= cit. Tres vltime lec. de expositione euang. Hō quidā peregre. Cetera cia de communi vnius cōfes. & pōti. Sancti aldelmi epi & cōf. ix. l. fiāt. or.

Deus q͛ hodierna die sactū pōtificē tuū aldelmū ad eterna sublimasti gaudi= a, ei⁹ q͛s meritis illuenos tua perducat mia. Per. Eodem die mēo. de sācto vrbano papa & mar. Ad. ves. in paschali tpe cum hac ā Lux perpetua. ma or. ꝟ. Gaudete iusti in. Alio tpe. anni ān. Hic est ve re martyr. versus. Gloria et hono= re coronasti. Oratio.

Da q͛s ops deus: vt qui beati vrbani martiris tui atq͛ pō tificis natalicia colimus: ei⁹ apud te intercessiōib⁹ adiuuemur. Per do minū. Ad matutinas Lectio. i.

Beatissimus aldelmus splēdi dissimo anglorū genere oriū dus attauis etiam regib⁹ est edit⁹ Siquidem pater eius noīe kētē & deo deuotus et in seculi rebus stre nuus, q͛ue regis erat german⁹. Hic ergo kētē nataliū dignitate & morū nobilitate parē sibi sortitus est vxo rem: de qua hāc deo acceptissimam adeptus est prolem. Cui non ociose vt credimus: nec sine instinctu diui no aldelm⁹ nomen imposuit. Alde lin enim anglice: latine vel⁹ galea īterpretatur, quia galea salutis ca put protectus: optimam de hoste in celum reuexit victoriam. Lectio. ii. Hic vero tradit⁹ est liberalib⁹ stu diis informādus vbi a deo in breui effloruit: vt doctorib⁹ quos grecos & latinos habuit non solum equipa rādus sed etiā preferendus estima retur. Mirabātur doctores tā doci le ingeniū: tā memorē aīm. Lectio. iii. Cū igitur crescens etas adolescē tiā excluderet: in muldunensi eccle= sia primo monachus, deīde p̄sbiter et abbas effect⁹ est. Ipse exercitiis sp̄ualibus grauiter insudabat, sub= iectosq͛ ad eandē formā verbo & ex= emplo inuitabat. Deniq͛ omnia o= pera eius inchoabat caritas: & con= summabat humilitas. Si vero fe. post pentho. euenerit tunc fiant me die lec. de sancto vrbano: sin autem tantum mēo. Lectio. iiii. Beatus vrbanus ep̄s natione ro= manus ex nobili prosapia ort⁹ fu= it. Hic bti petri ap̄li octodecim⁹ vi= carius fuit: imediate post martyriū

bti calixti: sedit i papatu ānis octo, mēsib⁹ vndeci dieb⁹ ℏo duodeci. L. v

Btūs vrban⁹ tāte dignitatis fasti gio sublimat⁹ multis calamitatib⁹ ꝛ tribulationibus huius mundi: p christi nomine affectus est. Nullis vsus est prosperis: cum aduersa ōnia ob christi portabat amorē. Hic etiam fecit vasa pluma sacrata sacris altarib⁹ apta mysteriū quoqꝫ sacrū solerti īdustria sāciuit. Le. vi.

Deniqꝫ sua predicatione plurimos ad fidem christi conuertit: ꝛ valeria num beate cecilie spōsum, ꝛ fratrē ei⁹ tyburtium cum multis aliis ad martyrii palmā incitauit. Tandem ipse decollatus est: ꝛ sepult⁹ via appia. Cuius corpus post multos annos, vna cum ossib⁹ beati tyburtii martyris in gallias translatum: ā tissiodoro recōditum est. Tres vltime lectiones de sācto aldelmo sine expositione euangelii. Lectio. vii.

Fama igit beati aldelmi romā penetrante: eum sergius papa litteris ad se vocauit: ꝛ eū veniētē honorifice recepit, quem dñs cū miraculis glorificauit. Dū enim quadam die in ecclesia lateranensi missam celebrasset, casulā retro se porrexit ratus alicui tradere ministrorum. Quam deficiente ministro radius solaris per fenestrā irrūpens: diu i memoriā scti sustinuit. Le. viii

Contigit etiam rome vt puer ex icesta matre icertoqꝫ patre editus famam pape lederet. Quod itelligēs aldelmus puerum viginti dierum natum precepit exhiberi. Cui beat⁹ aldelmus pcepit vt fateretur si sergius papa incesti reus haberetur. Respondit infans ipsum sine crimine esse. Lectio nona.

Cumqꝫ beatūs aldelm⁹ benedictione pape recepta: ad ppria reuersus in cenobio suo ecclesiam sancte dei genitricis construeret: trabs vna breuior aliis est inuēta. Contristatus vero sanct⁹ ob lignorum penuriā, solus deum orans prosternitur et facta oratione trabs mox elōgata reperit. Post hec episcop⁹ factus est. Et post ānos quatuor cōpletos exuit hominē terrenū: deductus ad paradisū manib⁹ angelorū. Hic ad cenobiū delatus: ibidē cū digna honorificētia est tumulatus. Memoria de sctō vrbano ad matutinas i tpe paschali. ān. Lux perpetua. ℣. Timor ℟⁹. Tristicia vra. Alio tempore ān. Nisi granū. ℣. Posuisti. Oratio vts. Cetera oia ad vtrasqꝫ vs. et ad matut. et ad alias horas de cōmuni vnius cōfessoris et pontificis Si hoc festū in octaua ascēsiōis dñi contigerit: nihil de eo fiet eo anno.

Sancti augustini episcopi et cōfessoris anglorū apostoli duplex festū. ix. lec. Ꞇℏ Ecce sacerdos. Oro.

Deus qui beatum augustinum pontificem primū doctorē populo cōcessisti anglorū: eius interuētu nobis tribue veniā peccatorū: ꝛ cum ipso celestium gaudia premiorū. Per. Meo. de sctō aldel. Lec. i.

Beatus gregorius romane sedis apostolic⁹ anno quarto sui pontificatus: misit seruū dei augustinū et alios plures cū eo monachos timentes deum: predicare ver

bum dei gẽti anglorum. Qui appli cuerunt in quadam insula cãcie nomine thenedos. Lectio secunda.

Rex vero hoc audiens, iussit eos i eadem insula manere: ⁊ eis necessaria ministrari donec videret eos. Post aliquot dies rex ad insulã veniens: iussit augustinuz ⁊ socios suos ad se venire. Lectio tertia.

Tunc illi diuina virtute prediti veniebant pro vexillo crucem ferẽtes argenteam: ⁊ ymaginem dñi saluatoris nostri i tabula depictã. Letaniasq₃ cantãtes ꝑ sua simul ⁊ eorũ ꝓpter quos ⁊ ad quos venerãt salute eterna, deo supplicabãt. Lec. iiii.

Cumq₃ btũs augustin⁹ verbũ vite regi et suis predicaret: respondit rex dicens. Pulchra quidem sunt verba et promissa que asseritis: sed quia noua sunt et incerta non possumus in his assensum tribuere. Lectio. v.

Verũ quia de longe huc peregrini venistis: et ea q̃ vera et optima creditis nobiscum cõmunicare desideratis, benigne vos recipim⁹: vobis necessaria ministrãtes. Nec prohibemus quin oẽs quos poteritis: deo vestro societis. Deditq₃ eis rex mãsionem in ciuitate dorobornensi: in qua vigiliis et orationib⁹ inseruiẽtes verbum vite quotidie predicabant. Lectio sexta.

Videns autem rex mundissimã vitam ⁊ miracula sanctorum: credẽs baptizatus est. Sed ⁊ omnis populus respuẽs gentilitatis errorẽ: ad deum cõuersus est. Post hec augustin⁹ ab episcopo arelatẽsi iussu pape, archiepiscopus anglorum ordinatus est. Ordinauitq₃ beatus augustinus duos episcopos mellitum et iustum, ad predicandum verbũ dei. Omnibusq₃ rite pactis obiit vir dei septimo kal. iunii: et in ecclesia apostolorum Petri et Pauli iussu et expensis regis ethelberti cõstructa honorifice sepult⁹ est. Tu. Tres vlti. l. de expositione euan. Homo quidam peregre. Cetera omnia de cõmuni vnius confes. ⁊ pontifi. illius temporis. Si h[e]c fes. in vigil. ascẽ. dñi euene. ibi cele. Ves. vero fiant de ascen. et solen. mẽo. de sancto augu. Si autẽ in die ascen. do. euene. differ. in crastĩ. ⁊ ad. ii. ves. de ascẽn. fiat solen. mẽo. de sctõ augu. Et hoc fes. infra ebd. pẽthe. eue. differ. vsq₃ post fes. s. tri. ⁊ i sab. post pẽt. notat.

Sancti germani epi ⁊ confes. iii. le. fiant sine regi. chori: oro: ⁊ cetera de cõi vnius cõfessoris et pontificis cũ his tribus lectionibus. Lectio pria.

Beatus igitur german⁹ parisiorũ põtifex: territorii augustodunẽsis indigena, patre eleutherio: matre vero eusebia procreat⁹ fuit. Cuius genitrix pro eo ꝙ hunc post alterum intra breue spaciũ cõcepisset in vtero: mota pudore muliebri, cupiebat ante partum infantem extinguere. Lectio secunda.

Accepta igitur potiõe: vt abortiuũ proiiceret dum nocere sic nõ posset, incubabat super ventrem: vt pondere suffocaret: quẽ veneno ledere nõ valebat. Sed ad scti p̃conium multa ⁊ stupẽda fiebãt miracula. Lec. iii.

Erat nãq₃ in elemosynis dãdis lar

gus: nudos pauperes vestiebat, et quicquid habere potuit in operib⁹ caritatis expendebat. Tandem vero diem transitus sui ita predixit: accersito notario scribere iubet, q̄n to kal. iunii: quo die beatus confessor migrauit ad celum. Cetera de communi vnius confe. et pontificis

¶ Scte petronille vgi. nō mar. or.

DEus qui beate petronille virginis tue animam in celestibus collocasti: fac nos eius interuentu peccatorum nostrorum nexib⁹ solui, et ab oi semp aduersitate defendi. Per do. Tres lectiones fiant. lc. i.

MArcell⁹ discipulus beati petri apostoli scripsit Nereo et achileo fratrib⁹ et condiscipulis eternam in christo salutem. Petronillā bene nostis volūtate petri apostoli paraliticam esse factam. Nam cū apud eum plurimi discipuli eius reficeremur dixit ei tytus. Cum vniuersi infirmi a te sanentur quare petronillam paralyticam iacere permittis? Respondit ei petrus. Sic expedit ei. Lectio secund.

Sed ne crederetur q̄ nō posset eā sanare dixit ei. Surge petronilla et ministra nobis. Que cōtinuo surrexit sana. Ministerioq; cōpleto: iussu petri iuit ad lectum. At vbi in dei timore cepit esse perfecta non solum ipsa sanata est: sed etiam pluribus eius precibus recuperant sanitatē.

Lectio. iii.

Et quia speciosa erat venit ad eā flacc⁹ comes cum militib⁹ vt eam sibi vxorem acciperet. Cui ipa ait Si vxorem me habere vis: fac matronas honestas et virgines ad me venire vt post tres dies veniam ad domū tuā. Tunc sancta virgo illud triduum ieiuniis et orationib⁹ occupauit, et tertio die a sācto nichomede sacramentū corporis christi accepit. Et sic reclināś se in lecto emisit spm̄. Cetera de cōi vni⁹ vgi. non mar. ¶ Sct nichomedis mar. or.

DE⁹ qui nos beati nichomedis martyris tui meritis et intercessione letificas: concede propici⁹ vt cuius beneficia poscimus dono tue gratie consequamur. Per.

¶ Tres lec. cū inui. simp. fiāt. et cetera de cōi vni⁹ marty. ¶ Sanctorum marcellini et petri marty. Oratio.



DEus qui nos annua sanctorum martyrum tuorū marcellini et petri solennitate letificas: presta que sumus: vt quorum gaudemus meritis prouocemur exemplis. Per dominum nostrum.

¶ Tres lectiones fiant inuita. lc. i.

ROme marcellinus et petrus exorcista in custodia tenebantur sub diocleciano imperatore et iudice sereno. Custos vo carceris habuit quandam filiam: que a demonio vexabatur, que precibus sancti petri sanata est. Lectio secunda.

Uidens hoc arthemius pater puelle cum vxore sua et filia et multis aliis: baptizatus est a marcellino pbro. Audiens hoc iudex serenus iussit marcellinum pugnis cedi: et nudum atque vinctum super vitri fragmenta sterni et lumen ei negari. Lectio tertio.

Deinde iussit pedes petri ab eo separati cippo constringi. Post hec vero visitati ab angelo ducti in silvam nigram que nunc in honore sanctorum silua candida nuncupatur pariter decollati sunt. Et qui eos decollauit vidit animas eorum ab angelis deferri: et penitenciam agens baptizatus est. Cetera de communi plurimorum martyrum.

Sanctorum bonifacii sociorum qz eius martyrum. Oratio.



Omnipotens sempiterne deus qui beato bonifacio et sociis eius palmam martyrii contulisti, presta nobis quesumus: eorum meritis indulgentiam qui eis largiri dignatus es coronam. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum. Amē.

Tres Lectiones: Inuitatorium duplex. et cetera fiant de communi plurimorum martyrum.

Sanctorum Gildardi, et Medardi episcoporum. Oratio.

Deus qui nobis sanctam huius diei solennitatem: in honore sanctorum confessorum tuorum atqz pontificum medardi et gildardi consecrasti, adesto familie tue precibus et dona vt quorum festa celebramus: eorum merito et auxilio subleuemur. Per dominum nostrū

Tres lectiones fiant. Inuit. simplex. Lectio. i.

Beatissimi medardi antistitis solennitatē que per vniuersum orbem virtutum meritis propalatur: nequiuimus omnino sub silentio preterire, quamuis non valeamus verbis cuncta perstringere. Pater vero eius de genere francorum fuit: mater vero romana. Tu autem domine miserere nostri. Lectio. ii.

Hic morum maturitate percellens confestim clatuit: vt apud vrbis pontificem conuersatione precipuus haberetur apud cunctos mentis puritate sincerus. Nunqz se leticie vbertate extulit, nunqz meror aut ire feruor mentis puritatem mutauit. semper tolerans in aduersis: mitis in prosperis. Tu autem domine miserere nostri. Lectio. iii.

Defuncto rothomagensi epo omnium votis dignus meritis insigni a sacerdotii deuotus excoluit. In quibus aliquot annis degens membrorum compage dissoluta matura longanimitate defessus, requiem precatus emisit spiritum. Tu autē domine miserere nostri. Cetera de communi plurimorum confessorum.

Translatio sancti edmundi episcopi. ix. Lectiones. Oratio.



Deus qui nos beati edmundi confessoris tui atqz pontificis translationem celebrare concedis: te suppliciter exoramus vt eius meritis et precibus a viciis ad virtutes, et a carcere transferamur ad regnum. Per dominum nostrum

Jesum christum filium tuum qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum amen.

Eodem die ad primas vesperas, et ad matutinas fiat memoria de martyre Primo et Feliciano. In tempore vero paschali ad primas vesperas cum hac antiphona. an. Lux perpetua luceat. maior versus. Preciosa est in conspectu domini. Alio vero tempore anni. an. Gaudent in celis anime iustorum vel. an. Isti sunt sancti versus. Letamini in domino. Oracio.

Hac nos quesumus domine sanctorum martyrum tuorum Primi et Feliciani semper festa sectari: quorum suffragiis protectionis tue dona sentiamus. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Ad matutinas tres prime lectiones de communi unius confessoris et pontificis fiant. R. vero in prima et in tercia nocte de communi unius confessor. pontificis. In paschali vero tempore. iii. lectiones de communi unius confes. et pontif. legantur. Extra tempus autem pasch. quando fiunt. ix. lectiones tunc. iii. medie lectiones de martyre. Lectio. iiii.

Gloriosissimi martyres primus et felicianus apud iulianum quod christiani essent accusati: iussi sunt in carcerem trudi, ubi ab angelo consolabantur. Post hec iussi sunt duci a militibus ad phanum herculis: et si sacrificare nollent: virgis cesi traderentur presidi civitatis occidendi. Tu autem domine miserere nostri. Lec. v.

Tunc preses iussit eos ad amphitheatrum duci: et duos leones ingentes ad eos dimitti: qui impetu currentes, ad pedes eorum volvere se ceperunt: similiter et ursi fecerunt. Tu autem domine. Lectio. vi.

Hec videntes qui aderant pene mille et quingenti viri crediderunt in christum. Quo viso: iussu presidis decollati sunt. Quorum corpora a christianis rapta, sepulta sunt ad arcus numentaneos: ab urbe roma miliario quartodecimo. Tres ultime Lectio. de expositione euangelii. Homo quidam peregre. Memoria de martyr. in tempore paschali. an. Lux perpetua. minor versus Preciosa est. Alio vero tempore an an. Istorum est enim. vel an. Laureuot stolas. v. Mirabilis. Oracio ut supra. Et cetera omnia ad utrasque vesperas et ad matutinas et ad alias ho. de communi unius confes. et ponti. prout tempori conveniat, dicantur cum oratione huius diei. Sancti barnabe apostoli.

Oratio.

Ecclesiam tuam quesumus domine beati barnabe apostoli tui commendet oratio: et pro ea interventor existat quam doctrina et passione illustrat. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Noue lec. fiat: invit. trip. Lectio. i.

Beatus barnabas: qui et ioseph ciprius genere, tertio post passionem domini anno: cum paulo apostolo, ad apostolatum vocante spiritu sancto elect9 est. Qui cum esset apud yconium cum paulo apostolo: apparuit ei per visum dominus iesus christus: dicens. Constans esto barnaba credendo: quoniam pro sancta deuocione qua reliquisti generacionem tuam pro nomine meo: premia recipies eterna.

Lectio secunda.

Cumque de yconio pertransissent antiochiam: angelica visio per noctem facta est beato paulo apostolo: dicens. Celeriter propera hierusalē: quia fratres tui valde prestolant adventum tuum. Quod cum beato barnabe retulisset: ait beatus barnabas. Quia voluntati dei contra dicere non expedit fiat voluntas dei.

Lectio. iii.

Obsecro igitur te vt ores ꝑ me ad dominum: vt decertatio mea acceptabilis sit in conspectu suo. Nunc enim propero cyprum: faciem tuam proh dolor vltra corporaliter non visurus.

Lectio quarta

Tunc procidit barnabas ad pedes pauli: flens amare: cuius dolori paulus compatiens ait Noli frater flere: misterio illud agitur. Positis autem genibus orantes et oscula sibi dantes adinuicem valefecerunt.

Lect quīta

Barnabas vero ascendens nauē: descendit laodiciam, decertans vt pergeret ciprum. Cum autem cyprū peruenisset: inuenit ibi tymonem ⁊ aristionē seruos dei. Timon autem vrebatur febribus. Cui cum man9 imposuisset beatus barnabas et sacrum euangelium per inuocationē saluatoris domini nostri ꝑdicasset: stati febris fugata est: ⁊ a deo corroborat9 apostolū secutus est. L. vi.

Uisitatis igitur et in fide confortatis parentibus suis: beatus barnabas exiuit a cypro: inde paphum trāsiturus. Sed obuians ei malignus iudeus nomine barieu quem beat9 paulus ad tempus visu priuauit, malicia motus: prohibuit eum ne introiret paphum. Proinde apostolus reuersus introiuit salaminam.

Lectio. vii.

Inuenitque apostolus in salamina sinagogam iudeorum: et ingressus cepit hortari ad fidem, ⁊ per euangelium mathei christi gratiam introduxit. Quod videns barieu seditione facta, comprehendi fecit apostolum. Et querebant illum tradere proconsuli ciuitatis: affligentes illum multis suppliciis et variis cruciatibus.

L. octaua.

Sed veriti nimium ne de manib9 eorū eriperet: ligantes funē in collo eius, nocturno tpe dilaceratum a sinagoga in hipodromum ptraxerunt. Post hec autē circundantes illum: igne crudeliter cremauerūt. Sicque beatus apostolus migrauit ad christum.

Lectio. ix.

Impii autē iudei non satiati de nece apli: zelo concitati, tulerūt corpus eius in locello plumbeo recludentes in mare ꝑcipitare disponebāt. Sed iohannes discipulus ei9:

nocturno tpe illo collocauit in cripta: q olim erat habitatio iebuseorum tcio idus iunii vbi diu latuit. Sed tpe gelasii pape eodem apso reuelante corpus eius inueniri permisit. Cetera de communi vnius apli.

¶ Sancto basilidis cirini, nabo. et naza. mar. Oratio



SAnctorum martirum tuorum basilidis, cirini, nabotis et nazarii: qs dne natalicia votiua resplendeant: et qd illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nre deuotionis accrescat. Per. ix. Lectio. fiant inui. dup. Lectio. i.

BEatus nazarius a scto clemente instructus et baptizatus est. Quem anolinus sub rabie persecutionis: q p neronem excitata est diu maceratam et afflictum in carcere cu bto puero celso quem ipe nutrierat, gladio feriri iussit. Quorum corpa xpiani furati, eccle kalendis augusti sepelierunt foras portam q dr romana in propriis ortis. Lectio. ii.

Btus ambrosius tpe honorii et archadii imperatorum: eos domino reuelante reppit: Patefcto aute sepulchro in quo corpus sacti nazarii iacebat q qn passus fuerat vsqz tunc tpis ignorabatur. Videbant sanguinem martyris ita recentem q pntes aderant: ac si eodem die fuisset effusus. Lectio. iii.

Caput etiam eius qd ab impiis fuerat abscisum ita integrum atqz incorruptum cum capillis capitis et barba repperierunt: vt videretur eodem tpe quo leuabatur locatum atqz compositum in sepulchro fuisse martirizatum. Quo leuato sctus eps pgens ad celsum: in eodem orto sepultum vtrosqz transtulit ad basilicam apsorum q est in roma. Inuenti autem et translati sunt pridie idus iunii: festiuitas vero eorum agitur quinto kalendas augusti de martyrio. Cetera de coi plu. martirum.

¶ Scti basilii epi. Oratio.



DEus qui btm basilium confessorem tuu doctorem precipuum catholiceqz fidei predicatorem eligere dignatus es: presta qs: vt ipso pro nobis intercedente a pctorum nrorum mereamur erui malis, et tibi dne sinceris mentibus seruire. Per. Tres le. cum inuita. simplici. ac. fiant de comuni vni9 confes. et ponti.

¶ Sctorum viti et modesti atqz crescen. martirum. Oratio.

COncede qs ops deus vt sanctorum martyrum tuorum viti modesti atqz crescentie quoru celebramus victorias participem9 et pmiis. Per. Tres le. fiant. Inuitat. dup. Lectio. i.

BEatus vitus in puerili etate maturus primo a pre suo sacrilego: vt a cultura dei discederet tentatus est. Deinde a valeriano iudice cathenis cesus: in cofessione xpi pmansit. Cumqz pater ei9 affligere eum penis meditaretur iussu angeli nauem ascendit: et comitantibus secum modesto atqz crescentia nutritoribus, ad tanagritorum territoriu deuenit. Lectio scda

Ubi filiam diocletiani a demonio vexatam: oratione curans multis donis promissis culturam diis impendere iubetur. Et cū sacrificare contemneret: cum modesto et crescentia missus est in carcerem: inde in ollam resina repletam et pice et plumbo. Lc. tercia.

Et egressis illis illesis dimissus est eis leo ferocissimus: q̄ mox ad pedes eorū mansuetus cecidit: Videns autem sacrilegus imperator scōs dei immobiles multitudineq̄ ppl'i ad xp̄m conuersam fecit eos in catasta extensos torq̄ri donec sp̄m exalarent. Quorum corpora florentia femina in loco q̄ dicit marin⁹ sepeliuit. cetera de coi plu. mar. Translatio sci richardi ep̄i et cōfes. ix. l. Oratio

Deus qui nos translationem beatissimi richardi confessoris tui atq̄ pontificis solenniter celebrare cōcedis: tribue nobis q̄s ei⁹ meritis et p̄cibus a mūdi huius trāsire miseria, et ad gaudia puenire celestia. Per. Eodē die ad. i. vs. aād matut. fiat mēo. de martiribus cirici et Julita matre eius. Oratio.

Exaudi nos dn̄e de⁹ n̄r: cū scōrū tuorū cirici et iulite matris eius tibi patrocinio supplicantib⁹: ut quorū celebram⁹ triūphū: possimus retinere cōstantiā. p. Ad mat. tres prime lc. de cōi unius cōfes. et pōti. et iii. vlt. lc. de martirib⁹. Lctō. iiii.

Hacto p̄secutiōe xp̄ianorū sub alexādro iperatore i partib⁹ orientalib⁹ p̄ses alexandro matronam quandam noīe iulitam cum filio suo cirico sibi p̄sētari iussit. Qui ait. Sacrifica diis anteq̄ ad tormenta ducaris Que respōdit. Nec diis tuis immolo: nec tormenta tua expauesco. Lectio. v.

Infans vero ciricus p̄mo blādimentis demulcet: deide minis exasp̄at. Sed ipse blādientē eque ut minātē deridens vehementer ces⁹ est. At ille erectis i celū oculis et puis manib⁹ expāsis: bn̄dicebat nomē saluatoris Preses iussit calcem cū aceto et sinapi i os ei⁹ mitti. Deinde pariter clauis cōfixi i carcerē eculeis occlusi missi sunt. Ubi circa quadringētos viros iulita ad fidē xp̄i cōuertit. Lc.

Tunc p̄ses iussit eos oēs capite plecti: et iulitā cū filio suo cirico excoriatā i lecto ereo assari. Post hec linguas eorum fecit abscidi: et ad ultimū capita eorū iussit amputari. Talisq̄ martirio aīe sciōrū societate sūt choris angelorū. Tres ultime lec. de expositione euangelii Homo quidā peregre. et. de coi uni⁹ cōfes. et pōtis.

Sanctorum marci et marcelliani fratrum et martirum. Oratio.

Presta q̄s om̄s deus, ut q̄ sanctorum martirum tuorū marci et marcelliani natalicia colimus, a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per. Inuitatoriū duplex. Lectio prima.

Sancti martyres xp̄i marcellian⁹ et marcus dū idolis sacrificare contemnerent: vincti in carcere positi sunt. Qui dū in cōfessione xp̄i perdurarent: capitalem iussi sunt subire sententiam: ea silicet condicione ut si sacrificiis consentirent: parentibus, coniugib⁹, filiis et facul-

talibus redderentur. Lectio.ii.
Parentes vero sctõꝝ impetratis sigita dierũ induciis: suaserunt eis vt sacrificarent. Sed cum te-nuissent: abo ad stipitē ligati sunt. Deinde pedibus clauis transfixis: in christi confessione stabant securi Lectio tertia.
Dicebat eis pfect⁹. Tā diu stabitis pedib⁹ fixis: donec diis sacrificetis Qui riserunt. Utinā nos tādiu sic esse pmittas, q̃ diu hui⁹ corporis te gimur indumētis. Tūc psallebāt inter se dicētes. Ecce q̃ bonum ꝛ q̃ iocun dum habitare fratres in vnum. Cū q̃ transisset vna dies ꝛ vna nox pseuerantes in psalmis: iussi sunt vbi stabant lanceis per latera trāsuer-berari, sicq; ad sideria regna migra uerunt. Sepulti sunt autem in via appia ab vrbe miliario scdo: q̃ voca tur ad arenas. ℟. Hec est vera fra-ternitas. ⁊c. de cõi plurimorũ mar.
¶ Sanctorum geruasii et protha-sii fratrum martyrum. Oratio.
Deus qui nos annua sanctorũ martyrum tuorum geruasii ꝛ prothasii solemnitate letificas concede propicius: vt quorum gau-demus meritis: accendamur exem-plis. Per. Tres lectiones fiant. Ad matutinas inuitatorium du-plex. Lectio.i.
Sanctorum geruasii et prothasii pater vitalis et mater valeria dicti sunt. Cum ab intestato sancti vitalis patris sui patrimonio suc-cessissent: cūa pauperibus erogan-tes seipsos in vno cenaculo incluse-runt: per decennium ieiuniis et ora-tionib⁹ vacantes. Quos vndecimo āno astachi⁹ comes iussit diis sacri-ficare: ne expeditio sua inaniter ce-lebraretur. Lectio secunda.
Geruasi⁹ dixit. Uictoriā a deo om-nipotenti requirere debes: non a simu lachris surdis et mutis. Iratus co mes iussit eum fustibus cedi: donec spiritū exalaret. Quo mortuo dixit prothasio. Miser et tu viuere stude Cui prothasius. Quis est miser ego qui te non timeo: vel tu qui me ti-mere probaris. Lectio tertia.
Audiens hoc comes iussit eum fu-stibus cedi: et dixit. Miser ꝛ super-be quare sic vis perire sicut probasti germanum tuū perisse? Et ait p thasi⁹. Tibi nō irascor: quoniā ce-cos oculos cordis tui attendo. Ira tus comes iussit eum capite plecti. Talicq; martyrio victor migrauit ad christū. Quorū corpora a quodā philippo eorū amico i sarcophago lapideo sepulta: postmodū nutu di-uino per beatuz ambrosiū mediola nēsē epm: ad basilicā ambrosii sunt trāslata. Tu autem domine misere re nostri. ℟. Hec est vera fraterni-tas. ⁊c. de cõi plurimorꝫ martirum
¶ Trāsla. sci edwardi re. ꝛ mr. or



Deus eterni triumphator imperii familiam tuam propicius respice transla tionem celebrantē regis edwardi: ꝛ presta: vt sicut illū mu-nere glorificare dignaris celesti: i-ta nos eius obtentu eterne felicita ti facias dignāter ascribi. Per. Ad matutinas. ix. lc. de alio fes. fiant: ni si sacre fuerit in. xl. tunc fiāt hic. iii.

lec. de cōi vni⁹ mar. & cetera cū inuit dupli. Quā hec transla. cum .ix. lec. hic celebratur: tūc dicatur. ad .i. ves. super ps ān. Iste sanctus. Cap. Beatus vir qui in sapien. Rm. Beat⁹ vir qui suf. Et tunc in festo alban in eadem ebdo. contingen. dr ad .i. ves. super psalmos ān. Beatus vir Cap. Iste sanctus. Quā hec translo sancti edwardi cum .ix. lec. celebrat tunc dicantur lec. seque. Lectio .i.

Sanctus edwardus in regni solio sublimatus: a rege regum domino in ōni via iusticie & veritatis dirigebat. Cuius auxilio fretus: magno ingenio animi & summa humilitate in dies crescebat. Nā nouit adepto honore mox pristine probitati suarum hec incrementa virtutum accumulabat. Lectio .ii.

Iuuenum videlicet & minus sapientum consilia postponere: dunstani archipresulis monita mente salubriter intendere: et secundum ei⁹ consilium & aliorum religiosorum spectabiliumqz virorum sua iudicia in omnibus exercere studuit. Tūc erat in anglia pacis tranquillitas: magnaqz rerum opulentia. Lectio .iii.

Sed totius bonitatis inimicus diabolus nouercam eius nomine alfrith: in odium ipsius concitauit Que zelo inuidie succensa: persumptuosa versutia cogitare cepit qualiter virum dei a regno extirparet: vt filius eius etheldredus in regno substitueretur. Lectio .iiii.

Quibusdam igitur consiliariis ppositum suum indicauit: orans et obtestans vt ei assensum preberent & quo ordine id fieret cogitarent. Qui protinus omnes in necem regis mitissimi consenserunt: & quō id perficerent meditabantur. Cōfirmato venerabili viro in regno cū iā trib⁹ annis et octo mensibus sceptro hereditario potiretur quadā die venandi grā in siluā accessit iuxta villam q̄ dicitur warhā: sicut modū gradis tūc habebatur. Lec. v.

Desiderans vero fratrem suum videre ad domum nouerce qui iuncta erat assumptis paucis profectus est. Et ecce subito in medio vie spacio hominibus suis videntium more huc illucqz dispersis: rex absqz vllo comite permansit. Tunc rex dolig narus ad domum nouerce sue nemine verens tendit. Qui cum appropinquaret nunciatum est regine impiissime regem edwardum illuc solum aduenire. Lectio sexta

Illa igitur ad explēda sue nequicie desideria adipisse tps idoneum gaudens: mox ei obuiam procedit, eūqz blāde & amabiliter ad hospitiū inuitat. Qui renuit et fratrem suum se velle videre denunciat. Tūc impiissima regina potum afferri iussit: vt dum rex potum gustaret ipsa qd cogitabat impleret. Interim vnus qui selcte maior erat ficta dilectione: pacis eni osculū offerebat vt oēm suspitionē auferēs eum facilius suffocaret. Qd & factū est. Nā cū rex potū a pincerna suscepisset et ori suo posuisset. is qui ei osculū iterat ex auerso stulēs: cultello mox eius viscera transfixit. Sicqz ca⁹

dei de equo cadēs spiritū exalauit. Tres vlti. lec. de expo. euā. Si quis venit. Cetera de cōi vnius marty.

Sancti albani pthomar. anglorum ad primas vel. Perceptur? Sup Magān. Aue prothomartyr anglorum miles regis angelorum o albane flos martyrum velut rosa vel lilium: funde preces ad dominū pro salute fidelium. Mag. Oratio.

Deus qui hunc diem beati albani martyrio cōsecrasti: tribue quesumus: vt cuius annuo gratulamur officio: eius cōtinuo foueamur auxilio. Per. Ad matutinas nouem lectiones Lectio prima.

Anno dominice incarnatiōis ducentesimo octogesimo sexto, dyocleciano i oriente et maximiano in occidente vastantib9 ecclesias dei in britānia passus est btūs albanus. De quo pbr̄ fortunat9 i laude virginum cum beatorū martyrum qui de toto orbe ad dominum venientium mentionem faceret: ait. Albanum egregium fecunda britannia profert. Lectio secunda.

Qui videlicet albanus adhuc paganus cum perfidorū principum mandata aduersum christianos seuirēt: clericum quēdā persecutores fugiētē hospitio recepit. Et cum eū orationibus ac vigiliis die noctuqꝫ studere conspiceret, mox diuina gratia repletus exemplum fidei ac pietatis illius cepit emulari. Et relictis ydolatrie tenebris christianus ex corde integro factus est. Lectio tertia

Post hec peruenit ad aures nephādi principis: confessorem christi apud albanum latere. Unde statim iussit milites eum diligenter inquirere. Quibus cum ad tugurium albani peruenissent: alban9 pro hospite ac magistro suo i veste hospitis scilicet caracalla, vltro se exhibuit. Lect. iiii.

Vinctusqꝫ perductus est ad iudicē, ea hora, qua aris astabat et demoniis hostias offerebat. Qui cum vidisset quod albanus vltro se pro hospite suo obtulisset: mox ira succensus iussit eum duci ad simulachrum dicens quod sacrilegum celare potius quam militibus reddere maluisti: quecunqꝫ illi debebantur supplicia tu soluere habes si a cultu nr̄e religionis discedere tētas. Lectio. v

Sanctus albanus accinctus armis militie spiritualis palam se iussis illius parere nolle pronunciabat. Cūqꝫ iussus sacrificare dixisset: sacrificia ista que demoniis offertis vobis nō possunt auxiliari: sed vos qui ea offertis inferni penas pro mercede accipietis: iudex iussit eum grauissime torqueri. Lectio sexta

Cum igitur tormentis a cultu christiane religionis reuocari nō posset: iussus est capite plecti. Qui cum duceretur ad locum martyrii: peruenit ad flumen loco vicinum: cuius pontem ita occupabat multitudo populi ad obsequium Martyris venientis. vt citra vesperam vix transire posset. Lectio. vii.

Sanctus igitur albanus cui ardēs inerat deuotio mentis ad martyrium accedens: ad torrentem sicco pede transiuit. Quod vidēns carnifex qui eum erat percussurus: p: o ec

fo ense ad pedes eius cecidit: deside
rans vt cũ eo pateret. Lec. viii.
Cum ergo deo dignus Albanus in
monte consisteret in quo nũc requies
cit in articulo sue passionis a deo a-
quam sibi dari postulauit. Statimq;
ante pedes eius fons perennis exor
tus est: vt omnes agnoscerẽt etiam
torrentem beato martyri obsequiũ
detulisse. Lectio nona.
Passus est autem beatus albanus
die decimo kalendas iulii: iuxta ciui
tatem veralanum: que nunc a gen-
te anglorum Werlanaicester: siue
walinguacester appellatur. Sed q̃
eum percussit: gaudere super mor-
tuum non est permissus. Nam ocu
li eius vna cum capite martyris in
terram ceciderunt. Decollatus est
etiam ibi miles ille qui nutu dei cor-
reptus sanctũ dei ferire recusauit.
In quo quidem loco redeunte tem-
porum christianorum serenitate ec
clesia mirandi operis est constructa
In quo videlicet loco vsq; ad hanc
diem curatio infirmorum: et frequẽ
tium operatio virtutum celebrari
nõ defuit. ℟. Percepturus, & cetera
de communi vnius marty. ¶ San-
cte etheldrede virginis non marty.
¶ Sciendũ est q̃ hoc fes. semp dica-
tur cũ iii. lec. & cum noc. vbicũq; ex-
tra do. vel oct. corporis xpi eue. oro.
Deus qui nos beate ethel-
drede virginis tue ãnua so
lẽnitate letificas: concede
pp'lo, vt eius adiuuemur meritis
cuius castitatis irradiamur exẽplis
Per dominum nostrũ iesum christũ
filiũ tuum: qui tecũ viuit et regnat

in vnitate spũs sancti. Lectio prima.
In illo tẽpe. Accepit rex egfri-
dus coniugẽ nomine ethel-
dredam filiam regis orienta
lium anglorum: quam ante illum
princeps australium girwiorum ha-
buit vxorem. Quo defuncto: data
est regi prefato. Cuius cõsortio cũ
duodecim annis vteretur: perpetua
virgo permansit. Lectio secunda.
Rex vero promisit wilfrido qui se
asserebat esse testẽ virginitatis eius
terras et pecunias si regine posset
suadere eius vti connubio: quia scie
bat q̃ nullum plus eo dilexit. Sed
cum beata virgo continuis precib'
vix a rege impetrasset vt seculi cu-
ris relictis regi christo deseruiret: ip
sa mox intrauit monasterium ebbe
abbatisse amice regis egfridi, accep
to velamine sanctimonialis habit'
Post annum vero apud ely abba-
tissa est effecta: ibi virginum deo de-
uotarum mater virgo et exemplis
esse cepit et monitis. Lectio iii.
Nec etiam pannis lineis tantum
vtens calidasq; balneas spreuit: ra
ro plusq̃ semel in die comedit. Gra
uata tandem maxille tumore et do
lore colli: post annos septem ex quo
abbatisse susceperat officium, red-
didit deo spiritum, cui successit sex-
burga soror eius. Cumq; sexdecim
annis fuisset sepulta: corpus eius
omnino incorruptum intra ecclesiã
est trãslatum: vbi vsq; hodie in ma-
gna veneratiõe habetur. ℟. Regnũ
mũdi. Ad laudes. Capitulum. Qui
gloriatur, & cetera de communi vni-
us virginis non martyris.

¶ In vigilia sācti iohannis bapti‑ ste. ad primas vesperas. añ. Desce dit angel⁹ domini ad zachariā dicēs Accipe puerum in senectute tua: et habebit nomen iohannes baptista Psalmi feriales. ¶ Capitulum. Hiere mie primo.

Priusq̄ te formarē i vtero no‑ ui te: et anteq̄ exires de vul‑ ua sanctificaui te, et prophetam in gentibus dedi te. ℟m. Inter natos mulierum non surrexit. Hymnus.

Ut queant laxis resōare fibris, mira gestor̄ famuli tuor̄ū: sol‑ ue polluti labii reatū sācte iohānes Nuncius celso veniens olympo: te patri magnum fore nasciturum: no men et vite seriē gerēde, ordie pmit Ille promissi dubius superni, per‑ didit prompte modulos loquele: sed reformasti genitus perempte, orga na vocis.

Uentris obtruso posit⁹ cubili, sen‑ seras regem thalamo manentē: hinc parens nati meritis vterq̄, abdita pandit.

Laudibus ciues celebrant super‑ ni, te deus simplex pariterq̄ trine: supplices et nos veniam precamur parce redemptis. Amen. ℣. Fuit ho mo missus a deo. ℟. Cui nomē erat iohannes. añ. Ingresso zacharia tē plum domini: apparuit ei angelus stans a dextris altaris incensi. ps. Magnificat. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus vt familia tua per viā salutis incedat: et beati Johannis precursoris christi hortamenta sec‑ tando, ad eum quem predixit secura perueniat dominum nostrum.

Si hoc fiat infra oct. corporis christi vel trini. eue. nulla fiat mēo. de oct nisi fiāt cum reg. cho. tunc fiat mēo. de oct. et tunc eat pr. ad altare sācti iohannis cum cerofe. et thuri. et pue‑ ro librum deferente sine cruce can‑ tando. ℟. Tu puer. cum suo. ℣. Dum ℣. canit thurificet sacer. altare. Dei de dicat sacer. ℣. Gloria et honore. orō.

Sancti iohis baptiste et martyris tui dñe q̄s venerāda festiuitas sa lutaris auxilii nobis prestet effectū p. In redeundo de ista matta. ad cō‑ ple. oīa fiant sicut i fes. scē trini. Ad mat. inui. Regem precursoris dñm Uenite adoremus. ps. Ueñ. Hy⁹.

Antra deserti teneris sub an nis ciuiū turmas fugiēs pe tisti: ne leui saltē maculare vitā fa‑ mine posses.

Prebuit hyrtū tegimē camel⁹ artu bus sacris strophium bidētes: cui la tex haustū sociata pastū mella locu

Ceteri tantū cecinere vatū (stis. corde presago iubar affutur̄ tu q̄dē mundi scelus auferētē indice pdis.

Non fuit vasti spaciū per orbis san ctior quisq̄ genitus iohanne: qui ne phas secli meruit lauātem, tingere limphis. Laudibus ciues. ¶ In .i. nocturno. añ. Priusq̄ te formarē in vtero noui te: et anteq̄ exires de vē tre sanctificaui te. ps. Beatus vir. añ. Ad oīa que mittā te dicit dñs i‑ bis ne timeas: et que mādauero tibi loqueris ad eos. ps. Quare fre. añ. Ne timeas a facie eorum: quia ego tecū sum dicit dñs. ps. Dñe quid multi.

V. Gloria et honore coro. R. Et constituisti eum super ope. &c. Lectio. i.

Natalem sancti iohannis fratres karissimi celebramus diem: quod nulli umquam sanctorum legimus fuisse concessum. Solius enim domini et beati iohannis dies natiuitatis in vniuerso mundo celebratur et colitur. Istum enim sterilis peperit: illum virgo concepit. In helizabeth sterilitas vicitur in beata maria conceptionis consuetudo mutatur. Helizabeth virum cognoscendo filium genuit: maria angelo credidit et concepit. R. i Fuit homo missus a deo cui nomen iohannes erat hic venit vt testimonium perhiberet de lumine. Et parare domino plebem perfectam. V. Erat iohannes in deserto predicans baptismum penitentie. Et parare. Lectio. ii.

Magnus igitur iohannes: cuius magnitudinis saluator testimonium perhibet dicens. Non surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista: precellit cunctis, eminet vniuersis. Antecedit prophetas: super greditur patriarchas. Et quisquis de muliere natus est: inferior est iohanne. R. ii. Gabriel archangelus apparuit zacharie: dicens nascetur tibi filius, nomen eius iohannes vocabitur. Et multi in natiuitate eius gaudebunt. V. Erit enim magnus coram domino: vinum et siceram non bibet. Et multi in natiui. Lectio. iii.

Dicit fortasse aliquis: si inter natos mulierum nemo maior iohanne est: iohannes maior est saluatore, absit. Iohannis enim natus est mulieris christus autem virginis, ille corruptibilibus sinibus effusus est: iste in pollute vulue flore progenitus. R. iii. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis ante faciem domini Parare vias eius. V. Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissione peccatorum eorum. Para. Gloria. Para. In iii. noc. an. Misit dominus manum suam et tetigit os meum: et prophetam in gentibus dedit me dominus. ps. Cum inuocarem. a. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te super gentes et regna. ps. Uerba. a. Dominus ab vtero vocauit me de ventre matris mee recordatus est nominis mei. ps. Domine dominus noster. V. Posuisti domine super caput eius. R. Coronam de lapide precioso. Lectio quarta

Premissus est enim iohannes velut vox ante verbum: lucerna ante solem preco ante iudicem, seruus ante dominum: amicus ante sponsum. Nisi enim dominus et saluator noster qui est verbum lumen prius beatum iohannem veluti lucernam premitteret: claritatem eius totus mundus sustinere non posset. Tu autem. R. iiii. Iohannes vocabitur nomen eius vinum et siceram non bibet. Et multi in natiuitate eius gaudebunt. V. Ipse preibit ante dominum in spiritu et virtute helye. Et multi in natiuitate. Lectio. v.

Premittitur ergo iohannes sicut nuncius ante principem: sicut dicit dominus per prophetam. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te. Hic etiam iohannes cunctis mortalibus antefertur: dicente domino. Non surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista. R. v. Ipse preibit ante illum in spiritu et virtute hely Ut conuertat corda pa-

trum in filios et incredulos ad pru dentiam iustorum parare domino plebem perfectam. ℣. Erit enim mag nus coram domino: et spiritu sancto replebitur. Ut convertat corda pa trum in filios et incre. Lectio. vi. Quã pulchre dicit Inter natos mu lierum iohanne non est maior: quia ille oibus modis maior erat iohãne qui natus est de virgine. Nos ergo fratres illius adiuti suffragiis: mũ demus nos ab omni inquinamento carnis et spũs, quatenus sicut de il lius hodie nativitate gaudem⁹: ita de nostra resurrectione gaudere me reamur. ℟. vi. Helizabeth zacharie magnũ virũ genuit iohãnẽ baptistã precursorẽ dñi. Qui viã dño prepa ravit in heremo. ℣. Fuit homo miss⁹ a deo: cui nomen erat iohannes. Qui. Gloria pa. Qui. ¶ In. iii. noc. ã. Po suit os meũ dñs quasi gladiũ acutũ sub umbra man⁹ sue ptexit me. ℣. In dño cõfido. ãn. Formans me ex ute ro servũ sibi dñs in lucẽ gentium: ut sit salus eius ab extremis terre. ps. Domine quis habi. añ. Reges vide bunt et consurgent principes: et ado rabunt dominũ deũ tuũ qui elegit te ps. Bonum est cõfiteri do. ℣. Iust⁹ ut palma florebit. ℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

¶ Secundum Lucam primo

In illo tpe. Helizabeth imple tũ est tps pariendi, et peperit filium. Et audierũt vicini et cogna ti ei⁹: quia magnificauit dñs miaz suam cum illa: et congratulabantur ei. Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbiteri. Lectio septima

Precursoris dñi nativitas sicut sa crã lectionis euãgelice prodit hysto ria: multa miraculorũ sublimitate refulget: quia nimirum decebat ut ille quo maior inter natos mulierũ nemo surrexit, maiore pre ceteris sã ctis in ipso mox ortu virtutum iuba re claresceret. ℟. Innuebant patri eius quem vellet vocari eum: et po stulans pugillarem scripsit dicens. Johannes est nomen eius. ℣. Aper tum est os zacharie: et prophetauit dicens. Johannis est no. Lectio. viii.

Senes vero ac diu infecundi parẽ tes de suo nobilissime prolis exul tant. Ipsi patri quem incredulli tas mutum reddiderat: ad salutan dum nove preconẽ gratie os et lin gua reseratur. Nec solum facultas deum benedicẽdi restituitur: sed de eo etiã prophetãdi virtus augetur. Tu autem domine. ℟. Precursor domini venit: de quo ipse testatur. Nullus maior inter natos mulie rum, iohanne baptista. ℣. Hic est e nim propheta et plusq̃ propheta: de quo idem ait. Null⁹ maior inter na tos mulierum, iohãne baptista. Lec.

Unde merito sancta per or bem ecclesia que tot beatorũ martyrum victorias qui ingressum regni celestis meruere frequẽtat hu ius solũmõ nativitatem post domi ni etiam natalis diem celebrare con sueuit. Quod nullatenus sine euan gelica auctoritate in cõsuetudinem venisse credẽdum est. Dixit ei ange lus. Johães vocabitur. ix. ℟. Inter natos mulierum non surrexit ma ior iohanne baptista. Qui viam dño

R. iiii.

preparauit In heremo. ℟. Fuit homo miss' a deo cui nomē iohānes erat. Qui. Gl'ia. In ℣. Fuit homo miss' a deo. ℟. Cui no. In lau. añ. i

Elizabeth zacharie magnū virūgenuit iohānē baptistā precursorē dñi ps. Dñs reg. a. 2. Innuebāt patri ei' quē vellet vocari eū, et scripsit dicēs iohānes est nomē ei'. ps. Jubilate. a. Johānes vocabit nomē ei': et i natiuitate ei' multi gaudebūt. ps. Deus de'. a. 4. Johānes est nomē ei': vinū et sicerā nō bibet, et multi in natiuitate eius gaudebunt. ps. Bñdicite. a. 5 Iste puer magn' corā dño: nam et manus eius cum ipso est. ps. Laudate. Capitulum. Esaie. xlix.

Audite insule et attendite populi de longe, domin' ab vtero vocauit me: de vētre matris mee recordatus est nominis mei. Hy'.

O Nimis felix meritiqz celsi nesciens labem niuei pudoris, prepotens martyr heremique cultor, maxime vatum.

Serta terdēis alios coronāt aucta cremētis duplicata quosdā trina centeno cumulata fructu te sacer ornāt

Nunc potēs nostri meritis opimis pectoris duros lapides repelle, asperum planans iter et reflexos, dirige calles.

Ut pius mundi sator et redemptor mētib' pulsa luuione puris rite dignetur veniēs sacratos, ponere gressus. Laudib' ei. ℣. Iust' ger. Deinde incipiat ān. sup Bñdict', ab aliquo de superiori gradu: et prantet a cho. vsqz ad hoc verbum Bñdictus, anteqz intonetur ps. a. Apertum est os zacharie et pphetauit dicens: benedictus deus israel. ps. Bñdictus. Oratio.

Deus qui psētē diē honorabilē nobis i beati iohānis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualium gratiā gaudiorū: et oīuū fideliū mētes dirige i viā salutis etne. p.

Ad .i. ā. Helizabeth. ps. De' in no. Gras. p. Quicūqz. Si hoc fes. infra octa. trini. cōtige. tunc dicatur super ps. Quicunqz. an. O beata et bñdicta. Ad .iii. ā. Innuebāt. ps. Legē po. Cp. Audite insu. ℟. et ℣. de cōi vnius mar. ad oēs horas dñr. Ad .vi. ā. Johānes. ps. Defecit. Capit. esa. xlix.

Hec dicit dominus formās me ex vtero seruū sibi: dedi te in lucē gētiū, vt sis salus mea vsqz ad extremū terre. Ad .ix. ā. Iste puer. ps. Mirabilia. Capitulum. Esaye. xlix.

Reges videbūt et cōsurgēt principes: et adorabūt dñm deū tuū et sctm israel qui elegit te. Ad .2. vs. ā. Elizabeth. ps. fer. cp. Audite insu. ℟. Tu puer. hymnus. Ut queant. ℣. Fuit homo. añ. Factum est in die octauo venerunt circūcidere puerū: et vocabāt eū noīe pris sui zachariā, et respōdēs mater eius dixit nequaquam sed vocabitur iohannes. ps. Mag. oro. Deus qui presen. Quotidie p oct. qñ fit ser. de sctō iohē. Ad mat. inui. hy'. ā. ps. ℟. et ℣. sicut i die ℟. et ℣. secūdum ordinē noc. dñr: ita tamē qȝ ℟. Priusqz. erit tertiū ℟. etiā i do. infra oc. i. ii. noc. qñ med. l. fiūt de. s. iohan.

Secunda die. Gl'ia et ho. lc. i.

Exultatiōē presētē fratres beati venerādi iohānis baptiste gemina natiuitas cōsecrauit: quid circo i

hoc seculo superna pietate directus est: vt non solum ipse prophetali sci=entia sublimaretur: sed vt omnium p=phetarũ per eum preconia firmarẽ=tur. ℟. Fuit hõ missus. Lectio. ii.
Nec immerito illum precipuo vene=ramur honore: qui spirituali gratia ob hoc redemptorem mundi nouis=simus prophetauit, vt eum primus ostenderet. ℟. Gabriel. Lectio. iii.
Veniente dño ad baptismũm sicut refert euangelium: beatus iohãnes baptista huiusmodi prorupit in vo=cem. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. ℟. Priusq̃ te forma=rẽ in vtero noui te. Et anteq̃ exires de ventre sanctificaui te. Et prophe=tam in gentibus dedi te. ℣. Ad omnia quo mittã te ibis: et q̃ mãdauero ti=bi loqueris ad eos. Et anteq̃. Gloria Et prophe. p. Te deũ. ℣. Fuit homo In laud. hec sola. ã. Helizabeth. ps. Dñs regna. cp. Audite insule. Hy. O nimis felix. ℣. Iust⁹ germi. ¶ De sequentibus ãe. dicant intra oct. ad ve=speras et ad mat. super ps. Magni. et Benedictus. vel ad mẽo. de sctõ io=hanne: cum de aliquo sctõ fit serui=tium: cum repetitione eat vnde in: et semper cum hoc ℣. Fuit homo. Dei=de dicantur mẽo cõsuete qñ oct. sunt sine regimine chori. ãn. Internatos mulierũ nõ surrexit maior iohanne baptista. Tu puer, pphetaaltissimi vocaberis preibis ãte dñz parare vias ei⁹. Puer q̃ nat⁹ est nobis plusq̃ ppheta est: hic est eni de quo salua=tor ait iter natos mulierũ nõ surrex=it maior iohãne baptista. ã. Ex vte=ro senectutis et sterilis iohãnes na=tus est precursor dñi ãn. Pro eo q

nõ credidisti verbis meis eris tacẽs et nõ poteris loqui vsq; in diem nati=uitatis eius. Et tunc semper dicitur ad mẽoriã hic ℣. Fuit homo tam ad vespas q̃ ad matu. cum hac oone. Deus qui presentem. Deinde fiat mẽo. de cruce: de scã maria et de om=nibus sanctis: quia oct. sunt sine re=gimine chori. Ad. i. ãn. Helizabeth. ps. De⁹ in no. Ad. iii. et ad alias ho=ras ãn. cp. et. ℟. et ℣. cũ oratione: si=cut in. i. die dicant. ¶ Sanctorũ io=hãnis et pauli marty. Ad vesperas ãe. et ps feria. Capitulũ Eccle. xliiii.
Hi sunt viri misericordie quo=rum iusticie obliuionem nõ acceperunt: cum semine eo=rum permanẽt bona, hereditas san=cta nepotes eorum Hy⁹. Sanctorũ meritis. ℣. Letamini in dño. ã. Iste sũt due oliue et duo cãdelabra lucẽtia ante dñm: habent potestatẽ claude=re celũ nubibus et aperire portas e=ius, quia lingue eorum claues celi fa=cte sunt alleluya ps. Mag. Oratio
Quesum⁹ omnipotẽs de⁹: vt nos geminata leticia hodi=erne festiuitatis excipiat q̃ de beatorũ iohãnis et pauli glorifica=tione procedit, quos eadem fides et passio vere fecit esse germanos. p. Mẽo. de sctõ iohẽ. ã. Tu puer ℣. Fuit homo. oõ. Deus qui presentẽ. Dein=de dñr mẽo. cõsuete. Ad cõpl. cia fiet sicut in dñicis simplicibus per esta=tem. Ad mat. inui. Mirabilem. ps. Venite Hy⁹ Sanctorum meritis. ae. et ps. de cõmuni plurimorũ mar. ℣. Letamini in dño. Tres lectiões fiant sine regimine chori. Lectio. i.

I Mpiissimo iuliano cesare imperatore facto: peruenit ad eum quod paulus et iohannes omni die christianos reficerent in domibus suis. Quos conuenit coram se dicens eos sibi adherere debere. Qui dixerunt Quia dereliquisti religionem virtutibus plenam: et secutus es omnem iniquitatem, a te discessimus: et a societate imperii tui nosmetipsos abstraximus. Tu. ℟. Paulus et iohannes dixerunt ad iulianum: nos vnum deum colimus. Qui fecit celum et terram. ℣. Non tibi preponimus personam qualemcunque: deum tibi preponimus. Qui fecit. ℟. ii.

T Unc ait iulianus: Si contemptus fuero a vobis: necesse michi erit agere vt cotemni non possim. Paulus et iohannes dixerunt Non preponimus tibi personam qualemcunque: deum tibi preponimus. Contemnimusque tuas amicias ne in inimicicias eterni dei incurramus. ℟. 2. Beati martyres christi iohannes et paulus dixerunt iuliano: nobis autem alius non est: nisi vnus deus. Pater et filius et spiritus sanctus. ℣. Unus spiritus et vna fides erat in eis. Pater et filius. Lectio tercia.

M Isit ergo iulianus therentianum: qui eos si sacrificare nollent: decollaret. Qui ait. Nisi sacrificaueritis ambo vos interficiam. Iussitque foueam fieri intra domum eorum: et cum eos decollari fecisset statim in eam reposuit eos: quasi iussu cesaris missi fuissent in exilium. ℟. 3 Paulus et iohannes dixerunt ad therentianum si tuus dominus est iulianus. Habeto pacem cum illo. Nobis non est alius nisi dominus iesus christus. ℣. Semel enim a facie dei proiectus vult et alios secum in interitum deuenire. Habeto. Gloria. Nobis. Justi autem imperpe. In lau. an. i.

P aulus et iohannes dixerunt iuliano: nos vnum deum colimus, qui fecit celum et terram. ps. Dominus regnat. ii. an. Paulus et iohannes dixerunt ad therentianum: si tuus est dominus iulianus, habeto pacem cum illo: nobis alius non est nisi dominus iesus christus. ps. Jubilate. 3. an. Johannes et paulus cognoscentes tyrannidem iuliani: facultates suas pauperibus erogare ceperunt. ps. Deus deus meus. an. 4. Sancti spiritus et anime iustorum himnum dicite deo in eternum. ps. Benedicite an. 5. Johannes et paulus dixerunt ad gallicanum fac votum deo celi: et eris victor melius quam fuisti. ps. Laudate. Capitulum. Hi sunt viri. Hymnus. Rex gloriose martirum. ℣. Mirabilis deus. an. Beati martyres christi iohannes et paulus dixerunt iuliano: nobis autem alius non est nisi vnus deus pater et filius et spiritus sanctus alleluia. Oratio. Quesumus omnipotens deus. Memoria de sancto iohanne baptista an. Puer qui. ℣. Fuit homo missus Oratio. Deus qui presentem. Deinde dicitur memoria consuete. Ad primam. an. Paulus et iohannes. ps. Deus in nomine an. Gloria tibi trinitas. ps. Quicunque. Capitulum Ad. i. i. an. Paulus. ps. Legem pone. Capitulum Hi sunt viri. ℟. et ℣. De communi plurimorum martyrum ad omnes horas dicantur.

¶ Ad .vi. añ. Johannes et paulus ꝓ. defecit. Cp. Ecclesie. xliiii.

Corpora sanctorum in pace sepulta sunt: et viuent nomina eorum in eternum. ¶ Ad .ix. añ. Johannes et paulus .ꝓ. Mirabilia Capitulum. Ecclesiastici. xliiii.

Sapientiam sãctorũ narrabũt oẽs populi et laudẽ eorũ pronunciat omnis ecclesia sanctorum.

¶ Si hoc fes. in sabba. cõtige. totũ fiat seruit. de fes. et fer. vi. precedenti fiat cõmẽo. beate marie: nisi quando hoc fes. infra oct. corporis christi vbi cũ regimine chori celebrantur euen. Si vero hoc fes. sanctorũ iohãnis et pauli in do. vel infra octa. corporis christi vbi celebrãtur cum regimine chori euene. hoc modo fiat seruitiũ. ¶ Ad .i. vel. super ꝓs ã. Sancti per fidem. psalmi feriales. Cpm. Hi sũt viri. ℟. Paulus et iohãnes dixerũt Hymnus. Sanctorum meritis. ℣. Letamini in dño. Añ. Isti sũt. Oro. Quesumus oĩpotens. Memoria de sancto iohãne baptista. a. añ. Tu puer Deinde fiat memoria de do. et trini et processio ante crucem. Ad matut. ix. lec. fiant tres prime lec. cũ tribus primis ℟us. de .i. noct. hys. cõis plurimorũ martyrũ et tres medie lc. de sancto iohanne baptista cũ ℣. et ℟ de primo nocturno ita tamen q. ℟ Priusq̃ te forma. erit. vi. ℣. Sed si hoc fes. itra octa. corporis christi vbi dicte oct. cũ regimine chori celebrã tur euene. tũc med. lc. erunt de ipsis octa. corporis christi: et de oct. sãcti iohãnis fiet tãtũ mẽo. Ultime vero lec. legãtur de proprietate sanctorũ iohannis et pauli: que habẽtur cum ℟is. et ℣. suppra scriptis et lau. et az cũ hoc ℣. ante lec. in .iii. noct. scilicet Iustorum anime. et cũ aña. Te iure super ꝑm Quicunq;. Ad .ii. vesp. Si do. fuerit super ps. añ Paulus et iohannes. ℟ Dixit dñs. et ceteri pñicales. Cp. Hi sunt viri. Hi. Rex gloriose marty. Mirabilis deus. ã Absterget de9 vs. Magnificat. Or Quesumus oĩpotẽs deus. Mẽo. de sctõ iohãne. ã. Ex vtero ℣. Fuit ho. Oro. vts. Deinde fiat mẽo. de do.

¶ Dñica que infra octa. sancti iohãnis baptiste. varie cõtige. si a fes. vacaue. fiant medie lc. de sancto iohanne baptista, sin autẽ fiat de eo tantũ mẽo. nisi i die apostolorũ petri et pauli: nam tunc nulla fiat mẽo. Tamen in die sancti iohannis et pauli si do. fuerit fiant de die lectiones de sancto iohanne: vt supra dictum est.

Quarta die infra octa. Lectio pria.

Beatus iohannes baptista cuius nunc festiuitate letamur celestia mũdo gaudia sterili ab vtero hodie natus inuexit. Hic et nasciturũ dñm prophetalis spũs illuminatione preuidit: et natũ priuilegio gratie singularis ostendit. Lectio .ii.

Deniq; helizabeth illa vet9 mulier et noua mater: que ante partum suũ de futuri filii letabatur officio, veniente autẽ ad se beata maria: in ipso salutaciõis occursu; ait. Ecce vt vox salutatiõis tue facta est in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Lectio tercia.

Vere hic beatissimus omniũ paruulorũ: qui intra viscera adhuc mater

na conclusus: adesse saluatorē mundi, quia necdū sermone poterat prophetali spiritu reuelabat. Et cetera vt supra notatū est. ¶ Sancti leonis pape et confessoris. Oratio.



Deus qui beatum leonem pontificem sanctorum tuorum meritis coequasti: cōcede propicius: vt qui commemorationis eius festa percolimus: vite quoque imitemur exempla. Per dominum nostrum iesum. &c.

Memoria de sancto iohanne. ān. Inter natos. ℣. Fuit homo. Orō. vt s. et ad matu. iii. lc. cū noct. Ubicunque extra do. vel oct. corporis christi euenit. omnia fiant de fes. vsque ad missā que erit de vigilia. Lectio. i.

Leo iunior natione sicul⁹ ex patre paulo sedit paupatus cathedra mensibus decem: diebus vero decē et septem. Hic leo fuit vir eloquentissimus: et in diuinis scripturis sufficiēter instruct⁹. Suscepit sextam sinodum intra regni palatium constantini magni tunc viuētis. In qua condēnati sunt heretici: qui dixerunt vnam tantam esse voluntatē et operationem in christo. Lectio. ii.

Huius beati pape tēporibus restituta est ecclesia rauēne sub ordinatiōe sedis apostolice: vt a defuncto archiepiscopo qui electus fuerat iuxta antiquam consuetudinē venit romam cōsecrandus. Lectio tercia.

Hic etiam fecit cōstitutum quod in archiuo ecclesie romane continet, vt qui ordinandus fuerit archiepiscop⁹ nullam consuetudinem pro vsu pallii aut diuersis eccl'ie officiis persoluere debeat. Hic sepultus est ad beatum petrum apostolū: sub die quarto kalendas iulii. Memoria de sancto iohanne. ān. Tu puer. ℣. Fuit homo. Orō vt s. Cetera oīa ad ves. et ad matut. et ad hor. de cōi vni⁹ confes. n. pōti. ¶ In vigilia apostolorum petri et pauli ad vesperas sup pos. ān. Quem dicunt homines esse filium hominis: dixit iesus discipulis suis, respondens petrus dixit: tu es christus filius dei viui: et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petrā edificabo ecclesiam meam. pi. ... Cpm. Actuum. xii.

Petrus quidem seruabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deū pro eo. ℟. Cornelius centurio vir religiosus ac timens deum: vidit manifeste angelum dei dicentem sibi. Corneli mitte et accersi simonem q cognominatur petrus. Hic dicet tibi quid te oporteat facere. ℣. Cum orasset cornelius nondum in christo renatus: apparuit ei angelus dicēs. Corneli. Gloria pa. Hic dicet. Hym⁹.

Aurea luce et decore roseo, lux lucis omne perfudisti seculum, decorans celos inclito martirio: hac sacra die que dat reis veniā.

Ianitor celi doctor orbis pariter iudices secli vera mūdi lumina, per crucem alter: alter ense triumphans vite senatum laureati possident.

Iam bone pastor petre clemens accipe vota precantum, et peccati vincula resolue tibi potestate tradita, qua cunctis celum verbo claudis aperis.

Doctor egregie paule mores istrue et mente polum nos transferre sata

ge: donec perfectū largiatur plen⁹ euacuato, quod ex parte gerimus. Olim bine pietatis vnice fide deuotos, spe robustos, maxime fonte repletos caritatis gemine: post morte carnis impetrate viuere. Sit trinitati sempiterna gloria honor potestas atq; iubilatio in vnitate cui manet imperium: ex tunc et modo per eterna secula. ℣. Tu es petrus. An. Beatus petrus apl's vidit sibi christū occurrere adorans eum et ait domine quo vadis? venio romam iterum crucifigi. Ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui nos beatorū apostolorum tuorū petri et pauli gloriosa natalicia ꝑuenire concedis: tribue quesumus: eorum nos semper et beneficiis preueniri et orationibus adiuuari. Per dn̄m. Nulla penitus memoria de sancto iohanne ad has vesperas, nec ad matuti. nec ad. ii. vesp. nisi octa. fiunt cū regimine chori. Ad cōpletoriū omnia fiant sicut in festo sancte trinitatis. Ad matu. Inuita. Christū regē regum adorem⁹ dn̄m. Qui martirio crucis beatum glorificauit petrum apostolum. Ps. Venite exul. Hy⁹. Aurea luce et decore ro. ¶ In primo nocturno. An. In plateis ponebantur infirmi in lectulis vt veniente petro: saltem vmbra illius obumbraret quemq; illorum: et liberarentur ab infirmitatibus suis Ps. Celi enarrant. An. Ait petrus principibus sacerdotum: iesum quē vos interemistis suspendentes in ligno hunc deus suscitauit et principem ac saluatorem exaltauit ad dandā penitenciam in remissionē peccatorum

ps. Benedicam. An. Petrus apostol⁹ dixit paralitico: enea, sanet te dominus ies⁹ christ⁹ surge et sterne tibi: qui continuo surrexit: et omnes q̄ videbant conuersi sunt ad dominum Ps. Eructauit cor meū. ℣. In omnē terrā exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eorū. Lc. i.

Omnium quidem solēnitatum sanctarum dilectissimi totus mundus est particeps: et vni⁹ fidei pietas exigit vt quicquid pro vniuersorum salute gestum recolitur communibus vbiq; gaudiis celebretur. Verumtamen hodierna festiuitas preter illam reuerentiam quam toto orbe terrarum promeruit specialli et propria romane vrbis exultatione veneranda est. Ut vbi precipuorum apostolorum glorificatus est exit⁹ ibi in die martyrii eorum sit leticie principat⁹. ℟. Simō petre antequā de naui vocarē te noui te: et super plebē meā principē te cōstitui. Et claues regni celorum tradidi tibi. ℣. Quodcūq; ligaueris super terram, erit ligatum et in celis: et quodcūq; solueris super terram, erit solutū et in celis. Et claues regni celorum tradidi tibi. Lectio secunda.

Isti sunt viri ꝑ quos tibi euangeliū xp̄i roma resplēduit. Et q̄ eras magistra erroris: fctā es discipula v̄itatis Isti sunt patres tui veriq; pastores qui te regnis celestibus inserendam multo amplius multoq; felicius cōdiderunt, q̄ illi quorū studio prima menium tuorum fundamenta locata sūt. ℟. ℣. Ego ꝓ te rogaui petre. Ut non deficiat fides tua. Et tu aliq̄n cōuers⁹ cōfirma fratres tuos. ℣. Simō

ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum: ego autē rogaui pro te. Ut non deficiat fides. Lui
Isti sunt qui te roma ad hanc gloriam prouexerūt vt gens sancta populus electus: ciuitas sacerdotalis et regia per sacram beati petri sedē caput orbis effecta latius presideres religione diuina ꝙ dominatiōe terrena. ℣. Si diligis me symō petre pasce oues meas: dñe tu nosti q̄a amo te. Et animā meam pono ꝓ te. Si oportuerit me mori tecū: nō te negabo. Et. Glia. Et animā. In .ii. noc an. Factum est vt quedam discipula nomine thabita plena operibus bonis et elemosynis īfirmata moreret: miserūt autē discipuli ad petrū rogātes ne pigriteris venire vsq; ad nos. ps. Oēs gentes. āu. Adueniente petro circundederunt illum omnes vidue flentes et ostendētes tunicas et vestes quas faciebat illis dorcas ps Exaudi deus deprecationē meā. ān. Ponens petrus genua sua orauit et conuersus ad corpus dixit thabita surge, at illa aperuit oculos : et viso petro recedit dansq; illi manū erexit eam et sanctis ac viduis assignauit viuam. ps Exaudi deus orationem. ℣. Constitues eos principes. Lectio quarta.

CUm duodeci apostoli per spiritum sanctum omnium locutione linguarum imbuendum euangelio mundum: distributis sibi terrarum partibus suscepissent : beatissimus petrus princeps apostolorū ad arcem romani destinatur imperii vt lux veritatis que in omniū gentium reuelabatur salutem: efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. ℟. iiii. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. ℣. Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum et in celis: et quodcunq; solueris super terram erit solutum et in celis. Et tibi dabo claues regni celorum. Lectio quinta.

AD hanc igitur vrbem tu beatissime petre apostole venire nō metuis et consorte glorie tue paulo apostolo aliarum adhuc ecclesiarum ordinationibus occupato siluam istam frementium bestiarum et turbulentissime profunditatis oceanum: constātior ꝙ cum super mare ambulās graderetis ingrederis. ℟. v. Tu es pastor ouium princeps apostolorum tibi tradidit deus omnia regna mundi. Et ideo tradite sunt tibi claues regni celorum. ℣. Tibi enim a domino collata est potestas ligandi atq; soluendi. Et ideo. Lectio sexta

Nec etiam mundi dominam romā petere times qui in cayphe domo vocem sacerdotis ancille expaueras. Uincebat ergo materiam formidinis vis amoris. Nec estimabas terrori cedendum dum horū saluti consulens quos susceperas diligendos. Augebāt quoq; fiduciam tuam tot signa miraculorum tot dona atq; experimenta virtutum. Quo etiā beatus coapostolus tuus et specialis magister gentiū paulus occurrens eodem tibi sociatus est animo: vos au-

um et electione pares et laborum si miles: et finis fecit equales. ℟. Petre amas me. tu scis domine quia amo te. Pasce oves meas. ℣. Simō iohannis diligis me plus his. tu scis domine q̄ amo te. Pasce. Gl̄ia. Pasc. In .iii. noct. añ. Corneli⁹ centurio vir religiosus ac timens deum vidit manifeste angelum dei dicentem sibi: corneli mitte et accerse simonem qui cognominatur petrus: hic dicet tibi quid te oporteat facere. ps. Confitebimur. añ. Aperiens petrus os suum dixit: in veritate comperi quoniam non est personarum acceptor deus: sed in omni gēte qui timet deum et operatur iusticiam accept⁹ est illi. ps. Dominus regnauit exultet. añ. Adhuc loquente petro cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, et erant loquentes linguis et magnificātes deum, tunc petrus iussit eos baptizari in nomine domini iesu christi. ps. Dominus regnauit irascantur. ℣. Nimis honorati sunt.

Secundum Matheum. xvi.

In illo tempore. Venit iesus in partes cesaree philippi et interrogabat discipulos suos dicēs. Quem dicunt homines esse filium hominis? Et reliqua. Omelia excerpta ex commentario origenis. ℟. vii.

Interrogabat iesus discipulos suos dicens. Quem eum dicunt homines esse: vt ex apostolorum responsionibus nos discamus diuersas opiniones tunc apud iudeos fuisse de christo: vnde sequitur. Illi autem dixerunt. Alii iohannem baptistam, alii autem helyam, alii vero hieremiam aut vnum ex prophetis. ℟. 7. Quem dicunt homines esse filium hominis dixit iesus discipulis suis: respondēs petrus dixit tu es christus filius dei viui. Et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiā meam. Beatus es simon bariona quia caro et sāguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Et ego dico. Lectio octaua.

Vide propter diuersas opiniones iudeorum de christo qua causa quidam eorum dicebant eum iohannem baptistam videlicet estimacionem secuti herodis dicentis ad pueros suos. Hic est iohannes baptista: ipse surrexit a mortuis, ideo virtutes operantur in illo. Alii autem helyam eum dicebant, videlicet estimantes q̄ aut secundam natiuitatem accepisset: aut ex eo tempore viuens in tempore apparuit illo. ℟. 9. Domine si tu es iube me venire ad te super aquas. Et extendens manum apprehendit eum et dixit iesus: modice fidei quare dubitasti. ℣. Cum vidisset ventum validum venientem timuit: et cum cepisset mergi clamauit dicens: domine saluum me fac. Et extendens. Lectio nona.

Quidam christum hieremiam esse putabant propter illa que ad hieremiam iam dixerat deus: ecce constitui te hodie super gentes & super reges edificare & demoliri perdere et reedificare & circumplantare. Quidam eum vnū ex prophetis esse putabant propter illa que locutus est deus ad prophetas: non tamen in ipsis erant completa. Sed petrus ex reuelatione dei patris dixit eū esse

filium dei viui. R. Quodcunqz ligaueris super terram erit ligatum et in celis. Et quodcunqz solueris super terram Erit solutum et in celis. V. Tu es inquit petrus xps filius dei viui: respondens dñs ait: et ego dico tibi q2 tu es petr9 & sup hãc petrã edificabo ecclesiam meã. Et. Gl'ia. Erit R. Tu es petrus. V. Et sup hãc petrã edificabo ecclesiã meã. In laudibus añ. Petrus & iohãnes ascẽdebãt in tẽplũ ad horã orationis nonã. ps. Dominus regna. ã. Argẽtũ & aurũ non est mihi: qđ autẽ habeo hoc tibi do. ps Jubilate. ã. Dixit angelus ad petrum: circũda tibi vestimẽtum tuum & seqre me. ps. Deus deus. ã. Petre amas me pasce oues meas: tu scis dñe q2 amo te. ps. Bñdicite. ã. Tu es petr9 & sup hãc petrã edificabo ecclesiã meã. ps. Laudate. cp3 Petr9 quidẽ. hy. Exultet ce. V. Annũciauerũt ã. Quodcũqz ligaueris sup terrã erit ligatũ & i celis: & quodcũqz solueris sup terrã erit solutũ & in celis dixit dñs simoni petro. ps. Bñdictus. Oro

Deus qui hodiernam diem apostolorum tuorum petri et pauli martyris consecrasti: da ecclesie tue eorum in omnibus sequi preceptũ p quos religionis sũpsit exordiũ. p. Ad primã. ã. Petrus et iohannes. ps Deus in nomine. ã. Gratias tibi. Quicũqz vult. Ad iii. an. Argentũ. p. Legẽ po. cp Petrus quidẽ R. & V. de cõi apl'orũ ad omnes hor. dicantur. Ad vi. ã. Dixit angelus. ps Defecit. Capitulum. actuum. xii.

Angelus dñi astitit & lumẽ refulsit i habitaculo carceris: percussoqz latere petri excitauit eũ dicens: surge velociter: et continuo ceciderunt cathene de manib9 ei9. Ad ix. an. Tu es petrus. ps. Mirabilia. Capitulum. Actuum. xii.

Exiens petrus sequebatur angelum et nesciebat: q2 verũ est quod fiebat per angelum: estimabat autem se visum videre. Ad secundas vesperas. ã. Jurauit dominus. ps. Dixit dominus & cetere ãe cum suis ps. de communi apostolorum: et dicuntur quotidie per octa. quando fit seruitium de apostolis. cp. Jam nõ estis. R. Qui sunt isti. Hy9. Aurea luce. Hic hy9 dicit singulis diebus per octa. tam ad vesperas q̃ ad matu. quando dicitur seruitium de apostolis. V9. In omnem terram. añ. Gloriosi principes terre quomodo in vita sua dilexerunt se: ita et in morte non sunt separati. ps. Magnifi. Oro Deus qui hod. Et fiant vespe. de vtrisqz apostolis videlicet loco secundarum vesperarum de sancto petro: et loco primarum vesperarũ de sancto paulo: de quo fit plenum seruitium in crasti. Completorium dicatur sicut post primas vesperas huius festi notatum est.

C In commemoratione sancti pauli apostoli ad matut. inuita. Laudemus iesum christum. In passione apostoli pauli. ps Venite. Hy9. Doctor egregie. R. Annue christe. In primo noct. an Qui operatus est petro in apostolatum operatus est et mihi inter gentes : et cognouerunt gratiam que data est mihi a christo

domino. ꝟ. Celi enarrant. Finito ho statim dicit̄ ꝟ. Qui me segregauit. Dande dicit̄ tota. an̄. predicta quod per totum annum obseruetur quando. Hipost̄ an̄. habetur. ꝛ. Qui me segregauit ab vtero matris mee ⁊ vocauit me per gratiam suam. an̄. Scio cui credidi et certus sum quia potēs est depositum meum seruare in illū diem iustus iudex. ꝟ. Benedicam. ꝛ. De reliquo reposita est mihi corona iusticie. an̄. Mihi viuere christus est ⁊ mori lucrum: gloriari me oportet in cruce domini nostri iesu christi. ꝟ. Eructauit. ꝛ. Per quem mihi mūdus crucifixus est ⁊ ego mundo. ꝟ. In omnem terram exiuit sonus eorum. Lectio .i.

Consideremus fratres carissimi q̄ntis apostolum suum dominus paulum extulit honoribus. Ad tēpus illum cecauit: sed illius cecatione totius mundi illuminationē fecit. In paradisum illum rapuit, in celum tertium subleuauit: ineffabilis archani fecit eum participem talium q̄ misteriorum conscium: que nulli homini fas fuit confiteri. Tu autem. ꝛ. Qui operatus est petro in apostolatum operatus est ⁊ mihi inter gentes. Et cognouerunt gratiam dei que data est mihi. ꝟ. Gratia dei in me vacua non fuit sed gracia eius semper in me manet. Et cognouerunt gratiam dei que data. Lc. ii. Paulus in terra gradiens sic agebat in cunctis quasi angelorum societate frueretur. Et passibili adhuc corpore colligatus: illorū perfectione gaudebat. Nam et tanq̄ penna tus totum docendo orbem peruolauit. Et quasi iam incorporeus corporis labores periculaq̄ contempsit. Et quasi iam celum possidens: cuncta prorsus terrena despexit. Tanq̄ vero cum ipsis iam incorporeis virtutibus degeret: ita iugi mentis intentione vigilauit. Tu autem dn̄e. ꝛ. Scio cui credidi ⁊ certus sū q̄ potens est depositum meum seruare In illum diē iustus iudex. ꝟ. Reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi domin⁹. In illū diē. Lc. iii. Angelis sepe diuersarū gentiū cura commissa est. Sed nullus eorum ita populū sibi creditum gubernauit: vt paulus vniuersū orbem. Michaeli gens commissa est iudeorum; paulo vero terre ⁊ maris ac vniuersi orbis habitacio. ꝛ. Bonum certamē certaui, cursū consummaui, fidē seruaui. Ideoq̄ reposita est mihi corona iusticie. ꝟ. Gracia dei sū id quod sū, et gratia eius in me vacua non fuit. Ideoq̄. Gloria. Ideoq̄. In ii. noct. an̄. Bonum certamē certaui, cursū cōsummaui, fidē seruaui. ps. Omnes gentes. ꝟ. De cetero reposita est mihi corona iusticie. an̄. Tu es vas electionis sancte apostole predicator veritatis in vniuerso mundo. ps. Exaudi deus deprecationem. ꝟ. Per quē omnes gentes cognouerūt gratiam dei. an̄. Magn⁹ factus paulus vas electionis vere digne est glorificād⁹ q̄ et meruit thronū duodecimū possidere. ps. Exaudi de⁹ orationē. ꝟ. In regeneratiōe cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue. ꝛ. Constitues eos principes. ⁊c. Lc. quarta.

Beatus paulus apostolus magister a deo cõstitutus gentiũ ipse protector erat bellantium: ipse sedulus minister egrotorum. Nec in spiritualibus solum tam egregium conseruabat ducem: sed in carnalibus quoqꝫ plurima sollicitudinis ac prouidentie sue documenta prestabat. ℟. iiii. ℟ eposita est michi corona iusticie quam reddet michi dñs in illa die. Justus iudex. ℣. Scio cui credidi et certus sum qa potẽs est depositũ meũ seruare. Justus iu. Lc. v Sicut enim ferrum in igne missum totum ignis efficitur: sic paulus caritate succensus totus factus est caritas. Qui quasi communis totius mundi esset pater: ita omnium non modo carnales parẽtes supabat: sed etiam spirituales pietate superabat pecunias et verba, corpus ꝫ animã pro illis impendens. ℟. v. ℟. Gratia dei sum id quod sum. Et gratia eius in me vacua non fuit, sed semper in me manet. ℣. Qui operatus est petro in apostolatum: operatus est et michi inter gentes. Et. lc. vi. Quia ergo paulus de caritate fact⁹ immo totus factus est caritas ideo caritatem plenitudinem legis vocabat: ꝫ vinculum perfectionis õniũqꝫ matrem bonorum initium finemque virtutum ideoqꝫ dicebat Finis precepti est caritas. ℟. vi. Mihi viuere christus est, et mori lucrum. Gloriari me oportet in cruce domini mei iesu christi. ℣. Per quem mihi mund⁹ crucifixus est et ego mundo. Gloriari. Gloria patri. Gloriari ¶. In iii. noc. an. Ter virgis cesus sum semel lapidatus sum, ter naufragium pertuli pro christi nomine. ps Confitebimur. ℣. Nocte ac die in profundum maris fui. an. ℟ eposita est mihi corona iusticie quam reddet michi dñs in illa die iustus iudex. p. Dominus regnauit exul. ℣. Cooperante gracia spiritus sancti. an. Ne magnitudo reuelacionum extollat me: datus est mihi stimulus carnis angelus sathane qui me colaphiset: propter quod ter dominum rogaui vt auferetur a me: et dixit mihi dominus: sufficit tibi Paule gratia mea. ps. Dominus reg. ira. ℣. Nam virtus in infirmitate perficitur. ℣⁹. Nimis honorati.

Secundum Matheum.

In illo tempore. Dixit symon petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Omel. bti hieronimi presbiteri. lc. vii. Cum dominus et saluator noster diuites difficile regnũ celorũ intrare dixisset: discipuli eius fiducialiter responderunt: dicentes. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te Quid ergo erit nobis. ℟. 7. Damasci prepositus gentis arethe regis voluit me comprehendere, A fratribus per murũ sum missus in sporta ꝫ sic euasi manus eius in nomine Dñi. ℣. Deus et pater domini mei iesu christi scit quia nõ mẽtior. A fratri. Lc. Grandis enim erat fiducia illorum: qui quamqꝫ diuites non fuerant, sed victum manu et arte qrebant: tñ confidenter dicebant se reliquisse omnia addendo et secuti

sumus te. Quia enim deseruerāt qui cuncta que ab aliis desiderari poterant: etiam desiderare postposuerāt Non enim hoc solum ad perfectionē sufficit si quis divitias huius mundi contempserit: nisi post contēptas divitias salvatorem sequatur: id est nisi relictis malis faciat bona.

℟. viii. Tu es vas electionis sancte paule apostole predicator veritatis in universo mundo. Per quē omnes gentes cognoverunt gratiam dei. ℣. Intercede ꝓ nobis ad dñm qui te elegit. Per. Lectio. ix.

Facilius enim sacculus relinquitur quam voluntas. Multi enim divitias relinquentes dominum non sequuntur: qui ait. Non veni facere voluntatem meam: sed eius qui misit me. Jesus autem dixit eis Amē dico vobis: ꝙ vos q̄ secuti estis me: in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim trib⁹ israel. ℟. ix. Sācte paule apostole predicator veritatis: & doctor gentium. Intercede pro nobis ad deum qui te elegit. ℣. Ut digni efficiamur gratia dei. Intercede. Gl'ia. Intercede. ℣. Dedisti heredi. In laudibus. an. i.

Ego plantavi apollo rigavit: deus autē incremētum dedit alla. ps. Dñs regna. an. ii. Unusquisque enim propriam mercedem accipiet secūdum suū laborē. an. iii. Libenter gloriabor in infirmatibus meis: ut inhabitet in me virtus christi. ps. Jubilate. an. Qñ do autem infirmor: tunc fortior sum et potens. a. v. Gratia dei in me vacua non fuit sed gr̄a eius semper in me manet. ps. De⁹ Deus. a. Gratia dei sum id quod sū. a. v. Damasci ꝑpositus gentis arethe regis voluit me comprehendere: a fratribus per murum miss⁹ sū in sporta: & sic evasi manus eius in nomine dñi. ps. Bñdicite. an. Deus et pater dñi mei iesu christi scit quia nō mentior. a. v. Sācte paule apostole ꝑdicator veritatis & doctor gentium: intercede ꝓ nobis ad dominum qui te elegit. ps. Lauda. ℣. Ut digni efficiamur gratia dei.

Capitulum. Ad galathas. i.

Notum facio vobis evangelium quod evangelizatum est a me quia non secūdū hominē: neque enim ab homine accepi illud, neque didici: sed per revelacionem dñi nostri iesu christi. Hy⁹. Exultet celum. ℣. Annunciaverunt. a. Ego enim iam delibor et tempus mee resolutionis instat: bonum certamen certavi, cursum consummavi fidem servavi superest mihi corona iusticie quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. ps. Benedictus. Oro.

Deus qui multitudinem gencium beati pauli apostoli tui predicatione docuisti: da nobis quesumus: ut cuius natalicia colimus, apud te patrocinia sētiam⁹. p. d. Memo. de scō petro. a. Petre amas me pasce oves meas, tu scis domine q̄a amo te. ℣. Tu es petrus. ℟. Et sup hāc petrā edificabo ecclesiā meā. oro.

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clavibus regni celestis animas ligandi atque solvendi pontificium tradidisti: concede q̄s

vt intercessionis auxilio: a peccatorum nostrorum nexibus liberemur Qui viuis. Mē.de scō iohā.bap.ā. Inter natos. ℣. Fuit homo. Or. Deus qui presentem. Ad i.ān. Ego plantaui. ps. Deus in nomine. Et dicantur oēs āe. super hoc. sine ℣. Ad iii.ā. Libenter ℣. Legem pone. Cpm Notum feci. ℟.℣. ℣ de cōi vni us apli ad oēs horas dicantur. Ad sextam.ā. Gratia dei. p. Defecit. Capitulum ad Galathas quinto.

Mihi aūt viuere christus est et mori lucrum: gloriari me oportet in cruce domini nostri iesu christi: per quem mihi mundus crucifixus est: et ego mundo. ¶ Ad nonam.ā. Sancte paule. ps. Mirabilia. Capitulum. ii. Timotheū. iiii.

Bonum certamen certaui: cursū consummaui, fidem seruaui: de reliquo reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi dn̄s in illa die: iustus iudex. Ad vs.ā. Jurauit. ps. Dixit dominus. et cetere ane cum suis. ps. de cōi apostolorū. Capitulum Jam non estis. Hy⁹. Aurea luce. ℣. Jn oēm ter.ā. Jn regeneratione. ps Magnificat. Orō. Deus qui hodierna. Et sic cōiter de vtrisqꝫ aplis dicantur. vel. Mēo. de sctō iohanne. ā. Ingresso. ℣. Fuit homo. Orō Deus qui pre. Si ista come. in sab. contige. ves. in ipso sab. de do. sequeñ erunt: et sola mēo de aplis cū ā. et orō. prdictis. Deinde fiat mēo de octa. scti iohannis baptiste vts.ꝛ postea de trini. et processio ante crucem fiat more solito. ¶ In oct. scti iohannis. baptiste. Ad matutinas. hymnus ā̄e. et psalmi. in i. die. ℣. Gloria et honor. Lectio. i.

Post illum sacrosanctum domini nostri natalem diem nullius hominis legimus natiuitatem celebrari: nisi solum beati iohannis baptiste. In aliis sctis et electis dei nouimus illum diem coli: que illos post consummationem laborum et deuictum triumphatumqꝫ mundū in perpetuas eternitates presens vita parturit. ℟. Fuit homo. L. ii.

In aliis sanctis consummat vltimi diei merito celebrantur. In hoc etiam prima dies ꝛ ipsa hominis initia ꝯ hac absqꝫ dubio causa cōsecrātur: quia per hunc dn̄s aduentū suū: ne subito insperatum homines non agnoscerent voluit esse testatum. ℟. Johannes. Lectio tertia

Iohannes figura fuit veteris testamenti: et in se formam pretulit legis Et ideo iohannes prenunciat saluatorem: sicut lex gratiā precucurrit. Quod autem nondum natus de secreto materni vteri prophetauit: et expers lucis effectus est testis veritatis: hoc est intelligēdum, qꝛ latēs sub velamine et carne littere et redemptorem mundo spiritu predicauit et nobis dn̄m nostrum de quodā legis vtero procreauit. Ergo iudei errauerūt a ventre, id est a lege que christo erat grauida: et ab vtero locuti sunt falsa. ℟. Inter natos. ps. Te deum ℣. Fuit homo. In laudes hec sola. ā. Helizabeth. ps. Domin⁹ regnauit. Capitulum Audite insule Hy⁹ O nimis felix. ℣. Just⁹ germi ℟. Factum est in die octauo. Requi[re]

hanc. ã. in prima die ad. ii. ves. super psalmi. Magnificat. oracio. Deus qui presentem. ¶ Memoria de apostolis ã. Petrus apostolus et paulus doctor gentium: ipsi nos docuerunt legẽ tuam dñe. ℣. Annunciauerunt. oro. Deus qui hodierna. Deinde memorie dicantur consuete. ¶ Ad. i. ã. Helizabeth. ps. Deus in nomine. ã. Gloria tibi tri. ps. Quicũq3 vult. Ad alias hor. oia fiant sicut in die. Si octa sancti iohannis in dñica contigerit: fiat totum servitium de dñica et medie lect de sancto iohanne: nisi tota hysto. fuerit cantata tunc tantum mẽo de octa. et tãtum mẽo. de apl'is ¶ He sequentes añe dicantur ad. ℣. et ad matuti. super psalmi. Magnificat. et benedictus. quando de apostolis fit servitium: vel ad mẽo. eorundem. cum de aliquo sancto fit servitium cũ repeticione earundem. ã. Petrus apostolus. vt s. ãn. O petre pastor sũme: et paule doctor magne nos christo pia prece purgatos coniungite. ã. Gloriosi principes. vere hanc ãn. in prima die ad secundas vesperas super psalmum Magnificat. ãn. Beati eritis. ãn. Tradent enim vos. quere has duas anas in communi apostolorum.

¶ Visitatio beate marie celebretur in ecclesia Sar. in crasti. post octa. sancti iohannis baptiste. Ad primas vesperas. ã. Eterni patris fili⁹ mariam concupiuit de sanctorum splendoribus in matrem introiuit. ps. Dixit dñs do. ãn. Liliũ cõuallium fragrans in odorem: iter ornat mõtium ferens celi florem. ps. Laudate pueri do. ã. Paradisus celi cũfructum afferebat grauide qui puerum gaudio replebat. ps. Letatus sum. ã. Lucernã veri luminis dñs accendit quo dragmã nr̃ã perditã saluãs apprehẽdit. ps. Nisi dñs edifica. ã. Cõfortat mat filios simul q3 veracẽ, totius hierusalẽ ponens fines pacem ps. Lauda hierusalem dominũ. ℭc.

Capitulum. Ecclesiastici. xxiiii.

Ego mater pulchre dilectionis et timoris et agnitionis et sancte spei: in me omnis gratia vie et veritatis: in me omnis spes vite et virtutis. Deogratias. ℟. Exultat infãs gaudiis in spiritu helye cuius mater mirabilis fit cõpos prophetie. Celi manat deliciis introit⁹ marie. ℣. Propt archã dñi benedixit domini de⁹ zacharie. Celi manat deliciis introit⁹ marie. Gloria patri. Celi manat deliciis. Hymnus

Festum matris gloriose, plebs sancta concelebret, pietatis viscerose gratiam expostulet: quam cognata copiose sensit hic helisabeth.

Fecundate senectutis sterilem aggreditur que diuine iã virtutis mater clam efficitur, gratulatur cũ salutis, consortem alloquitur.

Vox non loquens exultauit ad verbi presentiam: sed helizabeth expauit matris excellentiã, benedictãq3 clamauit fructus affluentiam.

Unde mihi quisq3 putet, hoc ait p̃sagium, vt deuote me salutet mater regis omnium, ventris mei fructũ mutet in nouum tripudium.

Uirgo sic dum commendatur canticum leticie, psallẽs pure gloriatur

in auctorē gracie quo beata predicatur
in omni progenie.
Trine deus summe pie regnās eter-
naliter prece virginis marie nos cō-
serua iugiter vt post finem hui⁹ vite
viuamus perenniter. Amen. ℣. Dif-
fusa est gratia i labiis tuis. ℟. Pro
pterea benedixit te deus in eternum
ā. In psalterio decacordo psallit vir
go regia dominum magnificando
qui fecit magnalia pellens potētes
de sede diuina iusticia seruos humi-
les exaltās misericordia. ps. Magni
ficat. Oratio.

Deus qui sacratissimam vir-
ginem mariam vnigeniti tui
matrem mutue cōsolationis gracia
beatam helizabeth visitare fecisti:
cōcede propici⁹ nobis famulis tuis
vt ex eius visitationibus assidue cō-
solemur: et a cunctis aduersitatibus
suo munimine protegamur. Per. Nul
la fiat mēo de sctis processo et marti-
niano, nec in audientia: nec sub silen
tio: neqꝫ etiā de octa. apo. nisi fue. cū
regimine chori: tunc enim de apo. fi-
at solē mēo. ad vtrasqꝫ ves. et ad ma
tu. Ad cōpl. ā. Sācta maria. ℣. Cū in
uocarē. ⁊c. hy⁹. Saluator. ā. Glori-
ficamus. ⁊c. ps. Nunc dimit. Ad ma
tut. inuit. Reginam celi glorie deuo
te collaudemus Matrem misericor
die venite adoremus. ps. Venite. Hy⁹

Mundi salus affutura, virgo
mater inclita, gestu simplex
mente pura specie prefulgida: cū ce
lesti genitura, processit in publica.
Caput cōterens drachonis, rubus
qui non vritur, aaron virga gedeo-
nis vellus quod perfundit: hec per-
fecta solomonis que beata dicitur.
Genitrix emanuelis virga iesse flo
ruit hostiū ezechielis: quod viro nō
patuit: mons quo lapis danielis sta
tuam comminuit.
Sic in mūdo preter morem notum
fecit dn̄s castis mater conditorē cir
cūdat visceribus terra gignit sal-
uatorem nubibus pluentibus.
Virgo cara caritatis feruens desi-
derio, caste consanguinitatis fauet
ministerio: gaudens hui⁹ nouitatis
facto puerperio.
Felix domus zacharie talem habēs
hospitem, felix cognata marie quaꝫ
suscepit comitem: sed iohannes et
messie tu distingue limitem.
Laus sit summo genitori q̄ regnat
per omnia: laus sit nostro redēptori
per quē venit gratia, procedēti crea
tori sit equalis gloria. Amē. In. i.
noct. ān. Pater matris filio singula
subiecit: ex infantis gaudio laudēqꝫ
perfecit. ps. Dn̄e dn̄s no. ān. Sol in
tabernaculo solis illucescit: dū spon
sus in thalamo spōse requiescit. ps.
Celi enar. ān. Cepit terra domini
fructu fecū dari p misericordiā a deo
salutari. ps. Domini est terra. ℣.
Diffusa. Benedictio. Alma virgo
virginum. Lectio. i.

Gloriose virginis marie ma-
tris dn̄i varie festiuitates eo
celebri⁹ atqꝫ deuoti⁹ in ecclesia dei
recolende sunt: quo constat eam bea
tiorem esse post christū presertim cū
ei⁹ celsitudo mirabilis incōparabi-
liter affluat deliciis gratiarum. Ipsa
namqꝫ residet ad dexteram maiesta
tis i excelsis magni regis assueri cō-

sors effecta. Specialis interuentrix pro suo genere sicut hester delicata in necessitatis tēpore preparata: tā to cunctis celi q̄to differentius pre illis nomē ciuibus poretior atq; sublimior: matris dei singulariter here ditauit. ℟. Helizabeth virgini senex tus presentatur hanc voce venerabili salutat amplexan Intacta mater sterili matri congratulatur ℣. In sacris claustris viscerum: precursor per puerum dominum prestantur. Inta. Benedictio. Christus marie filius. Lectio secunda.

Laudes igitur et preconia tā excelse matris, romanus pōtifex vrbanus sextus pio studio volens ampliare: festiuitatibus antiquis festiuitatē nouam superaddere decreuit vt visitationis eius memoria frequentaretur: qua post conceptionem verbi diuini cognatā suam helisabeth humiliter salutauit. Tu. ℟. Exultauit infans gaudiis in spiritu helye cuius mater mirabilis fit compos prophetie. Celi manat deliciis introitus marie. Versus. Propter archam domini: benedixit domini deus zacharie. Celi. Benedictio. Sancta dei genitrix. Lectio tertia.

Vt autem deuotius et attentius ad idem festum celebrandum incitaretur plebs fidelis: prefatus pontifex romanus auctoritate apostolica statuit diem solennitatis sexto nonas iulii per singulos ānos celebrandum: concedens ptis huius festi cultoribus spirituales indulgētias perpetuis temporibus duraturas. Unde omnibus vere penitentibus et confessis qui matutinali officio seu misse: aut vesperis eiusdem festiuitatis in ecclesia presentes affuerint: centum dies. Eis vero qui prime, tertie, sexte, none, ac completorii officiis interfuerint: pro qualibet ipsarum horarum quadraginta dies. Illis autē qui per octauas eiusdem matutinalibus misse, vesperarum, ac predictarum horarum officiis interessent: singulis diebus centum dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxauit. Tu autem ℟. iii. Benedictam predicat senex portam spei: vnde hoc vt veniat ad me mater dei. Uoce tui iubilat Infans ventris mei ℣. Beata que credidisti: in te fient que audisti, ecce signum rei. Uoce. Gloria. In. In. noc. ān. Stat in regis dextera glorie regina, vide regis filia, et aurē inclina. ps. Eructauit. ā. Dei tabernaculū quod ipse sacrauit ex te vite fluuium cunctis deriuauit. ℣. Deus noster refugium. ān. Florida sterilitas senex virtuosa: de te dei ciuitas dixit gloriosa. ps. Fundamenta ℣. Specie tua. Benedictio. Sancte marie merita nos ducant ad regna celestia. Lectio. iiii.

Uiros igitur sanctos atq; deuotos ad huius diei festiuitatem celebrandam alliciunt: tam auctoritas q̄ euangeliorum fides q̄ miraculorum concursus. Ex quibus tante solennitatis materia certior esse probantur: et efficacior in laude prospicitur. Refert enim euangelista: continuo post angelicam saluta-

tionem mariam virginē helizabeth cognatam suam visitasse personaliter et benigne salutasse. Inestimabilis nāq3 et singularis humilitas: que menti marie firmiter adhesit, et linguam virgineam in huiusmodi vocem prorumpere fecit. Ecce ancilla domini. Tu autem dñe. ℞. iiii. Laudis cum preconio cultu singulari letabatur cantico suo salutari Cum pudoris lilio parās absq3 paris. ℣. Nam debet ab omnib9 generationib9 beatificari. Cum pudoris Bened. Que peperit christū: pro nobis postulet ipsum. Lectio quinta.

Miraculorum etiā affuit gratia copiosa dū virgo venerabilis et femina sterilis: ambe pregnantes occurrerūt sibi infantium in vtero: quos necdum partus ediderat: mutua noticia comperta est: dum puer propheta dominum prophetarum presentem exultando reuelauit: quem adhuc sermone vocis predicare non valuit. Mater quoq3 pueri spiritusancto repleta: matrē dei mariam prophetica laude confessa est fidem eius cum fecunditate commendans et florem cum fructu deuote būdicēs. ℞. v. Christi sāctuariū: spiritus sacrariū: mat pietatis. Pregnāti solatiū: cognate subsidiū administrat gratis. ℣. Sic maria nobilis formā vere sigulis dat humilitatis. Pregnāti solatiū: cognate. Bened. Stella maria maris succurre piissima nobis. Lectio. vi.

Exultemus igitur in hac die tot et tam excelsa fidei nostre sacramenta debita veneratione recolentes: i qua celebriter extollitur beate virginis marie matris dei gloriosa fecunditas. Aduentus christi hominis in carne predicatur pueri exultātis noua sunt preludia: et sancte mulieris helizabeth gratia confirmatur. O maria virgo piissima quis potest digna tua referre preconia: cuius singularis humilitas i āgelica collocutione conceptum diuinum habere promeruit. Cuius gratissima caritas in sancte cognate visitatione mirabilis apparuit: cuius salutatio benigna puerum in ventre clausum exultare perdocuit, et matrem pueri prophetare fecit. Nemo sileat a laude tua: cuius materia mundum replet vniuersum. Salutemus ergo te multiplices et immensas tibi referendo gratias: tu nos visita per frequentes tuas et innumeras misericordias, vt tue beatitudini congaudentes: regni filii tui mereamur esse participes. ℞. vi. Digna quam respiceret cuius cōcupisceret domin9 decorem. Se velut pauperculam Prebet et āncillulā post matris honorē. ℣. Nam virgo christifera gratiarū munera refert in datorem. Se velut pauper. Gloria patri. Prebet et ancillulā. In tertio nocturno ān. Per te mater omnis terra cantat noua cantica laudans que perfecit deus i te mirabilia. ps. Cantate. iān. Per te lux est orta iustis et rectis leticia syon audit et letatur cum iudee filia. ps. Dominus regnaui t exultet. ān. Dum cepit virgo salutare senem piis vocibus: missū suū salutare notū fecit domin9.

ps. Cantate. an. Abiuit abit eam. Bened. Per marie merita: prolit nobis lectio euangelica.

Secundum Lucam.

In illo tpe. Exurgens maria abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iude: et intrauit i domu zacharie, et salutauit helizabeth. Omelia venerabilis bede presbiteri. Lectio septima.

Postq fratres beata maria angelica visione et allocutione meruit sublimari: postq se celesti venustandam partu didicit nequaq de donis celestib9 quasi ex se esse extulit: sed vt magis magisq donis esset apta diuinis in custodia humilitatis gressum fixit: ita euangelizanti sibi angelo respondens. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Eandem vero quam angelo exhibuerat humilitatem: omnibus quoq curauit exhibere. Illa autem mox vt angelus qui loquebatur ei ad celestia rediit, surgit, ac montana conscendit, gestansq deu in vtero seruoru dei habitacula petit ac requirit alloquia. R. vii. Felix parens et puerperium quibus adest regina virginu Ibi nequit esse periculum: vbi sal9 que curat seculum. V. Gabrielis iuxta presagium: tunc est natum multorum gaudium. Ibi nequit esse periculum: vbi salus. Benedictio. Diuina solatia nobis impetret virgo maria. Lectio octaua.

Intrat ergo beata maria domum zacharie atq helizabeth quam seruum atq precursorem domini parituram nouerat salutat: no quasi dubia de oraculo quod acceperat sed vt congratulatura de domo quod conseruam accepisse didicerat. Aperiente virgo beata maria os ad salutandum: repleta est spiritu sancto mox helizabeth: et dixit. Benedicta tu inter mulieres: per cui9 partum virgineum a natis mulierum: maledictio prime matris exclusa est Et benedictus fructus ventris tui: per quem et semen incorruptionis et superne hereditatis quam perdidimus in adam fructum recepim9. Et vere ac singularis benedictus: qui non nostro more postq nat9 est gratiam a domino benedictionis accepit: sed ipse ad saluandum mundum benedictus qui venit in nomine domini. Tu autem domine miserere nostri. Deo gratias. R. viii.

Gloriosum celorum domina sponsa regis et mater inclyta, celi melos, mundi fiducia. Nostra clemens audi precamina. V. Stella maris occasus nescia placa nobis mundi certamina. Nostra clemens audi precamina. Benedictio. Ad societatem ciuium supernorum: perducat nos regina celorum. Lectio. ix.

Vere prophetie spiritu repleta helizabeth genitricem ad se aduentasse saluatoris intelligit: sed humilitatis spiritu circumsepta minus dignam se eius aduentu deprehendit dicens. Unde hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad me. Nos ergo fratres exepla beate marie semper animo retineamus: vt in conspectu dei humiles inuenti, et proximis debito honore submissi me

reamur cum ipsa perpetuo sublimari. Si immoderatus temporalium rerum nos appetitus delectat: reminiscamur quia iudex noster divites dimisit inanes. Nunquam de impetranda admissorum venia desperemus: quia misericordie eius a progenie in progenies timentibus eum.

9. R. Regalis stirpis virginem ob sui pulchritudinem rex summus adamavit. Clandestinum connubium, Infans per matris uterum exultans revelavit. V. Joseph noli metuere: quod natum est ex coniuge, de spiritu manavit. Clandestinum connubium. Gloria patri. Infans per matris uterum exultans. ps. Te deum. V. Ora pro nobis sancta dei genitrix. R. Ut digni. Iste V. dicatur quotidie p oct. In laudabus. i. an.

Scandit montis aurora gratie luce fulgens celestis glorie: iuste ferens solem iusticie, diem monstrat nove leticie. ps. Dominus regnavit. an. ii.

In concursu matrum cum gaudio preco parvus carens eloquio, servus regem noscens in utero puer infans colludit puero. ps. Jubilate. iii. an.

Senex plena celesti munere rorem fusum cernens in vellere, flammam ignis rubum non urere, iesse virgam clamat florescere. ps. Deus deus.

an. iiii. Salvatoris conceptus panditur virgo pura mater efficitur benedicta predigne dicitur in qua vite fructus exoritur. ps. Benedicite. v.

Mater pia plena virtutibus deum laudat fervore spiritus: ipsi psallens cum sacris vocibus quia respexit ancillam dominus. ps. Laudate. cap.m

Ego mater pulchre. Hymnus.

O Salutaris fulgens stella maris generans prolem veritatis solem: mater bonorum clemens famulorum suscipe votum.

Congratulamur et tuas conamur canere laudes: que deo congaudes sed non condignis prevalemus hymnis dicere totum.

Quam veterana traxit in montana gressu festinam rosam matutinam, tibi iubilamus et concelebramus hec tua festa.

Vocem rachelis exaudi de celis que et nunc orat filiosque plorat potens regina gratia divina pellens molesta.

O mediatrix orbis reparatrix laus angelorum, salus infirmorum, flos feminarum, hostem animarum reprime sevum.

Sit benedicta trinitas invicta per quam beata virgo coronata meruit frui fructus ventris sui nunc et in evum. Amen. V. Elegit eam. an. Redemptor rex israel venit in virgine, repletur helizabeth sacro spiramine prophetat puerulus in rerum ordine, miranda fit novitas, laus tibi domine. ps. Benedictus. oro ut supra. Memo. de do. et de trini. privatim. Si hoc fes. in do. contingit. nulla fiat memo. de sanctis. Ad primam. an. Scandit. ps. Deus in nomine. Ad tertiam. a. In concursu. ps. Legem pone. Cap.m Ego mater pul. R. Diffusa est gratia. V. Specie tua. Ad sexta. an. Senex. ps. Defecit. Capitulum. Canticorum secundo.

Surge propera amica mea columba mea, formosa mea, et veni iam hyems transiit imber abiit et recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit. ℟. Specie tua. ℣. Adiuvabit eam. Ad nonam. añ. Mater pia. ps. Mirabilia. Capitulum. Canticorum. ii

Veni columba mea in foramini nibus petre, in caverna maceriе, ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis est: et facies tua decora. Deo gratias. ℣. Adiuvabit eam. ℣. Elegit. etc. Ad secundas vesperas. añа Scandit montes. psi. Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir qui timet. De profundis. Memento. capℨ Ego mater. ℟. Felix parens Hymnus. Festum matris. Elegit eam. añ. Exultat virgo virginum in deo salutari confortans semen abrahe gratia figulari quod patribus promissum est i fide regulari, verbum de celo missum est in radio solari. ps. Magnificat. Memo. de dñica et de trinitate. Si hoc festum in sabbato contigerit: sed nulla processio fiet dicatur completo. ut supra. ad primas vesperas: et quotidie quando fit servitium de octa. nisi in festo sancti martini: et translatio sancti thome martyris tunc ad complet. dicatur añ Miserere super. ps. Cum invocarem. etc. Hymnus Salvator. Et i fine hymni dicatur Deo patri. añ. Lucem tuam. Quotidie infra octa. fiat servitium de visitatione cum regimine chori nisi festum nouem lect. intercurrat. Ad matutinas invitat. hymnus, etc, et psalmi sicut in die. ℣. et. ℟. secundum ordinem noctur. Ante laud. ℣. Ora p nobis. etc. In laudibus hec sola. añ. Scandit montes. ps Dñs regnavit. Capitulum. Hymnus. ℣. sicut in die. Quotidie per octa. super psal. Benedictus et Magnificat. nisi in dñica et in octavo die semper. dicatur añ e suo ordine que ad primas vesperas dicebantur cum frequenti repetitione earundem. et etiam ad memoriam de octa. quandocunque de aliquo festo nouem lectionum fit servitium.

¶ Et notandum est quod in festo translationis sancti martini: fiant medie lectiones de apostolis, et non de octavis sancte marie virginis.

¶ Notandum est quod in festo sancti martini et in aliis festis nouem lectionum infra octavas visitationis beate virginis marie contingentibus. dicuntur vespere et matutine de sancta maria virgine extra chorum: sicut extra octavas eiusdem.

¶ Secunda die infra octa. Lectio i.

Sacrosancte militanti ecclesie congruum recteque visum est: ut que regine celi gloriose dei genitricis marie visitationis gratiam in sue tribulationis angustia cogitur exorare piissime visitationis illius qua salutavit helizabeth festivitatem debeat celebrare. Sic enim preces maiestati eius venerabilius offeruntur ut ex antiqua benevolentie decantatione sua benevolentia congrue sit captanda. Magna hec festivitas domui zacharie iocundissima fuit. Et tanto nobis iocundior esse debet: quo ipsius ineffabilem humilitatem: vir

ginitatisq; suauitatem in ea specia- lius celebramus. Responsoria de primo nocturno. Lectio secūda

Exurgens maria abiit in mōtana cum festinacione: abiit gemma virginum, matrum gloria, mulierum dec⁹ a quietis vallibus, a thalami deliciis, ad labores in montib⁹: fōs affluens in mōtana ascēdebat. Nūquid non sunt delicie virginitatis de cus cum munere fecunditatis humilitatis insigne caritatis. Fauus distillans, misericordie viscera, plenitudo gracie, singularis sancte seni helizabeth sanctis angelis speciosa facta est et suauis in huiusmodi deliciis suis scā dei genitrix. Mons myrrhe, mons thuris, cuius iusticia sicut montes dei, montes scādit corpore, et non minus mente conscendit Tu autem. Lectio tertia

Certe non vanis aspectibus non ociosis fabulis intendebat: sed piarū meditacionum sursum actionibus deuotis orationibus et vniuersarū virtutum exercitiis: quas pigmentarius celestis in ipsa commiscuit: vt fragrans virga fumi ex aromatib⁹ ante conspectum dñi iugiter ascendebat. Strenuitatis indicium: prudentie circumspectio, virginalis erubescentia notantur: cum annectitur cum festinatione. Fortitudinis donum ipsa habuit: quādo abrupta montium festinanter ascendit. Prudentie circumspectionem aduertim⁹ quando vagis non est vsa discursibus, sed sedula ceptis institit deuotis operibus: virginalis etiam erubescentia in ipsa clarescit q̄a diu in publico videri noluit. Tu autem. Infra octa. visitationis beate marie mēo. de apostol. hac die ad matutinas. a̅. O petre pastor sūme & paule doctor magne nos christo pia prece purgatos coniungite. Ubi tamen fue. octa. de apostolis cum regimine chori. a̅. Beati eritis. ℣. Annunciauerunt. Oro. De⁹ q̄ hodierna. Vesp. die vespere erunt de sancto martino hoc modo ad vs. sup psal. a̅. Iussū dedit. Hi. fes. Cp. Ecce sacerdos. ℟. Miles christi. Hy. Iste confessor. ℣. Amauit. a̅. Cōfessor. ps. Magnifi. oro.

Deus qui populo tuo eterne salutis beatum martinum ministrum concessisti: presta quesumus vt qui executor mandatorum tuorū extitit interris: intercessor noster semper esse dignetur in celis. Per. Memoria de apostolis. a̅. Gloriosi principes terre quomodo in vita sua dilexerunt se ita et in morte non sunt separati. ℣. ... ubi fiunt octa. de apostolis cum regimine chori dicit. a̅n. Tradent enim vos. ℣. In omnem terram. ... memoria de sancta maria. Celestia dei de sancto martino ad matutinas. Lectio. i.

Beatus martinus cum adhuc ad episcopatum turonice ecclesie peteretur: & erui a monasterio suo de facili non posset, quidam simulata vxoris sue infirmitate rogauit eum vt exiens eam visitaret. Tunc raptus licet inuitus: omnium consēsu episcopus consecratur. Sumpto aūt episcopatu eadem in corde eius humilitas: eadem in vestitu eius erat que prius. Sicq; episcopi digni

tatem implebat: vt virtutem monachi non desereret. Lectio secunda.

Anno sexagesimo quarto post trãsitum beati martini beatus perpetuus predicte sedis episcopus: corpus beati martini transferre disposuit. Conuocatisqꝫ vicinis abbatib⁹ et clericis cum hoc in kalendis iulii agere vellent: vigilata prius vna nocte per totam diem laborantes nihil proficiebant. Tunc quidã ex clericis ait. Scitis quia post triduum natalis epatus eius est: et forte in hac die nos trãsferre se admonet. Lc. 3

Quarto autem die accedentes non valebant mouere sepulchrum. Pauore autem omnes exterriti vasculũ terra cooperire cogitabãt. Tunc apparuit eis veneranda canicie senex dicens se abbatẽ: et ait. Quid turbamini et tardatis? Nõne videtis beatum martinum astantẽ vobis iuuare paratum si man⁹ apponatis? Et iactans pallium posuit manum cum aliis ad sarcophagum. Quod protinus cum summa leuitate commotũ: in locum quo nunc honoratur cum hymnis dño annuente perducitur. Post hec requisitus senex nec exire visus est nec ibi inuenitur. Tu autẽ

Medie lectiones de apostolis. R. In omnem. Lectio quarta

Beatissimorum apostolorum petri et pauli triumphum hodierna die fidelissime celebrem⁹: vt per quos initiũ diuine cognitionis accepimus per eos vsqꝫ i finem seculi capiamus regni celestis augmẽtũ. Qui in conspectu generis humani mirabiles apparuerũt: dum i eorũ agnitione inuitantur qui preualendo deficiunt persecuti: et deficiendo preualent interẽpti. R. Ecce ego mitto. Quere in cõi vnius apli. Lec. v.

Non potest vllatenus explicari verbis quib⁹ modis hec interfectio preciosa pensatur. Moriuntur petrus et paulus abiecti: et orbis terrarũ accipiunt principatum. Moriuntur mũdane eruditionis ignari: et existunt celestis doctrine gnari. Moriuntur captores piscium: et efficiuntur piscatores hominum. Moriuntur soliti maria pscrutari mediocris artis officio et redduntur seculi examinatores et iudices. R. Tollite iugũ. Lc. 6.

Moriuntur terrene dignitatis extranei et eorum pontificio celum aut reseratur, aut clauditur. Moriuntur aliquando nõ morituri: et pdones mortis efficiuntur eterne. O admiranda commercia: que nulla potest estimatione taxari. Per petrũ et paulum vnigeniti sacrum corpus deus exornat et in eis ecclesie sue fundamentum cõstituit. R. Dũ steteritis. Tres vltime lectiones de expositione euãgelii. Secundum Lucam.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnum, et cetera

Omelia beati augustini episcopi. L. 7

Pusillum gregem electorum, vel ob comparationem maioris numeri reproborum, vel potius ob humilitatis deuocionẽ domin⁹ nominat. Quia videlicet ecclesiam suam q̃ta libet numerositate iam dilatatam: tamen vsqꝫ ad finem mundi humili

tate vult crescere: et ad premissum regnum humilitate peruenire. Lc.s. Ideoq contra labores blande consolatus: quia tantum regnum dei querere precepit, et idem regnū a patre dandum complacita benignitate promittit dicens. Uendite que possidetis: et date elemosinam. Lc nona. Nolite inquit timere ne propter regnum dei militantibus huius vite necessaria desint: quinetiam potius possessa propter elemosinam vēdere hortatur. Quod tunc digne fit quādo quis semel pro domino suis omnibus spretis: nihilominus post hoc labore manuum vnde & victum trāsigere et elemosinam dare queat operatur. Unde gloriatur apostolus dicens argentum et aurum aut vestem nullius concupiui: ipsi scitis: quoniam ea que mihi opus erant et his qui mecum subministrauerunt manus apposui. Ista omnia ostendi vobis: quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos. Cetera de communi vnius confessoris & pontificis Memo. de apostolis. ā. Beati eritis. Ubi tamen fiunt octa. de apostolis cum regimine chori dicit hec. i ā. Petrus apostolus. et sic deinceps ℟ Annunciauerunt. Oro. Deus qui hod. Hac die erunt vespere de sancto martino cum memo. tantū de sancta maria et alia de apostolis cū hac ā. Tradent enim. ¶ Quarta die. Lc. i

Et intrauit domum zacharie Felix zacharie domus que tanta hospita letari promeruit. Felix domus vbi est cōgregatio sanctorum felicium. Felix nanq helizabeth felicior iohannes, felicissima maria: sed iesus felicitas eterna. Et salutauit helizabeth. Festinat sācta senex in obuiam puelle: sed leticie mater sereno vultu puris manibus et deuotis eam arripuit amplexibus: dulci voto iocundoq eloquio fauo labiorum distillante, melliflua eam salutatione preuenit. Lectio secunda. Fons melleus scaturiens in vtero riuos mellifluos habuit: et exterius melleam labiis virgineis dulcedinē deriuauit. Ex caritatis feruore fiebat: vt salutationem tante salutis effectiuam non differret. Et factum est vt audiuit salutationem Marie Helizabeth: exultauit infans in vtero eius. Lectio tertia. O vox vere salutationis vereq salutis. In hac voce salutifera curat infantulus a reatu peccati originalis. Ante temporis vsum accepit sanctificationis donum. Spiritu sancto afflatur: Christum intuens indicibili repletur gaudio. Ingestu exultationis: membra infantula roborantur. Quid mirum: si in vtero matris verbi multa fuit efficacia Uere propheta et plusq̄ propheta qui in matre prophetat. Uere tunc lucerna ardens et lucens: quem sic preoccupauit flamma celestis vt iā christi sentiret aduentum: qui nec sentire poterat vel se ipsuz. Memo. de apostolis cū hac i. ā. Petrus apostolus. Hac die erunt vespere de oct. apostolorum cum memo. de sancta maria sicut infra notatur. Si dies dominicus infra octa. eueni. hoc modo fiat seruit. Ad primas vespe=

ras. aña Scandit montes. ꝟ. Dixit dominus. Ps. Confitebor. Ps. Beatus vir qui timet. Ps. De profundis. Ps. Memeto. Et cetera omnia sicut i prima d'e preter. ℟. p nō dicetur. Memo. de apostolis, de domi. et de trinita. et proces. ante crucem. In redeundo de omnibus sanctis. aña Saluator mundi. ꝟ. Letamini. o ro Infirmitatem. Ad matutinas hymnus, ãe, ps, ꝟ. et. ℟. sicut in prima di e dicantur Lectio. i.

Postq̄ summi regis nuncius salutiferum illud aue deferens helizabeth cognate mirificum cōceptum regie virgini intimasset: exhilarata est gaudio et feruore caritatis accensa. Exurgens abiit in montana cum festinatione. Exurgens inquit a quiete videlicet sancte contemplacionis sui dilecti amplexibus spiritualibus sponsum suum nichilominus in sinu ferens ipsoq; suggerente. Hec speciosa amica trinitatis de suo thalamo columba pudicicie properat de cauerna nō sine angelice comitatu militie: vt pium officium caritatis persolueret, omnēq; iusticiam angelorū domina adimpleret. Lectio. ii.

Virgo olim patribus celitus promissa portans illud preciosum depositum portans onus leue, portans a quo portabatur de cubili iam in no tescenda mūdo processit et post vmbrā legis quasi noui tpis gratia aurora consurgens: solēq; iusticie mētes illustrans diem salutis aduenisse monstrauit. Tu autem domine miserere nostri. Deo. Lectio tertia.

Et intrauit domum zacharie. Hec domus domini templum dei sacrarium spiritus sancti et ipsius diuinitatis non solum spirituali: verum etiam corporali gloriosa habitatione repletum. Hec est archa noui testamenti ipsum continens testatorem que domum zacharie intrauit. O q̄ felix hec domus. Multo nanq; felicior ad eius benedicenda introitum: q̄ domus olim obededon: ad figularis arce ingressum. Lect. iiii.

Sancta et immaculata virginitas in maria, salutauit helizabeth.

Pulchrum erat et dignum admiratione spectaculum: tam eminentis atq; amātissime cognationis deuotum intueri occursum. Salutationis obsequio preuenit seruā domina: seniorem puella. Plena celesti dulcedine cognatam dulciter amplexatur: gaudium matris habēs cum virginitatis decore matri pie cōgratulatur sterili pro miraculose fecūditatis honore. Lectio quinta.

Benedictus fructus in quo benedicende sunt omnes gentes: qui est super omnes deus benedictus in secula animarum esurientium et sitientium iustitiam: ipsorum q; angelorum esca et potus. Ex cuius benedictionis dulcedine tu accepisti a ceteris mulieribus longe differentius. Ideo benedicta tu in mulieribus: quia ipse te preuenit in benedictionibus suauissi ne; dulcedinis. Singularem in mulieribus consecuta es benedictionem vt sola sis virgo fecunda: mater non cuiuscunque: sed dei. Nec eius maledicti-

oni subiacens aut legi: grauida sine grauamine et pariens sine dolore.

Lectio sexta.

Et factum est vt audiuit salutationem marie helizabeth: exultauit infans i vtero eius. Jocunda vox eloquium dulce: quod exultare fecit in gaudio quem materna viscera claudunt. Mater salutat matrem: sanctificat infans infantem. Christus baptistam iohannem in spiritu sancto baptizabat. Johannes vero precursoris officium quod voce non poterat: exultationis gaudiis exhibebat.

Euangelium secundum Lucam.

In illo tempore. Exurgens maria abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iude: et intrauit in domum zacharie, et salutauit helizabeth. Et reliqua. Omelia beati ambrosii episcopi. Lectio .vii.

Morale est omnibus vt qui fidem exigunt: fidem astruant. Et ideo angelus cum abscondita nunciaret vt fides astrueretur exemplo senioris femine sterilisque conceptum virgini marie nunciauit: vt possibile deo omne quod ei placuit assereret. Ubi audiuit hoc maria, non quasi incredula de oraculo nec quasi icerta de nuncio, nec quasi dubitans de exemplo: sed quasi leta pro voto, religiosa pro officio, festiua pre gaudio in montana perrexit. Lectio octaua.

Quo enim iam deo plena nisi ad superiora cum festinatione conscenderet: quia nescit tarda molimina spiritus sancti gratia. Discite et vos mulieres sedulitatem quam pregnantibus debeatis exhibere cognatis. Mariam que ante sola intimis ipenetralibus versabatur non a publico virginitatis pudor: non a studio asperitas montium: non ab officio prolixitas itineris retardauit. In montana cum festinatione virgo officii memor iniurie immemor affectu vrgente non sexu relicta domo perrexit. Lectio nona.

Discite virgines non circumcursitare per alienas edes: non demorari in plateis, nos aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festina in publico, mansit apud cognatam suam tribus mensibus. Et enim que propter officium venerat: inherebat officio. Mansit tribus mensibus non quod domus delectaret aliena: sed quia frequentius videri in publico sibi displicebat. Tu autem. In laud. her sola. an. Scandit. cp. et c. sicut in primo die.

Ad primam et ad alias horas omnia fiant sicut infra octa. Quinta die de oct. apostolorum petri et pauli. Ad vesperas. an. Estote fortes. pi feria. cap. Hi sunt viri misericordie. et alia cum. require in fes. sanctorum iohannis et pauli. R. Qui sunt isti. hymnus. Aurea. versus. In omnem. an. O gloriosi apostoli columne ecclesie veritatis precones lampades ardentes vos igne spiritus sancti fugatis errorum tenebris mundum illuminastis intercedite pro nobis ad deum qui vos elegit. ps. Magnificat. Oratio.

Deus cuius dextera beatum petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit: et coa=

postolum eius paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propicius et concede: vt amborum meritis eternitatis gloriam cõsequamur. Qui viuis

Memo. de sancta maria. Ad matu. ix. lec. inuitato. iii. añe et cetera omnia de cõi apsto. vnius apostoli cum lectionib⁹ sequẽtib⁹. Lectio prima.

Gloriosissimos christiane fidei principes et annuis solennitatibus venerantes fratres carissimi ipsum deum ac dominum nostrum huius auctorem fidei debita religione veneremur. Tu autẽ dñe miserere nostri. Lectio secunda.

Apostoli enim latino Sermone dicuntur missi. Qui ergo honorant missos: manifestum est eos honorare mittentem. Quoniam dignitas que defertur ministris: illi sine dubio cuius sunt ministri exhibetur. Lectio tertia.

De suppliciis patrum nostrorum pro christi confessione susceptis fidelibus gaudiis exultemus: quoniam qui de Martyrum morte letantur: martyres cum christo non dubitant regnare post mortem. Lectio quarta.

Nos ergo fratres omnium ecclesiarum reuerendissimos patres: petrum dico et paulum piissimis studiis honoremus: quibus christi prestante gratia factus est de morte natalis quibus finis vite viuendi initium dedit quibus vt ait ipse apostolus paulus viuere christ⁹ erat et mori lucrum. Lectio quinta.

Erat eis vtriq; christus viuere: quia totum pficiebat christi ecclesiis qui viuebant. Erat eis et mori lucrum: quorum corruptioni incorruptio succedebat: et damna presentium temporum lucra perpetua sequebantur. Lectio sexta.

Ambo apostoli claues a domino perceperunt: scientie paulus, potentie petr⁹. Una die passi sũt, vt ad christum pariter peruenirent vno in loco: id est in roma: quatenus vbi mũdus caput habebat imperii, ibi christus collocaret regni sui principes. Tu autem domine miserere. iii. vltime. lec. de expositione euangelii. Secundum matheum. xiiii.

In illo tempore. Iussit Iesus discipulos suos ascendere nauiculam: et precedere eum trãs fretum donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit in montem solus orare. Omelia beati augustini episcopi. Lectio septima.

Cum sanctum euangelium legeretur audiuimus nauiculam periclitantem: christum periclitantib⁹ subuenientem petrum venienti christo occurrentem. In quibus omnibus miraculum expectantes: mysteriũ requiramus. Quanto enim possumus de diuinis operibus que leguntur intellectum alicuius mistice significationis exculpere quasi de abstractis saxorũq; cellis mella pducimus: vel christi discipulos imitantes spicas manibus cõfricamus: vt ad latentia grana perueniamus, et in eis vitam inueniamus. Tu autẽ

domine miserere. Lectio octaua
Ascendit ergo dominus noster ie=
sus christus in montem solus orare
Mons altitudo est. Quid est in hoc
mundo altius celo? Quis vero in ce
lum ascendit: optime etiam nouit fi
des vestra. Cur in montem solus a
scendit? Quia nemo ascendit in ce=
lum: nisi qui de celo descendit filius
hominis qui est i celo. Lectio nona.
Quamuis et i fine cum venerit & nos
oes sua mebra collegerit, ac leuaue
rit in celum: etiã tunc solus ascẽdet
Quia caput cum corpore suo vnus
est christus. Nũc autem caput solũ
ascendit: mediator dei & hominũ ho
mo christus iesus. Christus ascẽdit
solus orare: quia ipse ascendit ad pa
trem pro nobis interpellare. ℣. De=
disti hereditatem. In laudi. añ.
Hoc est preceptum ps. Dñs regna.
et cetere ãe. que sequũtur de comuni
apostolorum. Capitulum. Hi sunt
vi. Hy⁹. Exultet celũ. ℣. Annuncia=
uerunt. añ. Iste sunt due oliuequere
hac ãn. in die sanctorum iohannis &
pauli ad. i. vs. Oro. Deus cuius dex
tera. Memoria de sacta maria. Ad
primã & ad alias horas ã. R. & ℣. de
cõi apostolorũ. Cpm. vts. in fes. san
ctor iohãnis & pauli cũ oratiõe diei
Sexta die de translatione sãcti
thome ad primas vesperas sup psal
mos. ãn. Iste sanctus. psalmi feria.
Cp Omnis pontifex. R. Jacet gra
num. Hymnus. Martyr dei qui. ℣.
Gloria et honore. ãn. Pastor cesus
in gregis medio pacẽ erit cruoris p
cio letus dolor in tristi gaudio grex
respirat pastore mortuo plangens
plaudit mr in filio, qz viuit victor
sub gladiis. Magnificat. Oratio.
Deus qui nobis translationem
beati thome martyris tui atqz
pontificis celebrare concedis: te sup
plices exoramus: vt eius meritis et
precibus a viciis ad virtutes: & a car
cere transferamur ad regnum. Per
dominum nostrum iesum. Mẽo. de
aplis priuatim. ã. In regeneraciõe.
℣. Annunciauerunt. or. Deus cuius
dextera. Alia meme. de. s. maria sole
niter: ad comple. cia fiant sicut in
fest. s. trinita. Ad matu. Inuita. Ad=
sunt thome martyris solennia: vir=
go mater iubilet ecclesia. p. Venite
Hy⁹. Martyr dei qui. In i. noct. ã.
Summo sacerdotio thomas subli=
matus et in virum alium subito mu
tatus ps. Beatus vir. ã. Monachus
sub clerico clãciliciat⁹ carnis carne
fortior edomat conatus ps. Qua=
re fremuerunt. ãn. Cultor agri tri=
bulos euellit: et vulpes a vineis ar
cet et expellit ps. Domine quid. ℣.
Gloria et honore. Lectio prima.
Gloriosissimi martyris thome
translationem fratres charis=
simi dignis in dño laudibus re
censentes, pie mentis affectu pense=
mus que quasi felici presagio in ip=
sius translatione concurrebant.
Anno igitur quinquagesimo a pas=
sione sua: eius translatio adimple=
pleta est. Hic enim annus iubile=
us est: id est remissionis. Unde hono
rius papa tertiũs accessuris ad so=
lẽnitatem translationis eius annua
tim remissionis tales cõcessit: qua=
les retroactis temporibus nusq̃ me

minimus romanos pontifices in- dulisse. i. ℟. Stridens liuor thome supplicio thome genus damnat ex- ilio. Tota simul exit cognatio. ℣. Ordo sexus etas cōditio: nullo gau det hic priuilegio. Tota. Lectio. ii.

Ad memoriam reuocem⁹ quod die martis beati thome mar- tyris translatio primo celebra ta est: diebus enim martis circa be atum Martyrem multa specialiter prouenerunt. Die igitur martis na tus est: die martis in exilium actus est. Die martis apud pontiniacum apparuit ei dominus dicens. Tho- ma thoma glorificabitur in sangui- ne tuo, ecclesia mea. Die martis ab exilio reuersus est: die martis occu buit. ℟. ii. Thomas manum mittit ad fortia spernit damna spernit op- probria. Nulla thomam frangit in- iuria. ℣. Clamat cunctis thome con stantia omne solum est forti patria Nulla thomam. Lectio. iii.

Qualiter autem ei⁹ translatio impleta est audiamus Vene- rabilis pr̄ stephanus cātuari ensis archiepiscopus richardus sa- risburiensis episcopus: walter⁹ pri or et conuentus totus cum hymnis et canticis spiritualibus ad sepul- chrū bti thome peruenerunt: vbi to tam noctem que diem trāslationis eius precessit: in vigiliis et orati- onibus agebant. Tu. ℟. iii. Jacet granum oppressum palea: iustus ce sus prauorū framea. Celum domo commutans lutea. ℣. Cadit custos vitis in vinea: dux in castris cultori area. Celū. Gloria. Celū. ¶ In. ii. nocturno. An. Nec in agnos sustinet lupos deseuire: nec i orrum olerum vineam transire. ps. Cum inuoca- rem. An. Exultat vir optimus sacer et insignis: ne cedat ecclesie dignitas indignis. ps. Uerba. a. Exultantis predia preda sunt malignis: sed in igne positū nō exurit ignis. ps. Dñe dn̄s nr̄. ℣. Posuisti dñe. Lectio. iiii.

Post mediā noctem quatuor sacerdotes ad hoc electi ad se pulchrum accedentes: sanctissimū ipsius caput cum honore leuabant: et cum deuotione singulis deoscu- landum offerebāt. Tunc archiepis copus et ceteri oēs in aspectu dele- ctati sumentes preciosas reliquias. in quadam capsa reposuerunt. Et eam ferreis seris firmantes in locū honestum detulerunt: vsq̄ in diem translationis solemniter faciende. Tu. ℟. iiii. Ex summa rerum leticia summus fit planctus in ecclesia: de tanti patroni absentia. Sed cum re deunt miracula: redit populo letici- a. ℣. Concurrit turba languidorū et consequitur gratiam beneficiorū. Sed cū redeunt. Lectio. v.

Adueniente igitur translatio- nis die presente maxima mul titudine tam diuitū quam pau perum pandulphus apostolice sedis legatus cantuariensis et remensis archiepiscopi: episcopique et abba- tes quam plurimi, cum comitibus et baronibus predictam capsam pre sente rege Henrico tertio super hu- meros suos susceperunt: et in loco quo nunc honoratur cū omni gau- dio collocauerunt. v. ℟.

Mundi florem a mundo conterit: ra chel plorans iam cessa conqueri. Tho mas celus dum datur funeri nouus abel succedit veteri. ℣. Vox cruoris vox sparsi cerebri mundum replet cla more celebri. Tho. Lectio. vi.

Beatus itaque martyr signis et mi raculis preamabilis: comitanti bus et sequentibus totam sue trans lationis solennitatem adornauit: ce cis ad visum, surdis ad auditum: mutis ad loquelam: et mortuis ad vi tam restitutis. Tu. ℟. vi. Jesu christe per thome vulnera: que nos ligant relaxa scelera. Ne captiuos ferant ad infera Hostis mundus, vel carnis opera. ℣. Per te thoma post leue mune ra: amplexetur nos dei dextera. Ne ca. Gloria. Hostis. ¶ In. iii. noctur no. an. Sathane satellites irrumpentes templum inauditum perpetrant scele ris exemplum. ps. In dno confi. an. Strictis thomas ensibus obuiam pro cedit: non minis, non gladiis: sed nec morti cedit. ps. Dne quis ha. an. Felix locus felix ecclesia in qua thome vi get memoria: felix terra que dedit pre sulem: felix illa que fouit exulem felix pater succurre miseris: vt felices iun gamur superis. ps. Dne in virtute. ℣. Justus vt palma. Secundum lu cam lec. vii. Homo quidam nobilis. que re in com vnius marty. et pontificis. ℟. Thome cedunt et parent omnia: pe stes morbi mors et demonia. Ignis aer: tellus et maria. ℣. Thomas mun dum repleuit gloria: thome mundus prestat obsequia. Ignis. Lectio. viii et. ix. de proprietate sancti thome le gantur. Lectio. viii.

Quidam etiam vir causa oratio nis limina beati thome in ip sius translatione volens visitare ad pontem kaynfordie prope londonum, peruenit. Circa igitur medium pon tis obuians carro in aquam proiectus est. Hic vero non immemor sui sanc tum thomam in auxilium eius iugi ter inuocauit: petens ne peregrinum suum perire permitteret ℟. viii. No uis fulget thomas miraculis mem bris donat castratos masculis. Or nat visu priuatos oculis. ℣. Mundat lepre conspersos maculis: soluit mor tis ligatos vinculis. Quia. Lect. ix.

Quinquies igitur ad aque fun dum, et totidem ad aque sum mitatem reuersus ad aridam terram proiectus est. Tunc ille firmi ter contestatus est: se nec in ore nec in naribus aliquam aque molestiam sensisse excepto quod in casu suo parum aque salse hauserit. Adiecitque quod cum mergi cepisset quidam episcopus eum vt mergi non posset supportauit. Con summata est hec translatio sanctissi ma preciosi corporis sancti thome in ecclesia cantuariensi: anno gratie millesimo ducentesimo vigesimo nonas iulii, hora quasi tertia. A pas sione ipsius martiris anno quinquagesimo ℟. ix. Jesu bone per thome merita: nostra nobis dimitte debita: domum: portam: sepulchrum visita. Et a trina morte nos suscita. ℣. Actu mente vel visu perdita: pietate restaura solita. Et. Gloria. Et. ℣. Ora pro nobis bte thoma. ¶ In laudibus. an. i. Granum cadit: copiam germinat frumenti: a labastrum frangitur fragrat vis vn-

guenti. ps. Domin9 regna. an. ii. Totus orbis martyris certat in amorē cuius signa singulos agunt in stuporem. ps. Jubilate an. iii. Aqua thome quinquies varians colorem in lac semel transit, quater in cruorem. ps. Deus deus. a. iiii. Ad thome memoriam: quater lux descendit: et in sancti gloriam cereos accendit. ps. Benedicite. an. v. Tu per thome sanguinē quem pro te impendit: fac nos christe scandere quo thomas ascendit. ps. Laud. Cap. Omnis pontifex. Hymn9 Deus tuorū militū. v. Just9 germi. an. Opem nobis o thoma porrige rege stātes iacentes erige, mores: act9 et vitam corrige: et in pacis nos viā dirige. ps Benedictus. Oro. Deus qui nobis. Memoria de sancta maria. ¶ Ad. i. an. Granum. ps Deus i no. a. Gratias tibi. ps Quicūqz. Ad. iii. a. Totus orbis. ps Legem pone. Cap. Omnis pontifex. R. Gloria et honore. v. Posuisti. Ad. vi. a. Aqua thome. ps Defecit. Cap. Nemo sumit. R. Posuisti. v. Justus vt pal. Ad. ix. a. Tu per thome. ps Mirabilia. Cap. In ecclesiis. R. Just9 vt pal. v. Just9 ger. Ad. ii. vs. super psalmos. a. Granum cadit. psalmi feria. Capitulum Omnis pōtifex. R. Jesu bone. Hymnus Deus tuorum mil. v. Justus ger. an. Salue thoma virga iusticie: mundi iubar robur ecclesie, plebis amor cleri delicie salue regis tutor ecclesie: salue tue gaudētes glorie. ps Magnificat. Oratio. Deus qui no. Memoria de sancta maria. Si hec fes. translatio sancti thome: in sab. contigerit, tūc ad primas vesp. reliquiarum fiat mēo. de dominica: et de trini. sub silentio de communi: et solemnis memoria de s thoma, etiam de octauis visitationis beate marie. ¶ Septima die. Lectio. i.

Et repleta est spiritu sctō helizabeth. Consolari cōfortare: et opem salutis conferre aduenerat virgo pia. Et ecce in prima obuiatione repletur spiritu sctō christū tacito expectatū desiderio cernit adesse presentem. Et eius se genuisse conspicit precursorem. Qui oculos aperuit filii: oculos aperuit et matris: vt et ipsa cerneret quid filii exultatio designaret. Lectio secunda.

Et si senē tedeat grauidari qd est qꝫ tanto inhabitante paraclito: et in tantarum nouitatū gaudiis leniter non ferat. Clamauit voce magna et dixit. Bñdicta tu in mulieribus et benedictus fructus vētris tui Mulier gratiosa inuenit gloriam deuotissime visitatiōis puenietisqz salutatiōis officio: gloriā digne pmeruit vere laudis. Que si velut vna de ceteris mulierib9 ostēdebat q̄ et qꝫ tacerat digne spūsctūs declarabat L. iii

Clamauit voce magna: non tā clamosa qꝫ deuota. Nec solū ad intentionē loquentis referendū est: qꝫ dicitur voce magna, sed qꝫ verba magni misterii platura esset insinuat. Magna enim vox aliquod magnū sentire demonstrat. Magna etiam voce dicenda est visa fuisse: quia illā vocē cū magna cordis exultatiōe in commendationē magne virginis proferebat. ¶ In oct. die visita. bte mari Ad. i. vs. sup pos hec sola. a. Eterni

patris. ps. Dixit domin⁹ et cetera ps. de sancta maria. cp. 4. et cetera omnia sicut ad .i. vesp. Ad matu. inuit tripl. tota cantetur hystoria. sicut in prima die. Lectio prima.

Beata prius sterilis helizabeth cum gaudium in vtero per presentiam marie gustauerit: premissa mulieris excellenti gloria subdidit. Et benedictus fructus ventris tui. In fructibus benedictus: sed signanter ventris tui paradisi voluptatis aureole aromatum orti conclusi cōsistorii spūsancti cultu. Lecti. ii

Benedictus fructus paterni vteri est: benedictus fructus ventris tui. Hunc cernens ventris mei infantulus exultauit preciosus fructus celi ciuiū vitā prestans sēpiternam Per te datur hominibus vt viuant in eternum. Et vnde hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad me.

Non ignorat helizabeth operacionē sancti spirit⁹: q̄ prophete mater a matre domini ad fructum sui pignoris salutetur. Lectio tercia.

Verū hoc non sui meriti: sed diuini muneris esse fatetur. Illa nāq̄ quare inquit hoc mihi: quibus meritis qua iusticia? Nonne mater dn̄i mei iure exaltanda est super choros angelorum? Unde mihi tanta maiestas? Cur infimam te exhibes domini mei mater? cur latere v(i)s lucerna mundi luna plena solari lumine sol in quo sol iusticie posuit tabernaculum suum. Miraculum sentio: mysterium agnosco. Lectio quarta.

Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo. Reuelante spiritu sancto quo impleta erat Helizabeth intelligit quod infantis exultatio designaret venisse saltem sanctam matrem illius cuius precursor futurus erat. Lectio quinta.

Que ergo prius erubescebat onus parturientis: dum nesciret misterium religionis iam nunc benedicebat. Et que se prius occultabat quia filium conceperat: nunc quod prophetam genuit se declarat. Exultauit in gaudio inquit non mediocri gaudio: hoc est spiritu sancto: sed tanto intentius quanto infantulus adhuc ineptior naturaliter ad gaudēdum haberetur. Lectio. vi.

Attendant vani gaudii sectatores quod dolore admixtum est illud: cuius extrema luctus occupat, quam purum, quam deliciosum sit verum gaudium, quod nondum nati paruuli animam liquefacit. Eius⁹ gaudii participes: soli dei amici sunt.

Secundum Lucam.

In illo tēpore. Exurgens maria abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iu. de: et intrauit in domum zacharie, et salutauit helizabeth. Et reliqua. Omelia de diuersis tract. Lectio septima.

Ecce virgo beata es propter beatitudinis tue singularem prerogatiuā: per singulas generationes. Tā cara es oibus: tam amabilis vniuersis: et tā deuota: vt dignū est q̄ oēs te beatificent affectu: vt si cuncti loqui gestiant: quicquid dicatur de indicibili eo ipso q̄ dici potest, vel po-

tuit minus placeat minus accepte=tur. Quia fecit magna qui potens est: et sanctum nomen eius. Lec. viii
Potens et sanctus dñs magna et sancta fecit incarnationis: videlicet et redẽptionis mysteria. Que oĩa pri⁹ facta transcendunt: et ipsa in me et mihi fecit ad meam magnificatio=nem singularem. Mãsit apud illam quasi tribus mensibus. Felix parẽs helizabeth cui soli assistit vniuersi mundi creator: cuius presidium ei⁹ confortat senectutem: cuius fons leticie gemitus consolatur: laborantis antique. Huius sanctissime visitati=onis audiuimus hystoriam, imite=mur et formam. Tu. Lectio nona.
Sedeat anima fidelis cum maria in conclaui conscientie vacans deli=ciis contemplationis supne. Conso labitur eam celestis nuncius: delici=osus videlicet sapor feruentissime deuotionis. In proposito felici con=cipiet christum. Honesta virgo ope=ratione prodeunte in lucem christũ pariet: florenter perseuerante sem=per gratia castitatis post verbi con=ceptum. Progressa est mater humi litatis ad montana: vt helizabeth parturienti solatium dulce confer=ret. Sic et aĩa que iam honestũ concepit propositum tendat in mõtana virtutum diligentis obsequii graciam egentib⁹ collatura. In lau. oẽs ã. dicantur. Ad. i. et ad alias ho. oĩa fiant sicut infra oc: Ad. ii. vs. ã. pi. et cetera sicut in. i. die. pref. Nõ. qd non dicet: memo. de mart. p. scz septẽ fratribus. ã. Gaudent in celis. vs. Letamini. Oratio

Presta quesumus oĩps deus: vt qui gloriosos martires tuos felicẽ, philippũ, vitalẽ, marcialẽ, alexãdrũ, siluanũ, atq; ianuariũ fortes in sua confessione cognouim⁹ pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominum. Ad matu. Inuitato. dup. Lectio. i.
Tempore anthonini imperatoris: a prefecto vrbis publio compellebat btã felicitas cũ suis filiis ad sacrificãdũ idolis. Cui felicitas respondit. Nec blandiciis tuis dissolui potero: nec terroribus frangi. Habeo eni spiritũ sanctũ: qui me vinci nõ pmittit a diabolo. Et ideo secura sum: quia viua te superabo: et si interfecta fuero: meli⁹ te vincam occisa. Lectio secunda.
Postea conuocans prefectus filios beate felicitatis cepit cũ eis agere vt sacrificarent. Qui videns eorum immobilem in fide christi cõstantiam: scriptis anthonino imperatori innotuit. Quos ille iussit diuersis suppliciis interire. Tu. Lectio tercia.
Ex quibus ianuarius post verbera virgarũ et carcerẽ plũbatis occisus est: felix et philippus fustibus mactati: siluanus precipitio mactatus est. Alexãder, vitalis et marcialis capitali sententia sunt puniti: mater vero eorũ ad vltimũ gladio iugulata est. Tu. vs. Hec est vera fraternitas Cetera oĩa de cõi mar. ¶ Notãdũ est q; sẽp in proxima do post festum trãs. scti tho. mar. celebratur fes. reliquiarũ scdm vsum eccle Sarũ: qd nuper celebratum fuit in oc. die natiuitatis btẽ marie sub maiori dup. fes. vbi cũ

q̄ reli. habent: vel corpa mortuorū sunt humata: q̄r licet sctā & clerici i eorū laude nihil solennizāt: tamen cui⁹ honoris sunt apd̄ deū nescitur

¶ In fes. reliquiarum. Ad i. vel. ā. i Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iusticiam, adepti sunt promissiones. p̄. Laudate pueri. ii. ā. Isti sunt sancti qui pro dei amore minas hoim contempserunt sancti martyres in regnum eternum exul t ēt cū angelis: o q̄ preciosa est mors sanctorum qui assidue assistunt ante dnm: & ab inuicem nō sunt separati. p̄. Laudate dn̄m oēs gentes. iii. ā Absterget deus oēm lachrymā ab oculis sanctorū & iam non erit ampli⁹ neq̄ luct⁹, neq̄ clamor, sed nec vllus dolor q̄m priora trāsierūt. p̄. Lauda aīa mea do. iiii. ā. Sanctum et verum lumen et admirabile ministrans lucem his qui permāserūt in agone certaminis recipiēt a christo splendorem sempiternum in quo assidue felices letantur. p̄ Laudate dominum quoniā bonus. ā. Gaudent in celis: aīe sāctorū q̄ christi vestigia sūt secuti et quia p ei⁹ amore sanguinem suum fuderunt, ideo cū christo regnabunt in eternū. p̄ Lauda hie.

Capitulum.

Hi sunt viri mie quorum iusticie obliuionem nō acceperūt: cum semine eorum permanēt bona hereditas sancta nepotes eorum. ℟ Justi in perpetuū viuēt: & apud dominum est merces eorum. Et cogitatio eorum Apud altissimū. ℣ Ideo accipient regnum decoris et diadema speciei de manu dn̄i. Et cogitatio. Gloria laus & honor de⁹ potestas et iubilatio: patri ac nato spiritui sctō. Apud altissimū. hy⁹. Sāctorū meritis. ℣. Letamini in domino. ā. Fulgebunt iusti et tanquā scintille in arundineto discurrent: iudicabunt nationes et regnabunt in eternum. p̄ Magnificat.

Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt sācte dei genitricis semperq̄ virginis marie & sanctorū tuorum quorum reliquie in hac cōtinentur ecclesia nos protegāt merita: quatenus eorum precibus tranquilla pace in tua iugiter laude letemur. Per eundē dominū nostrū iesum christum filium tuum. Qui tecū viuit. Memoria priuatim de do. & de trinit. Ad complet. ā. Sanctorū precibus cunctorum redde salutem corporis & aīe christe tuis famulis p̄. Cum inuocarē. cp̄ Tu in nobis. hy⁹ Saluator mundi. ℣. Custodi nos. ā Lucem tuam. p Nunc dimittis. Ad matu. inuit Venite adorem⁹ dn̄m. Qui in sanctis gl'iosus est. ps. Venite. hy⁹. Sanctorū meritis. In i. noc. ā. Secus decursus aquarum plantauit vineam iustorum: sed in lege dn̄i fuit voluntas eorū. p Beatus vir. ā. Tāq̄ aurū in fornace probauit electos dn̄s: et quasi olocausta accepit illos i eternū. p Quare fremuerūt. ā Si corā hominib⁹ tormēta passi sūt: spes electorū est immortalis in eternū. p In dn̄o cōfido. ℣. Letamini in domino. Lectio prima.

Hodie dilectissimi omniū sanctorum quorū reliquie in hac cōtinēt ecclesia: sub vna solen

nitatis leticia celebramus festiuita tem: quorum societate celum exultat, quorum patrociniis terra letatur, quorum triumphis ecclesia sancta coronatur, quorum cõfessio quã to in passione fortior: tãto est clarior in honore. Quia dum creuit pugna: creuit & pugnantium gloria: & martyrii triũphus multiplici passionum adornatur supplicio. ℟.i. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum: et iam non erit amplius neq luctus neq clamor: sed nec vll⁹ dolor. Quoniam priora transierunt ℣. Non esurient neq sitient ampli⁹: et non cadet super illos sol neq vll⁹ estus. Quoniam. Lectio secunda.

P Er grauiora enim tormenta grãdiora fuere et premia dũ catholica sancta mater ecclesia per totũ orbẽ longe lateq diffusa ĩ ipso suo capite iesu christo edocta est contumelias crucis & mortem non timere, magisq roborata nõ resistendo, sed perferẽdo cum vniuersos quos agmine inclyto carcer penalis inclusit pari & simili calore virtutis adgerendum certamen gloria triumphalis inspirauit. Tu autem domine. ℟.ii. Exultabũt sãcti in gl'ia Letabuntur in cubilibus suis. ℣. Epulentur et exultent in conspectu dei. Letabuntur. Lectio tertia.

O Uere beata mat' ecclesia quã sic honor diuine dignationis illuminat quam vincentium gloriosus martyrũ sanguis exornat, quã inuiolate confessionis candida indu it virginitas floribus eius, nec rose nec lilia desunt. Certent nunc caris simi singuli vtriusque honoris amplissimas accipere dignitatis coronas: vel de virginitate cãdidas: vel de passione purpureas. In celestib⁹ castris pax et acies habẽt flores suos quibus milites christi coronãtur Tu autẽ. ℟.iii. Justi ĩ perpetuum. quere in primis vesperis. In.ii.noc ãn. Dabo sanctis meis locum nominatũ in regno pr̃is mei dicit dñs. ℣. Dñe q̃s habitabit. ã. Sãctis qui ĩ terra sũt eius mirificauit õnes volũtates meas ĩ illos. ℣. Cõserua. ã. Sãcti qui sperãt ĩn dño habebũt fortitudinẽ: assumẽt pẽnas vt aquile volabũt & nõ deficient. ℣ Domini est tra ℣. Exultẽt iusti. Lectio quarta.

D Ei enim ineffabilis & immẽsa bonitas: hoc prouidit vt laborum quidem tempus non extenderet: nec longum faceret aut eternum sed breue (et vt ita dicam) momentaneum: vt ĩ hac breui et exigua vita agones essent et labores. In illa vero que eterna est: corone et p̃mia meritorum vt labores quidem cito finirentur: merito vero premia sine fine durarent. Tu. ℟.iiii. Letamini in domino et exultate iusti. Et gloriamini omnes recti corde. ℣. Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione. Et gloriamini omnes. Lectio quinta.

E Rgo agite nunc fratres aggrediamur iter vite: reuertamur ad ciuitatem celestem ĩ qua scripti sumus et ciues decreti. Non sumus hospites: sed ciues sanctorum et domestici dei et illius heredes, coheredes autem christi. Huius nobis

vrbis ianuas aperiet fortitudo: et fi-
ducia latum prebebit ingressum.
Consideremus ergo inclitam huius
vrbis felicitatem inquantum consi-
derare possibile est. Ut enim vere
est: comprehendere nullus sermo suf-
ficiet. Dicitur de ea in quodam loco
sic quod aufugiet ibi dolor et tristici
a et gemitus. Tu autem domine.
℟ iii. Sancti tui domine mirabi-
le consecuti sunt iter servientes pre
ceptis tuis vt inuenirentur illesi In
aquis validis terra apparuit arida
et in mari rubro via sine impedimen
to. ℣ Uictricem manum tuam lau
dauerunt pariter et decantauerunt
domine nomen sanctum tuum. In a
quis validis terra apparuit arida.

Lectio sexta

Quid hac vita beatius: vbi non
est paupertatis metus, non e-
gritudinis imbecillitas: nemo
leditur, nemo irascitur, nemo inuidet
cupiditas nulla exardescit, nullum
ibi desiderium, nulla honoris aut
potestatis pulsat ambitio. Nullus
ibi diaboli metus, insidie demonum
nulle, terror gehenne procul. Mors
neq̄ corporis neq̄ anime, sed vita
immortalitatis munere iocunda.
Nulla erit tunc vnq̄ discordia: sed
cuncta consona cuncta conueniētia:
quia erit omnium sanctorum vna
concordia, pax cūcta et leticia conti-
nua per infinita seculorū secula. ℟.
In circuitu tuo dn̄e lumē est q̄ nūq̄
deficiet. Ubi constituisti lucidissi-
mas mansiones. Ibi requiescūt sāc
torū anime. ℣ Lux perpetua lucebit
sāctis tuis dn̄e et eternitas tēporū.

Ubi. Gloria. Ibi. In .iii. noc. aña. Justi
autē in perpetuū viuēt et apud dn̄m
est merces eorū. ps Exultate iusti. aña.
Tradiderūt corpora sua ꝓpter deū
ad supplicia vt heredes fierent i do
mo dn̄i. ps Benedicam. aña. O quā
gloriosum est regnum celorum in
quo cum christo gaudent omnes sctī
amicti stolis albis sequuntur agnū
quocunq̄ ierit. ps Quam dilecta. ℣.
Justorum anime. ¶ Euangelium
Secundum Matheum. v.

In illo tempore. Uidens iesus
turbas: ascendit in montem. Et
cum sedisset: accesserūt ad eū dis-
cipuli eius. Et reliqua. Omelia vene
rabilis bede pbrī. Lectio septima.
Mons in quo sedet dn̄s: mystice si-
gnificat maiora precepta iusticie: q̄
minora erāt q̄ iudeis data sūt. Un⁹
tamen de⁹ per sanctos prophetas et
famulos suos secūdū ordinatissimā
distributionē tēporum dedit minora
precepta populo: quē timore alliga-
ri adhuc oportebat et per filiū suū maio
ra populo quē caritate iā liberari
cōuenerat. Tu. ℟ Corpora sctōrum
in pace sepulta sūt. Et viuēt noīa eo
rū i eternū i generatione et generati
onē. ℣ Sapiētiā sctōꝝ narrabūt cēs
populi: et laudē eorū ꝓnūciat ōnis
ecclesia sanctorū. Et viuēt. Lec. viii.

Cum autem minora minori-
bus maiora maioribus dan-
tur: ab eo dantur qui solus nouit cō
gruētem generi hūano exhibere me
dicinam. Sedens autem docet quod
pertinet ad dignitatem magisterii.
Et accesserunt ad eum discipuli e-
ius vt audiendis verbis illius: hi e-

tiam essent corpore viciniores qui preceptis implendis etiam animo appropinquabāt. Tu. ℞. Propter testamentum domini et leges paternas sancti dei perstiterunt in amore fraternitatis. Quia vnus semper fuit spiritus in eis et vna fides. ℣. Fuerunt sine querela ante dominum et ab inuicem non sunt separati. Quia vnus. Lectio nona.

Mystice etiam sessio domini incarnatio eius est: quia nisi dñs incarnatus esset, humanum genus accedere ad eum non potuisset. Accesserunt autem discipuli, non tantum loco: sed etiam fide et deuotiōe vt susciperent pacē populo suo. Nisi enim illi accessissent: sanitas ad nos non venisset. Et aperiens os suū docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. ℞. Concede nobis dñe q̄s veniam delictorum et intercedentibus sanctis quorū hodie solēnia celebramus. Talem nobis tribue deuotionem. Ut ad eorum puenire mereamur societatē. ℣. Adiuuent nos eorum merita quos propria impediunt scelera, excuset intercessio, accusat quos actio et qui eis tribuisti celestis palmam triūphi: nobis veniam nō deneges peccati. Talem. Gloria. Ut. ℣. Justi aūt in perpetuum viuent. ℞. Et apud. In lau. āñ. Justorum aūt aīe i manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. ps. Dominus regna. āñ. Cum palma ad regna puenerūt sancti coronas decoris meruerunt de manu domini. ps. Jubilate. āñ. Corpora sanctorū in pace sepulta sunt: et viuent nomina eorum in eternum. ps. Deus deus meus. āñ. Martyres domini dominum benedicite i eternum. ps. Benedicite. āñ. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis ps. Laudate. Cpr. Hi sunt viri misericordie. Hy. Rex gloriose martyrum. ℣. Mirabilis deus āñ. Te gloriosus Apostolorum chorus: te prophetarum laudabilis numerus te martyrū candidatus laudat exercitus: te omnes electi voce confitētur vnanimes beata trinitas vnus deus. ps. Benedictus. Oro. Presta q̄s. vt s. Mēo. de dñica: et de trinit. priuatim. Deinde fiat alia mēo. de oct. visita. solen. Si hoc fes. infra p̄dictam oct. euene. Ad. j. ā. Justorum autem. ps. Deus in noīe. Ad. iij. āñ. Cum palma. ps. Legem pone. Cp. Hi sunt viri misericordie. vt s. ℞. et ℣. de cōi plur. martyr. ad oēs horas dicantur. Ad. vj. āñ. Corpora sctōr. ps. Defecit. Cpm. Ecclesiasti. xliiij.

Sapientiam sanctorum narrabit omnes populi: et laudem eorum pronunciat oīs ecclesia sanctorum. Ad. ix. āñ. Exultabunt. ps. Mirabilia. Cpm. Eccles. xliiij.

Corpora sanctorum in pace sepulta sunt: et viuent nomina eorum in eternum. Ad. ij. vēs. ā. Justorum autem. ps. Confitebor. ps. Credidi. ps. In conuertendo. ps. Eripe me. ij. ps. Lauda Hierusalem. Cpm. Hi sunt viri misericordie. ℞. In circuitu tuo. Hymnus. Rex gloriose marty. ℣sus. Mirabilis

deus. an. Saluator mundi. ps. Magnificat, quere hanc an. ad secundas vesperas in die omniū sanctorum super ps. Magnificat. Oratio. vt supra. Complet. vt supra. Quandocunqʒ festum. ix. lecti. hac die contige. differatur in crastinum et fiat de talibus festis memo: ad secundas vesperas de reliquijs sub silen. nisi sit duplex festum. Si vero aliquod festum maius duplex vt dedicatio ecclesie vel festum loci in. ij. fer. contige. vespe. in do. de eis erūt ꝑ solen. memo. de reliquijs. Si aliquod festum. iij. lect. hac die contige. nichil de eo fiat: neqʒ sub silent. neqʒ in audientia. quod obseruetur in omnibus maioribus duplicibus fest. Quotidie infra oct. et in oct. fiat memoria de reliquijs ad vesp. et ad matut. et ad missam: siue de fer. siue de fest. sanctorum fit seruitium cum hac an. Corpora sanctorum. ps. Beati qui habitāt. Oratio Presta quesumus. ¶ Transla. sancti Benedicti Abbatis ix. lec. fiant nisi facte fuerint in. xl. tunc fiant hic. iij. lec. et inuitator. duplex. Oratio.

Intercessio nos quesumus domine beati Benedicti Abbatis tibi commēdet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per dn̄m. Lectio. i.



Cum diu gens longobardorum infidelitatis sue tenebris carere noluisset et iugum domini ferre, detractans eos qui ferebant impugnare decreuisset: italiam venit nominis Christi impugnandi gratia, et sibi eam domino subiugādi. Unde inter cetera facinora sua monasterium eximij patris Benedicti depopulans rebus omnibus inhabitabile reddidit: sicut ante idem prophetie spiritu cognouerat atqʒ prenunciauerat ablatis rebus omnibꝫ monasterium euersuri. Lectio. ij.

Hac itaqʒ patrata euersiōe ꝛ multis affluentibus annorum curriculis: idem locus ad heremū redactus cepit esse ferarum: qui prius fuerat habitatio hominum vsqʒ ad tempꝰ Clodouei regis Francorū filij Dagoberti. Tu autem. Lectio tertia.

Prefatus autem rex cum egregijs polleret moribus petitionibusqʒ iustis et seruitio dei aptis assensūꝫ preberet: interpellatus est a bone memorie leodebodo patre monasterij sancti Aniani: quod est situm prope menia vrbis Aureliane vt monasterium ordini Monastico congruum liceret sibi construere in agro Floriacēsi: qui huic petitioni libentissime acquieuit. Lectio. iiij.

Predictus vero vir dn̄i Leodebodus in predicto agro Basilicam in honore sancti Petri, et aliam in honore beate Marie edificauit: ꝛ collegit plures ad seruiendum deo sub norma regule: quibus prefecit Abbatem noīe nummolum. Lectio. v.

Iste autē nummolus lectioni studium dans: inter cetera reppertit in libris beati Gregorij quomodo beatus Benedictus agonis sui cursum i Beneuentana consummauerat prouincia. Hic per reuelationeꝫ diuinam admonitus misit ad dictā

prouinciam

prouinciam monachū nomine Ayguldphum vt corpus beati Benedicti transferret. Lectio sexta.

Non dispar huic interea in Cenomannica vrbe apparuit visio: vt scilicet pergentes et ipsi in eandem prouinciam corpus sororis sancti Benedicti scolastica nomine transferrent: vt quos vnius vrbe habebat spacium simul transferendi ostenderetur. Cum vero fiant .ix. lec. tūc legantur .iii. vltime lec. de expositione Euangel. Nemo accendit lucernam. Cetera de communi vnius confesso. et Abbatis.

¶ Translatio sancti Swithuni sociorumqꝫ eius episcoporum et confesso. ix. lect. Cetera omnia de communi plu. confes. cum hac oratione.

Omnipotēs sempiterne deus qui hodiernam diem honorabilem nobis in beati Swithuni cō fessoris tui atqꝫ pōtificis sociorūqꝫ eius translatione fecisti: da ecclesie tue in hac celebritate leticiam: vt quorum solennitatem veneramur in terris: eorū intercessionibus subleuemur in celis. Per dn̄m nr̄m.

¶ Translatio sancti Osmundi est Synodale celebratum: eius tamen depositio celebratur per totam prouinciam Cantuariensi. ¶ In translatio sancti Osmundi. Ad .i. vesperas. an̄. Suscipe cum gaudio mater filiorum i Osmundi iubilo preces famulorum. Ps. Laudate pueri. an̄. Confessoris dominum gēs collaudet tota et i sancti gloriam reddat pia vota. Ps. Laudate dominū. an̄. Exit eius spiritus terram miserorum et intrat pro meritis regnum beatorū. Ps. Lauda anima. an̄. Iste dominum domini sacratus fabricauit et dispersos clericos simul congregauit. Ps. Laudate dn̄m qm̄. an̄. Lauda sion dn̄m magni cōfessoris lauda piū presulē cuius est laboris qꝫ tuas ianuas bn̄ cōfortauit: qꝫ tuos filios iā letificauit. Ps. Lauda hierusalem dominū. Capitulū.

Ecce sacerdos magnus qui i vita sua curauit gentem suam: et liberauit eam a perditione, qui suffulsit domum in diebus suis corroborauit templum. Rm̄. Miles et alme pater Osmunde dei gregis auctor. Christo funde preces et nostras ablue culpas. V. Vt nos vite sedem valeamus scandere celsam. Christo. Hymnus. Iste confessor. Vl'. Amauit. an̄. Confessor domini precibus succurre plebi. Vt vicijs vacui valeant tibi consociari. Et tua quos reperis solennia preuenientes. Tu populi doctor fac vt te concomitentur. Psalmus. Magnificat. Oratio.

Deus cuius antiqua miracula etiam nostris temporibus ad tui nominis magnificentiam ac laudem et honorem sancti confessoris tui Osmundi chorusca re sentimus: concede propicius, vt cuius cō memorationem colimus: eius intercessionibus, et in presenti seculo te glorificemus, et in futuro te perfrui mereamur. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Inui.

Omnipotens dn̄s laudetur trinus et vnus. Qui dedit Osmundo celestia regna beato. ps. Venite. Hy⁹. Iste confessor. ¶ In .j. noc. an̄. Natus mox renascitur Osmundus fōte lotus a cunctis piaculis effectus mundus totus. ps. Beatus vir. an̄. Adolescentes profugit scola litterali et tyrones superat arte militari. ps. Quare fremuerunt Gentes. an̄. Iuuentutis terminos prudens transigebat nec contra spiritū caro preualebat. ps. Domine quid. ℣. Amauit eum. Lectio prima.



Reuenimus dudū noua solēnitate dies natalitios salua tionis beatissimi presulis Osmundi festiuum celebrando natalem: iamq illucescente nobis translationis sue veneranda celebritate quasi nouam eius in mundum natiuitatem cum pleno cleri, ac plebis iubilo solemniter renouamus. Hodie namq deuota mater Sarisburiensis ecclesia dulcissimū alumnum: quem intra sua viscera plurimo annorum defluxu ab humano aspectu recondidit hodie glorioso eius corpore in sublime translato desideratam diu gentibus palam profudit in lucē. Et quem quōdam vt granum mortificatum cadens in terram suscepit deinceps multiplici miraculorū fructu grauidata: hodierna tandem die operto vtero edidit: sanctorumq confessorum Collegio Apostolica pridem auctoritate ascriptum sub veneratione congrua demonstrauit. Hym. Presulis Osmundi celebremus festa iocundi: qui pius prudens humilis sobriusq pudicus. Expletis curis intrauit gaudia lucis. ℣sus. Auxit per merita sibi tradita quinq talēta. Expletis curis itrauit gaudia lucis. Lectio secunda.

In sacre translationis festiuitate assistimus: et tamen nouiter mundo exortum sanctum reuerētes natiuitatis vocabulum vsurpamus. Sed quorsum forsan abijcitur spectat hec rerum confusio. Quid sibi vult in rebus varijs tā patens abusio nominum? Rursum si stupendū videbatur princip Iudeorum hominum nasci cū sit senex: qua fiducia ducāmur credere ex vtero natū ac demum fonte renatum post mortem renasci? Uerum si in hac re proprietates discurrere docuerimus paginis naturalis facile transsumentium licētia persuasum rei arbitramur iam misterium apud nos agi diu expectate natiuitatis. Aggrediamur igitur diligenter euiscerate parabolā istam interimq quoniam presenti die prolatis almi viri reliquijs ad gloriosā in quo pausat scrinium quasi ad tripudia noui partus concurrimus: delectet ipso, delectet professe minus sedulo intermiscere organa diuine laudis. ℟. Ecce sacerdotem cuius prudentia sanctum. Suffulsit templū christi stabiliuit et edem. ℣sus. In vita placuit domino plebem bene rexit. Suffulsit templum. Lectio tertia.

Ut ergo a primordio cuiusuis generationis

nerationis initium sumamus: opoꝛtet vt postq̄ intellexerimus matrē huius fecundi germinis ecclesiam sanctam in cuius visceribus deuotissimus pꝛesul requieuit humatus deum quoq; qui solus secundum apostolū administrat semen tā egregij repullulaminis patrem credamus. Cuius immensa bonitas vbi de spiritu beatissimi patris nouo inter superos collato tunc celum ditauit: volens et i terris de moꝛtificato grano fructum facere: exijt seminare semen suū spargēs in terra bona hoc semē magne vbertatis: coꝛpus videlicet sanctissimi viri miraculis copiosum. De quo semine pꝛophetā non immerito locutū fuisse putādū est: cum viꝝ metuentē dn̄m in psalmis descripsit. Beatus vir iquit q̄ timet dn̄m: in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen eius. Potens vtiq; erat hoc semen dum intra occulta subterranee matricis receptacula voluebatur. Potens inq̄ ad demones abijciendos: potēs ad moꝛbos depellendos, potens quidē suo suffragio: ac nostris quantislibet meritis gratiam dei abundare facere in nobis. ℟. O p̄sul noster tecum decet gratulemur qui mundo moꝛiens non desinis esse sacerdos. Celesti vita frueris per secula cūcta. ℣. Jam cernis Chꝛistum patris a dextris residentem. Celesti. Gloꝛia. Celesti. In secūda noct. an. Vir effectus pꝛospere neustriam regebat tandem partes anglie potens defendebat alleluya alleluya. ps. Cum inuocarem. an. Utrobiq; regia iura dilatauit ac i pace solida cūcta refoꝛmauit. ps. Verba. an. Sed et domus domini maximus zelatoꝛ pluris beneficij largus est fundatoꝛ. ps. Domine dn̄s noster. ℣. Justum de. Lectio. iiij.

Uis plenius deuotissime cetera tā mire pꝛopagationis secreta pandamus ꝛ Hactenus didicisti q̄ sancta cesarisburgi ecclesia pꝛeclari pontificis Osmundi coꝛpoꝛe tanquā virili semine fecūdata est. Uerum q2 iuxta instituta nature non mox suscepto semine: sed multo pꝛogressu fetus conualescit in perfectum ita meritum beati viri successiuis miraculoꝛum signis cepit in dies fidelium mentibus magis innotescere. At sicut materia illa seminaria frequenti sui alteratione certis labentibus dierū curriculis nunc lactea post sanguinea: demum in modum masse carnea, ac post postremo apte figurationis liniamēta: vt spiritus vitalis eam infoꝛmet suscipere indicatur: pari oꝛdine sustinuit domin⁹ paulatim crescere sāctum suum: ac eo nondū de coꝛde terre leuato quotidiana pene nouitate signoꝛum accurrentis populi multitudine vteꝝ matris: in quo tanto tēpoꝛe repausauit vberius grauidari constituit. ℟. Pꝛoposito plebi magna virtute petenti. Sacra manus domini subueniebat ei alleluya alleluya. ℣. Ius Ut Dauid est vnctus vt Aaron est ipsa sacerdos. Sacra. Lectio. v.

Jā intellecta fecunditate matris: superest vt superioꝛem oꝛdinem nature nostro pꝛoposito adaptemus.

Tunc enim sancta Sarisburiarum ecclesia lacteo tantum coagulo foueri visa est, quando beata dei genitrix cuius cādida virginitas lactei dulcoris similitudinem habet sola ipsius ecclesie patrona constituta est. Sed vbi etiam per merita sacerdotis sui: cui quondam incūbebat immolando carnem et sanguinem christi: peccata populi expiare non cessauit altissimus conferre lāguidis bñficia sanitatis: exinde post dignam veneratione͂ rutilantissime dei matris cepit etiam atqꝫ etiā corpus gloriosi pontificis ab innumera plebe deuotis effectibus visitari. Ita quidem effectum est: vt beata virgo, cuius inestimabilis candor ab humanis nequit cōprehendi obtutibus peculiarem populi deuotionem ad relictam in terris massam carneam serui sui Osmundi pro rependio nō indigno transtulerit. ℞. In regnum quondā conspectu magnificatus. Nunc immortali gaudet cepisse corona. ℣. Deseruire deo malens quam regna tenere. Nunc immortali. Lectio sexta.

Cum tandem continuata frequētia signorum eius magnitudinis molem excreuit: vt talisqꝫ diutina sancti tāta virtus diutius celari nō posset: cepit super his semel iterum atqꝫ iterum sedes apl'ica consultari. Sed tot heu annis totqꝫ precedentium temporibus: tum ignauia tum negligentia multorum qui sollicitandum missi sunt ad negocium tametsi plane satis instructum pro infecto dimissum est vt a capite denuo sepe resumere informareqꝫ pcessum obliuio temporum mediorū compulerit. Deniqꝫ postquam ex integro recentius superioris vite: ac miraculorum testimonijs auctaqꝫ indies fama pontificis, nichil materie seu forme quod tante rei pondus exigebat: deesse videbatur nouissimis diebus istis, anno videlicet: quadrigentesimo quinquagesimo sexto, super mille felicis recordationis calixtus papa tertius pridie nonas decembris: decretum future canonizationis legitime promulgauit. Quo quidem die prouidentia diuina magisqꝫ fortuitu id accidisse arbitremur: vt is dies qui Osmundum deposito carnis onere incolam fecit in celis: idem interuolutis plurimorum annorum curriculis, primus eum iudicante ecclesia iudicaret pro sancto venerandū in terris. ℞. Confessor Christi felix feliciter audi nos: tibi deuotos laudiqꝫ tue famulantes. Ad impetrandā veniā pro crimine nostro. Quesumus vt nobis celitus obtineas. ℣. O pater Osmūde clarum decus vrbis et orbis: seruorum gemitus tristes tu suscipe clemens. Ad impetrandam. Gloria. Quesumus. In tertia noc. ān. Comes factus sagiecum successit patri cuncta dat ecclesie bona sue matri. ps. Domine qs habitabit. ā. Postremo dorsetie nactus comitatum sp̄reto mundo trahitur ad presulatum. ps. Domine in vir. ān. Iam celestem obtinentis pastor prelaturam seruis tuis impetres vitā permansuram. ps. Domini

mini est terra. ℟. Justus vt. ℞c. vij.

Statutis ergo proximis ex tunc kalendis Januarij pro termino tā sancti operis perficiendi. Prefatus Romanus pontifex: quem antea grādeua senectus, ac decrepita imbecillitas incuruabat mirum immodum instante prefixe celebritatis die: speciali vt pie creditur Osmundi patroni repente conualuit: ita vt stupentibus cunctis qui continuam eius inualitudinem expertam habuere diuina officia ceteraqꝫ tanta necessaria mente roboratus ꝛ corpore propria in persona solenniter executus sit. Uerū quid multis ista strinxerimus? Sufficiat in eius laudem vel id presertim ceterorum pace sanctorum audacter profiteri non facile repertum pro quo deus tot centenarijs annis tāque indesinenter curam populi operatus sit. ℟. Ante deum magnas virtutes operatus est Osmundus sanctus: cuius doctrina salubris. Cunctas ecclesias illustrat in orbe fideles. ℣sus. Mundum contēpsit iam celica regna subintrat. Cūctas. Lectio octaua.

Interea sancto sepe fata Sarisburiensis ecclesia tanquam grauidissima parens vicinam partui pluris punctionibus et pressuris affecta: itemqꝫ cupide videndi sancti: plebis pondere fatigata, anteceptū hodierne festiuitatis officium illum hieremianum propheticum iugiter ingeminando clamauit: ventrem meum doleo, ventrem meum doleo: acsi apertius voce queribunda dixisset. Satis ne michi soli est plus quam trecētis annis anxiam ꝛ dolorosam hoc opus geniture mee nobile onus clam intra viscera continuisse. Uidete ceteras sponsas regni quam expedite pignora sua sedere videte inquam eas, videte et me. Ego earum aliquas generando preueni: sed ab eis pariendo preuenta sum. Quod sane intelligens nobilis vir Richardus de bello cāpo: qui eiusdem tūc ecclesie magno fungebatur sacerdotio, adiunctis sibi decano ac fratribus paratissimis eiusdem loci Canonicis more vigilantissime obstetricis: non tam prudenter obseruauit quam accelerauit tempora partus. Quorum impensis deuotione ac industria elaboratum est: quod intra eundem annum facte canonizationis: decimo septimoqꝫ Kalendas sextilis translatio eius solenniter completa est. Cui siquidem festiuitati copiose interant primas totius prouincie presules ac principes regni: cum inferioris plebis multitudine admiranda. ℟m Infirmos curat, cecos ac debilitatos membris consolidat partim genus omne doloris. Donat ei dominus vt remouere q̄at. ℣sus. An febris, an pestis, an sit pressura parentis. Donat. Lecō. ix.

Iste est dies ergo fratres dilectissimi expectate letitie: dies exultationis, terminus meroris: principiū consolationis nostre. Hodie nanqꝫ apartis visceribus terra protulit confessorem hodie Osmundum tāquam mundo iterum exortum gau-

demus: hodie capsam reliquiarum eius quasi cunabula noui nascentis deuotis gressibus frequẽtamus ad postremum: vt tuã venerande pontifex sanctitatem familiarius alloqueremur percũctantibus iam nobis quo sermone hodierne celebritatis tue officium aptius concludamus nichil vtilius decretum occurrit vt omnipotentiã dei in vita tua laudabili ac miraculorũ gestis admirandam colẽdamqz deuotis preconijs attollamus. Eius nãqz gratia ex fragili vmbratilicqz mũdana pompa ad electum sacerdotium vocatus es: eius virtute sanctis profuisti operibus eius potẽtia clarissimis post mortẽ signis effulseras. Eya ergo iam magne sacerdos: agnosce hanc perogatiuam virtutis tue: vt ceteris more plorantis Rachelis desinentibus aliquando consolari filios suos: tu nunquam expetita suffragia precantibus impartiri cessaueris: esto ergo ammodo supplex quesumus pro populo et pro ciuitate ista interuentor assiduus pacem obtineas, languores cures, nephandi reatus maculas tergas: quatenus tandem tecum in beatam translati requiem huius temporaliter celebrare trãslationis tue fructum in eterni patris conuiuio suauiter degustemus Tu. R. Miles et alme pater. vẽs. ad vs. ãn. Ora pro nobis beate Osmũde. V. Ut digni efficiamur. In laude. ãn. Hic Osmundus refugit regẽtis honorem dei domus eligens preferre decorẽ ps. Dominus regna. ãn. Sanctus iste stabilis in confessione: mercedẽ promeruit celestis corone. ps. Iubilate. ãn. Ob decus ecclesie multum vigilauit deum solum sitiens carnem macerauit. ps. Deus deus meus. ãn. Benedicta neustria talẽ fundens domum: o quam felix anglia hunc habens patronum, alleluya alleluya. ps. Benedicite. ã. Qui cum sanctis omnibus regnas nũc Osmunde pro nobis orãtibus deo preces funde alleluya. ps. Laudate dominum de celis. cpm. Ecce sacerdos magnus. Hymn9. Iesu redemptor omnium. V. Iustus germinabit. ãn. Prudentem seruum te constat et esse fidelem quem deus ĩ plebem perfecit iure regendam: tũc tritico verbi vacuas animas satiasti: nunc hominem totum ne cesses reddere sanũ. ps. Benedictus. Oro Deus cuius antiqua. Ad primam ãn. Hic Osmundus. Ad tertiã ãn. Sanctus iste. Cp3. Ecce sacerdos magnus. vẽs. Cetera omnia de cõmuni vnius confesso. Ad sextã. ãn. Ob decus ecclesie. Capitulum.

Quasi stella matutina in medio nebule: et quasi luna plena in diebus suis lucet, et quasi sol effulgens: sic ille effulsit in templo dei. Ad nonam ãnã. Qui cum sanctis omnibus. Capitulum.

Iterauit orationem volẽs ostendere virtutem dei qui fecit nobiscum secundum misericordiam suam. Ad secundas vespe. ãn. Hic Osmundus. Psalmi fer. Cpm. Ecce sacerdos magnus. vẽs. R m. Confessor Christi. Hymnus. Iesu redemptor.

redemptor. ℣. Justus germinabit. an. Salue celeberrime pater clericorum Osmunde sanctissime lumē confessorum: dele tuis precibus perpetrata male, memor in celestibus nostri semper vale. ps. Magnific. Oratio. vt s. ¶ In commemorati. sancti Osmundi. Lectio prima.

Commemorātibus nobis sedula deuotionis merita beatissimi confessoris Osmundi libeat tante sanctitatis normam ex ordine contemplari: vt pariter domino annuente collibeat mores, ac vitā ipsius pro nostris viribus imitari. Proponimus igitur tibi primum o nobilissima indoles iuuenum i Osmundi nostri auspicijs ducente adolescentie tue felix ac expeditum itinerarium. Audi ergo cū eo libenter precepta patrū vaca scolis, fuge petulantiam, itaqꝫ audacter: semp tamen sub timore domini induere fortitudinem tuam. Cumqꝫ in virū adoleueris teqꝫ sors collegio forsan militari ascripserit. Habes hūc magistrum militum patronum iuste bellantium: sub quo disces militare non esse peccatum dum ipsius more deo religionem principi fidelitatem patrie custodiam prona mente redderis. Lectio secunda.

Accepimus iam tanti patris exemplo instructionem rei militaris: deinceps quid virum deideceat audiamus. An iudicem aut assessorem ꝯstituit te populus tuus. Ergo quasi vnus ex eis non te attollas nō superbias: non minorem concutias. Ita magnum iudicaturus vt paruum nollis acceptor esse personarꝫ. Porro iste sanctus iam et natalīū iure regio sanguine secularisqꝫ policie prerogatiua principis latere quotidie honorari promeruit: a plebeis tamen questibus pupillorum ac viduarum, lachrimosis aurem pietatis non auertit. Lectio tertia.

Quid sacerdotiū eius repetimus: quid elemosinas, quid ecclesiarum clericorumqꝫ dotes: quid omnium prorsus abiectionem temporalium commendamus? Ista mire sanctitatis sue indicia sunt. Quare in sūma recensentes totius vite seriem tanti confessoris plane recognoscimus ꝙ omni tēpore duxit eum dominus per vias rectas deditqꝫ illi scientiam sanctitatis, qua regnum dei dignissime mereretur. Tandem vbi in vinea domini operator assiduus multiplicatis talētis fidelissimus seruus probatus est iussus intrare in gaudium domini sui tradidit celo aiam terre corpus miraculis gloriosum omnis humani languoris indeficientem: ac expeditissimā medicinam. Prestante eo quē constanter cōfessus est domino iesu Christo: qui cū patre et spiritu sancto viuit rex et sacerdos in eternuꝫ amen. ¶ Ad vesperas. añ. Pastor pius ad gregis gaudium: egris prestat vite solatium, confractis membris confert subsidium: et visus cecis prebet refugiuū exultans gaudet mater per filium: que tali partu floret vt lilium. ps. Magnif. Oro.

Deus qui beatum Osmundum pontificem tuum: a seculi

culi militia ad celestem reuocasti: concede nobis vt mundanis abiectis desiderijs bona celestia capiamus. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum. Ad matut. an. Bene Jesu Osmunde meritis: tu nos munda mundi piaculis, et ꝯcede vt grex a maculis, peccatorum viuat incolumis. ps. Benedictus. ¶ In die sancti Osmundi. Ad missam. Officium.



Gaudeamus omnes in domino, diem festum celebrantes sub honore sancti Osmundi confessoris de cuius translatione gaudent angeli, et collaudant filium dei. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus cuius antiqua miracula etiã nr̃is tpibus ad tui nois magnificentiã ac laudem et honorẽ scti ꝯfessoris tui Osmũdi choruscare sentimus: ꝯcede propicius, vt cuius commemorationẽ colimus: et in presenti seculo te glorificemus et in futuro te perfrui mereamur. Per. Epistola. Ecce sacerdos magnus qui in vita sua. Gradale. Domine preuenisti eum. Allelupa. Vsus. Elegit te. Sequentia.

Gaudemus in messia veritate vita via beatorum gloria.
Dies festus celebretur quo Osmũdi decantur honor et memoria.
In solennizatione cum commemoratione: cuius celice persone, stant cum reuerentia.
Et collaudant natum dei: qui est finis omnis spei, ex munificentia.
Nunc Osmundum confessorẽ: parente la clariorem, illustri prosapia.
Ortum fecit quem vir tutum: preter militare scutum insigniuit gratia.
Prudens potens temperatus spe et fide roborat⁹ preeminet iusticia.
Et prepollet charitate, quibus armis deitate datis vicit vicia.
Fastum rixam et liuorem auariciam torporem gulã luxus iacula.
Sternit: sedat, delet: pellit, fugat: extirpat refellit miles absq; macula.
Gemmas terras vestes aurum, seq; pater hic thesaurum ponit in ecclesia.
Illis decorauit thorũ sed de se miraculorum semper fluit copia.
Claudis gressus cecis visus mutis lingua, mestis risus: leprosis mundicia.
Vita mortuis donatur et auditur qui precatur illum cum fiducia.
Ergo presulem beate et deprecantibus date nobis ad solatia.
A peccatis nos emũda claritatisq; iocunda intremus palacia.

¶ Alia sequentia in octauo die.

Almi patris nunc Osmundi attollamus mente mundi laudes et preconia.
Ipsum pie deprecemur in hac die veneremur illius solennia.
Vas et lampas sanctitatis pacis semper claritatis dirigebat federa
Nostre nr̃is ardens zelo lucis fulgens nunc in celo decorauit opera.
Presulatus hic honore dei plebis et amore fama creuit lucida.
Sidus tale sibi datum celum gaudet

det foze natum gaudet & dominānia.
Carnem freno castitatis vas vt esset puritatis edomare studuit.
Laudem eius digne tollit: quem laudare non desistit: colit hunc ecclesia.
Sarū iacent sinu matris eius ossa iacta sacris clarent hunc miracula
Inter sanctos munerari et in luce collocari promeretur gaudia.
Hic egenos releuauit: cibo potu satiauit, nudis vestem tribuit.
Prudens pius castus mitis palmes crescens vere vitis virtus eius claruit.
Deprecemur hunc patronum vt ascendens dei thronum: prece sua meritis.
Nos qui culpa sumus rei sorti iūgat summe spei saluet & ab inferis.
Iesu christe tristi nece nos Osmūdi pia prece saluos duc ad gadia.
Ut muniti sancta cruce pfruamur tua luce, per eterna secula.

Secundum Matheum. Vij.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Homo quidā pegre. Offer. Ueritas mea. Secre.

Munera nostra q̄sumus domine meritis et intercessionibus munifici confessoris tui Osmundi sanctifica: vt in filij tui domini nostri Jesu Christi corpus et sanguinem conuertantur: et ad nostrarum proficiant salutem animarum. Per eundem do. Communio. Beatus seruus quem. Postcōio.

Sumptis domine muneribus sacris te supplices deprecamur vt eorum virtute roborati beati Osmundi cōfessoris tui atq; pōtificis imitemur exēpla: et ad gaudia perueniamus eterna, Per dn̄z.

Secunda die lec. j. de miraculis gloriosi confes. et legatur per oct. quando a fest. vaca. cum regimini chori vt fest. Margarete vir. & fest. Marie Magdalene que fiunt cum regimini chori. Lectio prima.

Postquam transcurso presentis vite stadio gloriosus sarisburiensis ecclesie antistes Osmundus ad superne patrie brauiū deuotissime aspirasset, mox ostensis per eius suffragia innumeris miraculorū signis haud diu latebat homines in terris quanti eum omnipotens faciebat in celis. Nam si de omnium morborum genere cui preualuit: si de furiosis et mente alienatis: qui quam plurimi ab eo curati erant, si de claudis & cecis: si de nitq; de vnda submersis ac alijs varijs infortunijs vita functis ad locum sepulture illius pristine incolumitati restitutis per singula diceremus: facilius nos tempus quā copia finiret. Habentes igitur multa et multo equidem plura quam huius celebritatis officium decenda pariter pauca de his mirabilibus que dominus fecit et ostendit nobis ecclesiasticum morem debite exequentes fidelium auribus i medium proferamus. Lectio secunda.

Erat in veteri burgo mulier quedam Agatha noie: que dum fouendi diligenter infantuli sui pro maternali officio curam haberet: subito arescentibus mām̄is: nichil i eis

lactis

lactis inuenit. Et quoniam mulier-
cule nimie paupertatis onere pre-
esse conducendi nutricis, aut cuiu-
slibet comparandi nutrimenti fa-
cultas non affuit: liquore tantum
ceruisie (vt ipsius patrie potus est)
septem diebus puerum suum coge-
batur alere. Videns tandem inuti-
li pastu puerum suũ deficere: ac de
salute ipsius desperate: memor me-
ritorũ presulis Osmundi audacter
ad ipsius sepulchrũ confugit illicq
diuinum auxilium hac voce queru-
la flebiliter implorauit. Domine de
us qui formasti puerũ in vtero meo
et dedisti ei vt hanc lucem videret:
ob amorem Osmundi pontificis da
michi oportunum illi auxiliũ ne pe-
reat. Adiuncta ilico oratione domi-
nica vix ea completa mirum immo
dum a deo turgentia vbera sua la-
cteq copiosa redundabant vt tam
felicem se matrem cõgaudens: deo
ac beato confessori gratias agens
dominum voti compos cum gau-
dio remearet. Lectio tertia.

Iordanus clericus tam egra quã
de formiori molestia multo tempo-
pore affectus est: vt labijs illius ad
vnem fere aurem contractis et lo-
quendi officium et edendi masticã-
di ve necessitatem maxima quidem
ex parte perdiderat. Hic autem cũ
nulla medicorum arte sibi poterat
subueniri: demum ad sepulchrũ vti
viri orationibus insistens quodam
osse putrido; qđ nouo et inuso more
alteri maxille superexcrescere vide
batur in eodem loco protinus libe-
ratus est. Quo facto omnis decor
et habitudo faciei restituitur: recti
sermonis modulus datur, edendi
instrumenta libere largiuntur.

¶ Alia lectio. Lectio prima.

Languidus quidem quem in-
ueterata paralysis diutissi-
me incuruabat: aliquando ex lon-
ginquo ad Cesarisburgũ more va-
ge mendicitatis aduectus: coactus
est vrgendi inedia post breue dimis
so hospitio ad portam lãguidorum
se trãsferre illic cum ceteris victui
suo necessaria mendicatum. Huius
quem diximus languidi: membro-
rum tantus stupor vitam omnem
et sensum ademit qđ ad ignẽ appli-
cata neq vim ardoris, nec ferro cõ
fixa cruoris exitum aut cruciatum
aliquẽ sentiebat. Cuius deniq no-
torie imbecillitatem aliqui ipsius
vrbis incole pietate laudabili com-
patiẽtes: locum in quo elemosynas
petituris de more concedunt, ne ca-
nibus aut ceteris bestijs non valẽ-
ti se defendere nosceretur: quadam
clausura ex virgulis facta sepe val-
lare fecerunt. Lectio secunda.

Vir ista post biennalem prope ibi-
dem expectationem clara voce pro-
testatus apparuisse sibi in visione
Osmũdum episcopum iussa ipsius
pluribus patefecit pro recuperãda
sanitate ad tumbam ipse debere se
deferri. Et licet aliqui primum tã-
quam pro vano somnio hominẽ de-
riderent: postea cum re secuta ope-
ribus tamen credere compellebãtur.
Impetrato igitur tandem vt
cuiusdam viri vehiculo iniectus ab
hinc manibus et brachijs hominũ
vt

vt qui suorum actuum destitutus officio stare aut pergere non posset: donec ad sepulchrum beati viri per ueniretur sustenatus est. Innixus ergo lapidi et fiduciā habens in domino sequentem noctem tum vigilijs, tum orationibus ibidem deuote transegit. Mane autē facto surgit eger: non tamen eger sed plenissime redditus sanitati: qui ad monumentum in momento per se mirabiliter erectus: ac cōsequenter de loco in laudem dei multis concomitantibus ad altare procedens: ipsū deum in sui curatione mirabiliter predicat in factis suis. Lectio iij.

Fuit in eadem vrbe femina quedā alicia nomine que cecitatis infortunio per triennium laborabat: hec cū multa loca sanctorum deuotis gressibus visitasset semper in eodē statu permanens qualis exiuit, talis reuersa est. Volens ergo ostendere deus mulierem ipsam intus habere quod foris quesiuit: fecit venire in mentem suam ad tumbam Osmundi prodesse soluere vota. Quod cum fecisset: mox ibi optatum visuꝫ miraculose suscepit. ¶ Dominica infra octauas. Lectio prima.

Henricus primum Sarisburiensis decanus: postea Bacocensis episcopus quēdam i domo sua seruitorem habuit ruptura intestinorum que ad bursam virilium descenderunt pregrauatum miserabiter. Tanta fuit in homine huius casus molestia: vt preter iepti loci Gilbositatem ob quam incedere nō posset: etiā tenuis pellicule que pondet osa viscera continebat ruptionē in dies formidabat. Quid plura? Vis egritudinis pluribus nota est, sed ipsa curandi via noua et inaudita est. Lectio secunda.

Veniente domino in templum domini ad monumentum gloriosi cōfessoris decubante post vigilias vnius noctis reuersis intestinis locū suum omnis ab eo euanuit egritudo. Mira res ascendente ad te domine oratione viri: meritis beati osmundi ascendunt et viscera omnis fractura ꝗ eruptio solidatur. Ascēdit inquit ad te oratio sua, ꝗ descēdit super eū misericordia tua. Lcō. iij.

Vt aūt maiora repetendo de moribus ad mortem: de morte ad vitā sermonem vertamus ex ore infantium et lactentium: qui aquis demersi meritis Osmundi multi numero restituti sunt celebritatis nostre laudem duximus cumulandā. Dum adhuc corpus memorati pōtificis in vteri castro pausaret: puella paruula per fontem quandam ibi soliuaga trāsitum faciens in ipsum casualiter labebatur. Lctō. iiij.

Deniqꝫ comperta reipsa ex abysso leuata: non tam frigida quam secundum legem vere mortis rigida exanimis per astantium iudicium reputata est. Cuius quidem rei signum videbatur quoniam calidis postea indumentiꝫ circunuolata est atqꝫ ad ignem varijs attrectationibus ab hora nona vsqꝫ ad vesperaꝫ sepe versa in eadem habitudine permansit, et non erat in ea neqꝫ vox, neqꝫ sensus. Cunqꝫ iam tunc multi

de

de exequijs tantummodo cogitarent: parentes tamē et nutrix eiusdem sobolis quorum in curie tam miserādus casus ascribi videretur: postquam omnia extrema futiliter tentassent: tandem beatissimo confessori cum multis deprecatiōibus lachrymas ingeminant. Lectio. v.

Mirum immodum cum noctu media matutina primū sonuit officiū ecclesie Cathedralis ad ingentem cōsolationem astantium proles ipsa se aliquantulum mouere videbatur. Sed heu mox in priorem mortem (an extasim dicam nescio) resoluta tam perseuerandi parentibus causam dedit: quam fuit gaudium illud breue. Lectio sexta.

Illucescente igitur aurora deferunt ad ecclesiam exanime prorsus vt visum eis est corpus: ipsoqz interea ad sepulchrum beatissimi presulis collocato supra petram: ad p̄cum instantias ilico se conuertunt. Et ecce mox puerula oculos aperiens: alacri fronte manum erga nutricem porrigens palam omnibus subridere visa est. Ex quo die paulatim integre conualescens: vixit feliciter annis multis. Quis ergo nisi incredulus maximum non mireť miraculū? Ad gelidi marmoris tactum animam potius redire quam ignis naturalis calore? sed hoc totū non alias recredimus esse factum: nisi vt manifestentur opera dei volentis mirificare sanctum suū. Qñ fes. scti Osmundi sab. contige. tunc in do. sequenti legantur iste. vi. lec. vtš. in tribus et fiant med. lec. de s. Kenelmo rege et mart. Et qñ do. a festo vacaue. tunc legantur lect. vj. vtš. cum expositione euang. Homo quidam peregre. vel euan. Vigilate qz nescitis. et legantur alternis vicibus. ¶ Sexta die. Lectio. j.

Cum ex Augusto Augusti cesarisburgo ad spacium amenitatis campum Sarilburiensis ecclesia cum suis ministris sicut deo placuit trāslata est: corpus gloriosi confessoris Osmundi quod superiori loco centum ac viginti annis miraculis choruscum requieuit: tanquam precipuus ipsorum Thesaurus non poterat post terga relinqui. Ad cuius deniqz monumētum nouum videns in dies eo frequentiora miracula quo natura loci ad cōsuetiora in paruulis presertim vt sint incauti disponebat infortunia. Nam cum vetus illud castellum super edita ꝛ montana fundamenta promineret constitutum: hec profecto nouella ciuitas in loco demissiori et aquoso varijs torrentibus ac fluuijs vicatim distincto notorie sita videtur. Et quo procul dubio sepe numero accidit vt paruulis etas dubijs exposita casibus vbi ibi aquarum exundantium etiā ad multorum (vt visum est) interitum miserabiliter experirētur. Sed si intelligas quotiēs hoc infortunio ipsis virtus huius sancti ad vitam resuscitauit fateberis plane non esse ante lectum id alij sanctorum totiens contigisse. Lectio secunda.

Puer quidam apud nouam Sarisburiam in vico cui nomen intermina-

minabilis flumen mersus: cum ex aquis leuabatur inuentus est sine vllo signo vite. Hic ad tumbam beati Osmundi (ita eni ab incolis appellari consuetum est) circiter horā sextam post meridiem adductus: orantibus interim amicis vsq3 post noctis medium exanimis iacere visus est. Inter primam autē horam extunc et secundam exaudita est oratio deprecātium ipso ibidē puero vite pristine restituto. Alius quoq3 puerulus duorum etatis annorum in quodā alto et rotūdo puteo iuxta mansionem patris sui profundis aquis absorptus binas aut circiter horas vnde libet inquisitus: tandē ibi inuētus mortuus extractus est, pro cuius obtinēda vita deo ⁊ beatissimo presuli emissis votis demū post duas alias horas reuixit puer, ac cuidam eum baiulanti in vlnis hec verba loquebatur. Thomas eamus. Ibi ergo consequenter ab amicis deo, ac beato viro gratus actus conualuit, ⁊ creuit puer benedicens deum in sanctis suis. Lc. iij.

Hanc gratiā resuscitationis paruulorum to vicibus ad declaranda confessoris sui merita dominus ostendebat acsi quemlibet euentum singulariter exponeremus videretur profecto ex pluralitate casuum res eadem pluries refricata. Contenti ergo exemplis gratia ipsius paucis: audacter etiam profitemur eadem vite beneficia adultis plurimis casus ⁊ status suos postea cō fitentibus diuino munere ac sancti viri merito fuisse collata. Quorum nempe alij cum hostili ferro transfixi, alij massis metallicis ad cerebrum percussi. Alii rapido fluminis cursu submersi, alii febribus acutis ac ceteris infirmitatibus exanimes effecti profusis p amicos ad sanctū orationibus atq3 votis vite ac incolumitati desideratissime restituti sunt. ¶ Septima die in solēnitate sancta Marie Magdalene ix. lec. et memo. de sancto Osmundo cū āis. iii. primi nocturni. ¶ Si dies dominicus infra octa euener. fiant. iii. prime lec. de do. videlicet R. suprascripte: et ide legāt bine ⁊ bine. et sic de illis. vi. lec. fiant. iii. Et tres medie lec. de sancto qui contigerit in illa do. sic per totam octa. iiii. die excepta que sola a festo vacat. Tres vlti. lec. de exposi. euang. vt supra. ¶ In oct. translatio. sancti Osmundi. Lectio prima.



Cum sedulo mēte capti ad sepulchrū beati viri restitui meruerūt. Johannes quidam intolerabili furore laborans ad capellam beate virginis vbi sāctum corpus iacebat: tempore celebrate misse de ipsa eadem virgine cathenis et vinculis ferreis manibus colligatis ab amicis deductus est. Coactus igitur dū alii orassent se intra concauitatem tumuli inclinare: stupendo euentu cum agnus dei deo patri pro peccatoribus immolatur, vincula de brachiis sponte cadunt, et ille seipsum erigit mēte sanus. Ceterum cum alias vxor

cuisdam

cuiusdam pre nimio dolore dentiũ mentis quasi exitium passa: in eodẽ loco cum marito suo ad orationem esset constituta: subito dens morbidus ab ore illius exilit, & ipsa continuo omni dolore efficitur liberata. Rx. sicut in die. Lectio secunda.

Nocte quadam cum Thomas clericus sanus ut sibi videbatur et incolumis se sopori dedisset: subito evigilans sensit alteram tibiam contractis nervis ad posteriora curvatam: nec in rectam posse reflecti. Ex ipsa ergo parte de certo baculo se sustentans triduanis tandem orationibus ob spem salutis sue monumentum venerandi presulis visitauit. Nocte vero diei tertie visus est Osmũdus sibi in somnis apparere: apprehẽsoqȝ illius pede crura & poplices nervorum restrictione dissoluta: ad pristinum modum fortiter reclinare. Mane autem facto: cernens se clericus plenissime restitutum abiecto baculo: erecto gressu ꝓcedit ad ecclesiam deo et liberatori suo gratias agens. Alius insuper clericus Thomas nomine: adeo terciana febre diu firmatus et exinanitus est, ut per unam horam mortuus aut mortuo similis penitꝰ videretur: repente in magnũ clamorem prorumpens beatum Osmundum trina recitatione nominis invocauit interrogatus q̄d sibi visuȝ esset. Osmũdus inquit cum cuspide baculi sui omnia ea que anhelitum meum impediebant amouit: et me vite et sanitati restituit. Lectio. iij.

Agnes quedam adolescentula none urbis cum forte apud domum parentum inedito constituta festinabunde descendere nitebatur in quoddam superacutum veru illic autem impudenter erectum ignara ruie ac de sub umbilico per totuȝ medium corporis ad scapulas usqȝ letaliter pertorata trãsfigitur. Cuius deniqȝ mater tam miserandum plangens euentum: extracto ferro voluit filiam consolari: sed non erat in ea cuiusquam iudicio sensus aut vita. Iamqȝ horrẽdi casus immanitate: omnem humanam artẽ et ingenium excedente: omnes qui astabant diuinum beate virginis ac beati Osmundi patrocinium ꝓuoluti in terram deuote ac suppliciter inuocabant. Et facto reuera breui interuallo puella reuixit: et intra paucissimos dies integerrimam sanitatem accepit. Que ammodo cupiens hanc nouam sibi cõcessam vitam securiore conuersatione transigere: postquam ad sepulchrum beati presulis sua et parentum vota pro tanto miraculo persoluisset: mundo renuncians apud Ambrosij burgum in Monasterio monialium septimo prope ab eadẽ urbe miliario sacrum est induta velamen. Medie lec. de sancto Appollinare. lec. i. Beatus Appollinaris. &c. Tres ultime lec. de expositione Euangel. Homo quidam peregre. vel de expositione Euan. Vigilate quia nescitis. de communi unius confessoris et pontificis, et leguntur ut prenotandũ est. ¶ Sancti Kenelmi regis & martyris. Oro

Omnipotens

Omnipotens et misericors deus qui nobis preclarā huius diei leticiā pro beati kenelmi martyris tui solennitate tribuisti: intende serenus vota fidelis populi et concede: vt cuius hodie festa percolimus: eius semper meritis et precibus subleuemur. Per dominū. Ad matutinas tres lectiones fiāt. Inuitatorium duplex. Lectio prima.

Gloriosissimus kenulph9 rex merciorū anno domini octingentesimo nono: imperii vero sui vigesimoquarto migrās ad dominū paterno affectu heredem filiū reliquit kenelmū. Erant kenelmo regie germanie quēdrida: que postea fraternū sanguinē hausit: et burgenilda que fratrē sororia affectione dilexit. Quendrida autē seuo liuore et regnandi stimulata ambitione cū nullo modo fratrem suum veneno posset extinguere: nutricium suum nomine ascebertū ingētibus premiis et spe consortis imperii in fraternū armat iugulum. Lectio.ii.

Hic nephandissim9 ascebertus (vt ille alter scarioth proditor dñi sui) kenelmum adduxit in siluā venandi gratia: quasi oblectādum amore studii paterni. Ubi vero cum puer septennis somno pregrauāto securus soporaretur: a crudelissimo carnifice fossa paratur in qua paruul9 obruatur. Beatus igitur kenelmus expergiscens et consilium diuinitus intelligens: frustra inquit hanc michi mollitus es speluncam. Non enim hic vt putasti sed in remotiori loco vbi dominus prouidit occumbant. Lectio.iii.

Unde certū dabit tibi signum hec virga. Nam virgam manu gestabat et terre affixerat: si modo plāta ta frondeat. Hec eo pronunciante: statim radicata virga cepit frondescere. Unde adhuc ingēs fraxinus ostenditur que in memoriam beati kenelmi celebris habetur. Asseritur q tam decollādus beatus kenelm9 sacrum hymnū. Te deū laudamus te dominū confitemur incepit atq in illo versu. Te martyrū candidatus laudat exercitus, iugulatus occubuit. Ilico autē ipsius percussor cesū innocentē terra obruit. Itaq ad auctoritatem apostolicā et archipresulis excipitur sacrū corp9 kenelmi cū superna laude: quaten9 trāsferretur ad beatum genitorē suum wynchelcumbe vbi idem deo amabilis rex requiescit in tēplo. Cetera de coi vnius martyris. ¶ Sancti Arnulphi episcopi et martyris. Capit. Omnis pontifex. Ad matutina. inuitato. simplex. Tres lecti. fiant. Cetera de communi vnius marty. et pontifex cū ista oratione.

Adesto supplicationibus nostris omnipotēs de9: et quibus fiduciam sperāde pietatis indulges: intercedente beato Arnulpho martyre tuo atq pontifice consuete misericordie tribue benignus effectum. Per dominum. ¶ Sancte Margarete virgi. et marty. ix. lect. capit. Dñe deus meus. Oro.

Deus qui beatam virginem Margaretā hodierna die

ad celos per martyrii palmā veni=
re fecisti: concede nobis quesumus:
vt eius exempla sequētes: ad te per
tingere mereamur. Per. Ad .i. vesp.
fiat processio ad altare eiusdem can
tando. ℟. Audifilia. ℣. Ora pro
nobis. cum hac oratio. Exaudi nos.
quere in cōi vnius virg. et marty.
In redeundo de sancta Maria. Ad
matut. ix. lectio. Lectio prima.



Adest nobis dilectissimi
btē Margarete virginis
⁊ martyris optatꝰ dies:
ideo cum summa exulta=
tione gaudet ecclesia nostra tante
virginis illustrata natali. Nos er=
go licet infructuosi opere licet im=
periti sermone tante virginis vene
randa solennia debitis laudibus
prosequamur: vt cuius vita forma
fuit discipline: eius passio exemplū
sit patientie. Lectio .ij.

Fuit itaqꝫ btā margareta anthio=
chenis: ingenuis orta natalibꝰ theo
dosij idolorum principis filia. Que
cum primo pubesceret evo: et castis
pudicitie moribus polleret: auditis
militie christiane pugnis triūphis,
atqꝫ miraculis: relicto ydolatrie cul
tu christi fidē sitibūdo amplexatur
affectu. Hec erat pulchra facie: sed
pulchrior mēte: qm̄ nullo doli ābitu
sincerū maculauit affectū. Lectō .iij.

Cū virgo sacra matre orbata tria
etatis lustra implesset cū aliis coeta
neis puellis pascebat oues nutricis
sue. Quā intuēs prefectus olimbri
us: stimulis carnis inflāmatꝰ: festi
nat ad coitum. Missisqꝫ apparitori
bus: iussit eā sibi presentari. Preses

nunc mollibꝰ: nunc asperis ꝓmissis
multiplicatis eā tentans nomen in
uestigat, genus interrogat, ortū pe
tit, cultū inquirit. Illa vero nomē
detegit. Pandit originem, lenocini
um detestatur, christianā se esse pro
fitetur. Iratus preses: trusit eā in
carcerem. Tu autem. Lectio .iiij.

Postera die iussit eā christi fidē re=
spuere: deos suos colere, ⁊ amplexi
bus suis iclinare. Que ait. In nul=
lo horū tibi cōsentio. Nam christus
verꝰ deus est: dij tui ydola surda et
falsa sunt. Et sicut christus pro no=
bis: ita ego ꝓ christo libēter moriar
His auditis: prefectus iratus iussit
intestinis eius cordetenus patefa=
ctis deorū suorū iniuriā vindicari.
Cūqꝫ grauissime cederetur: orauit
dicens. Dn̄e nō confundar neqꝫ ir=
rideāt me inimici mei. Sāguis ve=
ro cum tanta effusione decurrebat
vt flerēt astātes: cōpaterētur et per
sequētes. Olimbrius dixit. Consu=
lo tibi margareta: ne quod superest
amittas vite. Que ait. Tu facis o=
pera patris tui sathane: ego adoro
deū qui creauit omnia et pro nobis
mortuus tertia die resurrexit. Quo
audito iussu prefecti grauissime
cesa in obscuro carcere recluditur:
sed furuam caliginē celestis splen=
dor irradiauit. Lectio .v.

Dū virgo teneretur i carcere: theo
phinus ⁊ nutrix beate virginis per
fenestram aspiciētes orationes scri
bebant ⁊ omnia que virgini cōtin=
gebant considerabāt. Virgo beata
flexis genibꝰ gratias egit deo: qui
sibi penam mutauit in gloriā. Pe=
tijt etiam

tiit etiam a deo vt cũ inimico lat ẽ-
te facie ad faciem haberet conflictũ
Et surgẽs ab oratione vidit draco-
nem terribilẽ eã faucibus absorbe-
re volentem: sed signo crucis appo-
sito, draco crepuit medius. Lectõ. vi
Post vidit alium demonem seden-
tem vt hominẽ nigrum: habentem
manus ad genua colligatas: quem
cõprehendẽs per capillos ad terrã
prostrauit et posuit pedem dextrum
sup verticem eius. Et facta oratio-
ne lux de celo effulsit in carcere: et
crux christi videbatur vsq; ad celũ,
et colũba super ipsam sedẽs dicebat
Beata es Margareta, te paradisi
porte expectant. Tũc gratias agẽs
deo dixit ad demonem. Enarra mi-
chi naturam tuã. Demon dixit. Al-
leua pedem tuũ de vertice meo vt
dicam. Quo facto dixit demõ. Ego
sum veltis: vnus eorũ quos salomõ
conclusit in vase eneo et venientes
babilonii putantes aurum in eo in
uenisse fregerunt vas et nos euo-
lauimus semper iustis insidian-
tes. Post hec et multa alia: dixit
ad eum virgo. Uade tentator sa-
thana: et terra se aperiens suscepit
eum. Lectio. vii.
Sequenti die post grauiora tor-
menta iussit prefectus vas magnũ
aqua plenũ afferri: et beatam virgi
nem ligatam manus et pedes in eũ
iactari. Quo facto orauit virgo di-
cens. Fiat michi domine hec aqua
fons baptismatis in vitam eternã.
Factoq; terremotu magno venit
colũba de celo: et coronã auream su
per caput eius imposuit. Quo viso
cõuersi sunt ad deum quinq; milia
virorũ: exceptis mulieribus et par-
uulis qui omnes iussu olimbrii de-
collati sunt in campo limeth: in au-
relia ciuitate. Lectio. viii.
Post hec olimbrius videns virgi-
nis fidem immobilẽ iussit eam ca-
pite puniri. Cũq; perducta esset ad
locum: petiit a spiculatore malcho
nomine spacium orandi. Quo con-
cesso: orauit dicẽs. Gratias ago ti-
bi deus: qui me ad hãc gloriã perdu-
xisti. Presta ergo pater vt quicũq;
passionem meam scripserit, legerit
vel audierit, vel etiam mei memo-
riam fecerit: criminum suorum ve-
niam mereatur. Quicunq; etiã me
in districto examine inuocauerit eũ
de manibus exactorũ eripias. Pe-
to etiam domine vt qui ecclesiam in
honore meo construxerit, vel de iu-
sto labore suo lumina michi mini-
strauerit: adipiscatur quicquid sa-
luti sue petierit. Lectio. ix.
Et si in domo cuiusq; me inuocaue
rit mulier pregnans que in partu
laborauerit: eam a periculo eripe, et
infansq; ex vtero eius nascatur absq;
aliquo detrimento membrorũ. Fi-
nita oratione: facta sunt tonitrua
magna: columbaq; de celo venit di
cens. Beata es sponsa christi mar-
gareta ecce que petisti cõcessa sunt
tibi a Christo. Ueni ergo in requiẽ
patrie celestis. Tũc erigens se vir-
go imperat speculatori iplere iussa
prefecti. Et ait spiculator. Absit a
me virgo christi: vt perimã te. Cui
illa. Si hoc non feceris: partem me
cum habere nõ poteris. Ipse vero

tremefactus amputauit caput ei9. Corruensqz ad pedes virginꝫ emisit spiritum. Theophinus vero corpus virginis in ciuitate antiochia sepeliuit in domo sincletie matrone Cetera de communi vnius virginis ꝛ martyris. ¶ Sancte praxedis virginis non martyris. Cpm Qui gloriatur in domino. Oratio.

Adsit plebi tue omnipotens deus beate praxedis virginis tue supplicatio: vt quicūqz eius gaudent honore, tuo protegantur auxilio. Per dn̄m nostrū iesum christū filium tuū. Inuitatorium simplex. Tres lectio. fiant. Lectio. i.



Enerabilis virgo praxedis dū affligeretur propter transitū germane sue potentiane multi nobiles christiani veniebant ad eam ꝛ consolabantur eam vna cum sancto pio apostolice sedis episcopo. Eodē tempore virgo domini praxedis rogauit beatū pium episcopū vt termas nouati que iā in vsu nō erant in ecclesiā dedicaret. In quo loco cum dedicasset ecclesiā in honore praxedis in vrbe romana: ibi cōstituit titulū romanū et baptisterium consecrauit sub die tertio idus maias. Lectio. ii.

Post duos annos et dies decem et octo facta persecutione christianorum multi martyrio coronati sunt. Praxedis vero multos christianos occultauit i supradicto titulo quos et cibo pascebat ꝛ verbo spiritussancti. Quo diuulgato: anthoninus illuc mittēs, tenuit multos vnacum simetrio presbytero et aliis vigintiti: quos omnes sine interrogatione gladio puniri precepit in eodem titulo. Lectio tertio.

Corpora autem illorum sanctorū beata praxedis colligens sepeliuit in cymiterio priscille sub die septimo kalendas iunias. Tunc beata virgo afflicta precibus obtinuit a deo: vt ex mundo transiret. Et migrauit ad deum die duodecimo kalendas augustas. Cuius corp9 pastor presbyter. sepeliuit in cymiterio priscille: vbi hodie florēt orationes sanctorum. Per dominum nostrū Jesum christū: qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

Cetera de communi vnius virginis non martyris. ¶ Sancta Maria magdalene. Ad vesperas super psalmos. Añа. Recumbente Jesu in domo pharisei symonis accessit ad eum Maria magdalene afferēs preciosi libram vnguenti. Psalmi feriales. Capitulum.

Mulierem fortem quis inueniet procul et de vltimis finibus precium eius confidit in ea cor viri sui: et spoliis non indigebit. ℟. O certe precipuus Marie magdalene amor que a monumēto. Dominico recedentibus discipulis non recessit. ℣. Ardore charitatis succensa quem sepultum nouerat sublatum credens de sepulchro. Dominico. Gloria patri. Dñico. Hymn9.

Collaudemus magdalene lachrymas ꝛ gaudium sonent voces laude plene: de concentu cordium vt concordet philomene, turturis

turis suspirium.
Iesum querens conuiuiarum, turbas nō erubuit pedes vnxit lachrymarū: fluuio quos abluit crine tersit ꝛ culparum, veniam promeruit.
Sanum lauit mundatorē riuo fons immaduit piū fudit flos liquorem: in ipsum refloruit celum terre dedit rorem terra celum compleuit.
In predulci mixtione nardum ferens pisticum: in vnguenti fusione typum gessit mysticum: vt sanetur vnctione vnxit egra medicum.
Pie christus hanc respexit speciali gratia: quia multū hanc dilexit dimittuntur vicia christi quando resurrexit facta est prenuncia.
Gloria ꝛ honor deo q̄ paschalis hostia agnus morte pugna leo, victor die tertia resurrexit cū tropheo mortis terens spolia. Amē. V. Optimā partem elegit sibi maria. R. Que nō auferetur ab ea. añ. In dieb⁹ illis mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix vt cognouit ꝙ ies⁹ accubuisset in domo symonꝫ leprosi: attulit alabastrū vnguenti, ꝛ stās retro secus pedes dn̄i iesu lachrymꝫ cepit rigare pedes ei⁹ ꝛ capillꝫ capitis sui tergebat ꝛ osculabat pedes eius ꝛ vnguento vngebat. ps Mag. Oro.
Largire nobis clemētissime pater ꝙ sicut beata Maria magdalene vnigenitū tuum super omnia diligendo suorū obtinuit veniam peccaminū, ita apud misericordiam tuā sempiternā nobis impetret beatitudinem. Per eundem.
Memo. de sācto Wādregisilo abbate. aña. Similabo eū viro sapienti. V⁹. Amauit eum dn̄s. Oratio.
Deus cuius gratia beati Wādregisilli confessoris tui atqꝫ abbatis vita extitit laudabilꝫ: ipsi⁹ interuentu quod tibi placitū est pietas tua operetur in nobis. Per dominum nostrū. Tunc eat processio ad altare sancte marie magdalene cantādo. R. Regnū mundi. V. Dimissa sūt ei peccata multa. Oratio.
Sacratissimā dn̄e beate marie Magdalene: qua celos subiit celebritatem recēsentes, suppliciter rogamus clemētiam tuam vt qui eius deuotionis recolim⁹ insignia, ipsius mereamur compotes effici glorie. Per. In redeundo de sctā maria. Ad matu. inuit. Eternū trinūqꝫ deū laudemus ꝛ vnū. Qui sibi mariam trāsuexit in ethera sanctam. ps. Uenite. Hymnus.
Estimauit hortolanū, et hoc sane credidit seminauit enī granum: quod in mentem cecidit, linguam nouit ꝛ non manum: lingua christum indidit.
Nō agnouit figurali latētē ymagine mentis agrum spiritali excolentem semine: sed cum eam speciali designauit nomine.
Hec a iesu iesum querit sublatum conqueritur: iesum intus mentem gerit iesus presens queritur mētē colit mentē serit iesus nec percipit.
Iesu bone Jesu pie: quid te monstrans latitas: quid occultas te marie mentē cuius habitas intus plena vero die nescit vbi veritas.
O q̄ mire iesu ludis: his quib⁹ diligeris sed ludis non illudis nec fallis nec

lis nec fallerĩ: sed cũ excludis quos includis notus non agnosceris.

O Gloria honor tibi spes vita lux aie: per quem sperant se proscribi libro mortis pessime prestẽt sibi nos ascribi peccatricis lachryme amẽ. In .i. noc. añ. Cũ discubuisset in domo symonis dñs iesus mundi gloria mulier secum que erat peccatrix nardi odorifera exhibuit vnguenta.

Dñe dñs nr. añ. Secus pedes dñi astans incessanter ore sacrato diua vestigia osculat lachrymĩ plena. ps Celi enarrãt. ã. Irrigabat igit dñi cos iesu pedes: fracto quoqꝫ alabastro precipuis odoribus fragrabat dom⁹ omnis atqꝫ capillorũ officio detergebat. ps Dñi est tra. ℣. Diffusa est gratia in labiis. Lectio .i.

FUit igitur secundũ seculi fastum clarissimis orta natalibus beatissima maria magdalene: que vt patrum asserũt traditiones a magdalo castello, maria magdalene nũcupata est. Quã non solum sui germinis dignitas: verũ etiã patrimonij iura parentũqꝫ successus splendidã reddiderant adeo vt duplicatus honor nominis excellẽtiã circunquaqꝫ diffunderet. Tu autẽ. ℟. Letetur omne seculũ in solennitate beate marie. Quã Jesus eternus amor dilexit plurimũ. ℣. Hec maria fuit illa dño gratissima que vnguento precioso pedes vnxit dñi Quem Jesus. Lectio .ii.

SOlẽt etenim apud homines plus nomina diuitũ sciri ꝙ pauperum. Sed quia rerũ affluentia interdũ voluptas comes sequitur adolescẽtioris vite tempora lubricis supposuerat regenda discursib⁹ soluto pudicitie freno. Hec postmodũ diutne cõpũcta respectu misericordie mentis intuitũ in sese cepit retorquere: ac pristine vite immundiciã admirari et abhominari seipsam cõdẽnare, ac nõ mediocriter iudicare. ℟. Pectore sincero dñm maria recõdens vnxit purgantem se. Baptismi gurgite sctõ. ℣. Absterge dña noxis famulos precibus tuis. Baptismi gurgite sancto. Lect. iii.

VT ergo comperit dominũ misericordie largitorem: et criminum indultorem, in domũ venisse symonis penitentiã sibi assumpsit comitem mediatricem, interuẽtricem, propiciatricem. Accepit etiã preciosissimum vnguentum: adhibuit sibi et vbertatem lachrimarũ. Et cum talibus obsequiis: ingressa est ad fontem pietatis. Tu aũt. ℟. Felix maria vnxit pedes iesu. Et extersit capillis suis. Et dom⁹ impleta est ex odore vnguenti. ℣. Mirtarore balsami fracto fudit alabastroque vnguẽto precioso pedes vnxit dñi. Et extersit. Gloria. Et om. In ii. noc. añ. Symon autẽ intra se inquit: si esset propheta sciret profecto que et qualis esset que tetigit eum quia peccatrix est. ps. Eructauit. añ Et conuersus dñs: postꝙ veni in domum tuam: non cessat crine fuso hec meos osculari pedes. ps. Deus noster refu. añ. Quoniam multum dilexeras: dimissa scito tibi peccamina et fide qua polles sacra in pace remitto. ps. Fundamenta. ℣lus

Specie

Specie tua et pulchritu. Lectio. iiij

ACcedit ad pedes saluatoris lachrymis eos rigat: capillis deterigit, et osculatur: vnguento perfundit. Sicque fit vt que immunda venerat, iustificata recedat. R. m. Beata es maria que piarum vndis lachrimarũ tersisti tuorũ maculas criminũ. Assidue te exorare deposcimus pro nostris excessib9. V9. Sũmis celorũ ciuibus glomerata iam que eterna immortalitate induta. Assidue te exorare. Lectio. v.

LIbeat charissimi immẽsitatẽ dominice pietatis intueri peccatricem mulierem ad misericordiam trahentis et suscipientis. Ad pharisei prandium dominus discumbebat: sed apud penitentẽ mulierem mẽtis epulis delectabatur. Apud phariseum veritas pascebatur foris: apud peccatricem mulierem, sed tamen conuersam pascebatur intus. Tu autem domine. R3. Eternis accumulata munerib9 maria magdalene posce vt in his nostris solẽnis. Diuina perpetue pacis gaudia pro meritis christus cõcedat. V. Subdite tibi plebis flet9 solue benigna peccãtibus quãdocũ que tecũ. Diuina perpetue. Lect. vi.

PEnsemus que te pietatis fuerit: non solum peccatricem mulierẽ ad se admittere: sed ei etiam ad tangendum pedes prebere. Consideremus gratiam misericordie dei et damnemus multitudinem reat9 nostri. Cõfessionem nostram ex puro corde desiderat: et cũcta que deliquimus relaxat. Tu autẽ. R. Optimã partem adepta a domino quã elegisti beatitudinis eterne. Sãcta maria intercede pro nobis exiguis tuã solennitatem celebrantibus. V. Ut mereamur assidue cõpunctionis ymbre: nostrorũ sordes delictorum abluere. Sãcta. Gloria. Sãcta maria. In. iii. noct. añ. O certe precipuus marie amor que a monumento dñico discipulis recedentibus sublatũ credẽs nõ recedebat. ps Cãtate. i. añ. Tulerũt dñm vbi posuerunt eũ dicito michi: cui respõdens iesus dixit illi maria, cõuersa illa: noli me tangere nondum enim ascẽdi ad patrẽ meũ. ps Dñs regnauit exultet. añ. Celsi meriti maria que solem verũ resurgẽtem videre meruisti mortaliũ prima obtine vt nos visu glorie sue letificet in celis. ps. Cãtate. ii. V. Adiuuabit eã deus.

¶ Euangeliũ Secundũ Lucã. vii.

IN illo tẽpore. Rogabat iesum quidã phariseus: vt mãducaret cũ illo. Et ingressus domũ pharisei discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix vt cognouit que iesus accubuisset in domo pharisei, attulit alabastrũ vnguẽti. Et stans retro secus pedes eius lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Et reliqua. Omelia beati gregorii pape. Lectio septima.

MArie peccatricis lachrime cui9 vel saxeum pectus ad exemplum pe[...]tendi non emolliant. Considerauit namque quid fecerat: et noluit moderari quid faceret. Super conuiuantes in-

tes ingressa est, nō iussa venit inter epulas lachrimas obtulit. Discite quo dolore ardet que flere inter epulas non erubescit. ℟. Fragrans iesus muneribus intimis marie que precordiis affatim perunxit sacrata vnguento vestigia. Unde meruit perfectā suorū delictorū veniam. ℣. Peccaminum nostrorū sordes piissimis diluat interuentionibus diuino fonte. Unde meruit perfectam suorum delicto. Lectio. viij.

Hanc esse illam mariam credimus: de qua marcus septem demonia eiecta fuisse testatur. Per septem aūt demonia vniuersa vicia designātur. Septenario enim numero: vniuersitas figuratur. Septē ergo demonia maria habuit: que vniuersis viciis plena fuit. Sed ecce quia turpitudinis sue maculas aspexit lauanda ad fontē misericordie cucurrit. ℟. Celsi meriti maria que solem verū resurgentē ab inferis videre meruisti prima mortaliū in terris. Obtine sacris precib⁹ vt nos visu sue maiestatis tecū letificare dignetur i celis. ℣. Exigua nostrorū holocausta votorū deferre āte dominū suffragatrix semper pia dignata est. Obtine sacris precib⁹ vt nos visu sue maiestatis tecum letificare dignetur in celis. Lectio. ix.

Hec mulier ergo, quia prius actibus illicitis intenta vnguētum quod sibi pro odore carnis sue turpiter exhibuerat: hoc iā deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena cōcupierat, sed hos iam per penitentiam conterens flebat. Capillos ad cōpositionē vultus exhibuerat: sed ipsis iam lachrymas tergebat. Ore superba dixerat: sed pedes dñi osculans hoc in redēptoris sui vestigia figebat. Quot ergo i se habuit oblectamenta: tot de se inuenit olocausta. ℟. O felix sacrorū lachrimis rigatio pedū per quā promeruit maria dici et esse eius dilecta. Ex quo pascuntur in ethere sancti. ℣. Angelico pollet decore hec et hi p xpm. Ex. Glia. Ex. ℣. Optimā partē elegit sibi maria. ℟. Que nō auferetur ab ea. ¶ In laudi. aña. Laudibus excelsis omnis mūdus exultat in solēnitate sancte Marie magdalene. ps. Domin⁹ regnauit. añ. Pectore sincero dominū Maria recondens vnxit purgantem se baptismi gurgite sancto. ps. Jubilate. añ. Sustolle maria supplicū in ethere vota: proprias que meruisti fletu diluinoxas. ps. Deus deus. añ. Qui tecum captent eterni munera regni pro famul℥ christū posce maria piā. ps Benedicite. añ. Intercede supplicans assidue pro nobis iesum dominū maria magdalene. ps. Laudate. cpm Mulierem. Hymnus.

O Maria noli flere iam nō queras alium hortolanus hic est vere ac colonus mentiū intra mentis ortum quere mentis operariū.

Unde planctus et lamentum, quid mentem non erigis: quid reuoluis monumentum, tecum est quem diligis: iesum queris et inuentum habes nec intelligis.

Unde gemis vnde ploras, verum habens gaudium: latet in te quod

ignoras

ignoras doloris solatium, intus habes queris foras, languoris remedium.

Iam nõ miror si nescisti magistrũ dum seminat semen quod est verbũ christi: te magis illuminat & raboni respõdisti, cum mariã nominat.

Pedes christi que lauisti fonte lota gratie, quẽ ab ipso recepisti funde rorem venie, resurgentis quem vidisti fac consortes glorie.

Gloria & honor deo cuius pfert gratia inuitãti phariseo marie suspiria cenam vite qui dat reo, gratie post prandia amen. ℣. Dimissa sunt ei peccata multa. ℟. Quoniã dilexit multũ. añ. O mũdi lampas & margarita prefulgida: que resurrectionem christi nunciando apostolorũ apostola fieri meruisti maria magdalene, semper pia exoratrix p nobis assis ad deum qui te elegit. ps. Benedictus. Orõ. Largire nobis. Mẽo. de sctõ Madregisillo. añ. Euge serue. ℣. Justus ger. Orõ. Deus cuius gratia. Ad primã añ. Laudi. ps. Deus in nomine. añа. Te iure. ps. Quicunq3. Ad. iii. añ. Pectore. ps. Legem pone. cpm. Mulierem fortem. ℟. et ℣. de cõi vnius virginis dicantur. Ad. vi. aña. Sustolle ps. Defecit. Capitulum.

Accinxit fortitudine lũbos suos & roborauit brachium suũ: gustauit & vidit quoniam bona est negociatio eius, nõ extinguetur in nocte lucerna eius. Ad nonã. añ. Intercede. ps. Mirabilia. Capitu.

Multe filie congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. Ad. ii. vesp. añ. Laudib9 hi. fer. Cpz. Mulierẽ fortẽ. Hymn9 O maria noli flere. ℣. Dimissa sunt ei peccata multa. aña. Inclita sancte Marie magdalene solẽnia suscipiat alacriter pia mater ecclesia aue sancta deo digna, aue dulcis et benigna obtine nobis gaudia que possides cum gloria. ps. Magnificat. Oratio Largire. Memo. de sancto appollinare marty. añ. Hic est vere martyr. ℣. Gloria & hono. Oratio.

Uotiuos nos dñe beati appollinaris martyris tui natalis semper excipiat: qui & iocunditatem nobis sue glorificationis infundat: & tibi nos reddat acceptos. Per dñm nostrũ. ¶ Sancti appollinaris martyris tres lectiones fiãt cum inuitato. simplici: et cum oratione vtsupra. Lectio prima.

Beatus appollinaris ab antiochia Petrum apostolum secutus: & Rome ab eodem episcopus ordinatus rauennam directus est: vbi verbũ dei predicãs: tentus est a paganis et diu fustibus cesus ac nudis pedibus sup prunas impositus: ab vrbe expulsus est. Sed nõ lõge ab vrbe christiani habebant tuguriũ: vbi missas celebrauit & in mari baptizauit, timentesq3 deum ministrabant ei. Lectio. ii.

Post multos annos ad emiliã perrexit: predicans verbum dei virtutes operãdo. Post tertium annum reuersus rauennam: non longe ab vrbe mansit apudquẽdam militem nomine hyrtaneum: cuius filiũ cecum

cum illuminans eum cum parentibus baptizauit. Quo facto: a paganis ligatus et ad forum deductus vulneratur. Lectio tertia.

Unque perductus ad simulachrum appollinis orationē fecisset: illud solutum et destructum est templum. Quo audito: traditur cuidā centurioni occulto christiano custodiendus qui media nocte laxauit eū vt fugeret. Quē sequētes pagani prope pontē apprehēderūt. Qui tādiu cesus quousque mortu9 estimaretur. Post perductus a discipulis in vicū in quo leprosi morabantur: septem dies superuixit admonēs ecclesiam ne a fide xpi discederet. Sicque martyr dei postq̄ ecclesiā annis vigintiocto mēse vno dieb9 quattuor rexisset: mortuus sub vespasiano cesare sepultus est foris murū in archa saxea sub terra: decimo kalēdas augusti. Cetera de cōi vni9 mar. et pō.

¶ Scte christine virgi. et mar. cpx. Confitebor. Si hoc festum in eadē ebdo. cōtigerit cum fes. sancte margarete. sin autem dicatur Capitulū Deus deus meus. Oratio.

Indulgentiā nobis dn̄e beata christina virgo et martyr imploret: que tibi grata semper extitit et merito castitatis et tue professione virtutis. Per. ¶ Ad matuti. iii. lectio. fiāt cū noctur. propter vigi. et omnia fiant de virgi. vsque ad mis. que erit de vigi. Lectio prima



Erat tēporibus diocletiani imperatoris quedā de tyro sacra virgo annorū circiter duodecim nomine christina: vrbani christianorum persecutoris filia. Quam in excelsā turrim cum duodecim puellis positā: et deos aureos spernentem: signauit āgelus in christo dicēs. Christina viriliter age: in cōspectu enim trium iudicum habes audiri. Que conuersa et videns panem albū super mel dulce: gratias egit deo dicens. Duodecim dies sunt: ex quo panem non comedi. Lectio. ii.

Sero autē facto: dedit frusta deorum patris sui pauperibus. Quod sciēs pater eius: puellas iussit decollari et christinā virgis cedi et cathenata i carcere recludi. Cūque i equuleo suspensa vngulis raderet: proiecit carnes suas in faciem patris sui dicēs. Comede virtutem corporis christi. Tunc rota ferrea adducitur et supposito igne valido oleo perfūdi iubetur: sed ipsa orante combusti sunt plusq̄ mille quingenti ydolis seruientes. Hinc lapide in collo eius ligato mittitur i mare: vbi a christo baptisata illesa exiēs iterum in carcere recluditur. Que ait. Domine iesu christe redde vrbano scdm ea q̄ iessit i me: qui ipsa nocte cū magnis cruciatibus emisit spiritū. Lec. iij.

Post hec venit alius iudex nomine zion: qui primo eā in sartaginē plenam pice resina et oleo mitti iussit: Deinde caput ei9 radi: et prunas ardentes superponi. Que cum nō lederetur: ducta est ad templū appollinis. Et ibi cum orasset: cōminutū est ydolum in puluerē: et crediderūt in deū anime circiter tria milia. Iudexque perterritus expirauit. Tunc tertius

tertius iudex nomine iulianus: ius-
sit serpētes circa eam apponi: & mā
milla eius et lingua abscissis vir-
go partē lingue in oculum iudicis
proiiciens: excecauit eum. Cuius
iussu percussa virgo in latere orans
dñm emisit spiritum quartodecimo
etatis sue anno. Que eius interces-
sione veneranda nobis sempiterna
a domino impetret gaudia. Ce-
tera de communi vnius virginis &
martyris.

¶ Sancti Jacobi apostoli festū du
plex. Ad primas vesperas & ad ma-
tuti. Cetera de cōmuni vnius apo-
stoli cum isto hymno ad vesperas.

Bina celestis aule luminaria
iacobe necnō iohānes theo-
loge poscite nobis veniam roganti
bus quā venit christus gratis dare
miseris. Annue Christe. et dicatur
hic nobis per horum. Oratio.

Esto dñe plebi tue sanctifica
tor et custos: vt apostoli tui
Jacobi munita presidiis: et conuer
satione tibi placeat et secura deser-
uiat. Per dominū nostrum Jesum
christum. Eodem die memoria fiat
de martyribus, christoforo et cucu-
fate añā. Gaudent in celis. V. Le-
tamini in domino. Oratio.

Deus mūdi creator & rector
qui hunc diem beatorū chri
stofori & cucufatis martyrū tuorum
passione consecrasti. concede, vt om
nes qui martyrii eorum merita ve-
neramur: eorū intercessionibus ab
eternis gehenne incendiis libere-
mur. Per dominū nostrum iesum.
¶ Ad matutinas. Lectio prima.


Jacobus Apostolus dñi
nostri Jesu christi frater
beati Johannis euāgeli
ste oēm iudeā & samariā
visitās ostēdebat ex scripturis sctis
omnia q̄ per prophetas dicta erant
in dño iesu christo esse cōpleta. Her-
mogenes aūt quidā magnus misit
philetū discipulū suum cum aliquot
phariseis ad eum: asserens q̄ chri-
stus nō esset filius dei Jacobus ve-
ro assertionibus eius in christo eua
cuatis ostendit ex scripturis sāctis
hunc esse filium dei. Lectio. ii.
Reuersus ad hermogenē philetus
dixit ei. Jacobū qui se seruum iesu
christi asserit: scias te superare non
posse. Nam in noīe ei⁹ multa mira-
cula faciens: oēsq3 scripturas sctās
memoriterretinens: ostēdit ex eis
hunc esse filiū dei quē iudei crucifi-
xerūt. Hermogenes iratus affixit
philetum dicēs. Uideamus si iaco-
bus soluat te ab his vinculis. Quo
nunciato Jacobo misit sudariū suū
dicens. Accipiat hoc et dicat. Dñs
iesus christus erigit elisos & ipse sol
uit compeditos. Quo facto: solutus
venit ad Jacobum. Lectio. iii.
Dolēs aūt magus misit post eum
demones dicens. Ipsum iacobū cū
phileto michi adducite: vt vindicer
in eos. Qui cū venissēt ceperūt vlu-
latū in aerem dare super apostolū.
Quibus apostol⁹ ait. Precipio vo-
bis in noīe patris, & filii: & spiritus
scti vt hermogenē nō ledentes ipsū
ad me vinctū adducatis. Quo addu
cto dixit apostolus ad philetū. Ipse
te ligauit: tu eū solue. Quo facto ait
apostolus

apostol⁹. Uade liber in quacūq; vo
lueris. Nō eni est discipline nostre:
vt inuitus q̄s cōuertat. Ipse vero
solut⁹ oēs codices suos in mari mer
gens: dixit ad iacobū. Aiarum libe-
rator accipe me penitētē: quē hacte
nus habuisti inuidentē. Lectio. iiii.
Apostolus cōfirmās eū in fide ita
perfectū eū reddidit vt multe virtu
tes p eū fierēt a dño. Hō audientes
pharisei: dixerūt ad iacobū. Utquid
predicas christū quē oēs crucifixū
scimus? Tūc apostolus ostēdit eis
qualiter icarnatio dñi, passio, resur
rectio, & in celū ascensio a prophetis
prenūciata: in xp̄o erat cōpleta. Di
xerūtq; omnes peccauimus: dic no-
bis quid faciem⁹? Quibus ipse ait.
Credite & baptizamini: & delebun-
tur peccata vestra. Lectio. v.
Abiathar aūt pontifex videns tan
tum populū credidisse: zelo repletus
excitauit seditionē grauissimam ita
vt mittētes funē in collo eius ducē-
rent eū ad herodē qui iussit eū decol
lari. Cumq; duceretur paralyticū
quēdam ad eū clamantem: a dolori-
bus liberauit. Hoc vidēs iosias qui
funē in collo eius misit corruens ad
pedes eius dixit. Obsecro te vt des
michi indulgentiam. Lectio. vi.
Intelligēs apostolus cor ei⁹ a deo
visitatū: dixit. Credis q̄ Jesus xp̄s
est verus filius dei? Qui ait. Credo
Hoc audiēs abiathar dixit. Nisi re-
cedens a iacobo maledixeris nomē
christi: cū ipso decollaberis. Qui ait.
Maledictus tu: nomen vero christi
est benedictū in secula. Cūq; perue-
nissent ad locū allata lagena aque
ap̄ls baptizauit eū: & osculās eū fe-
cit signaculū crucis in frōte eius, et
ita perfectus in fide xp̄i: cū apostolo
decollatus est. Scdm Matheū. xx.
In illo tēpe. Accessit ad iesum
mater filiorū zebedei cum fi-
liis suis: adorās & petēs aliquid ab
eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi.
Dic vt sedeāt hi duo filii mei vnus
ad dexterā tuā: & alius ad sinistram
in regno tuo. Et reliqua. Omelia
de diuersis tract. Lectio septima.
Unde occasionē accepit hec mulier
vt a dño gloriā & dignitatē peteret
filiis suis, q̄ nichil p̄dixerat de glo-
ria regni: sed solummodo de suppli-
cio passionis? Predixerat eni discī-
pulis suis se hierosolymā ascēsurū
tradēdū, morte cōdemnandū, delu-
dendum, flagellandū & crucifigen-
dum. Sed hac causa incitata est ad
petendū dignitatem filiis suis: q̄
post omnia dixerat dominus, & ter
tia die resurget. Lectio. viii.
Putabat enim mulier q̄ dñs post
resurrectionē suū regnaturus esset
in terra corporaliter: ideo dixit. Dic
vt sedeant hi duo vnus a dextris: &
alius a sinistris i regno tuo. Respō-
dens dñs dixit. Nescitis quid peta-
tis. Mater quidem petierat sed do-
minus discipulos increpauit: quia
sciuit petitionem matris ex suasio-
ne filiorum processisse. Lectio. ix.
Interrogat dñs si possent bibere
calicē quē ipse bibiturus erat: idest
si eandem passionē sufferre possent
quā ipse passurus erat pro eis. Cali
cem quidē meū bibetis. De iacobo
non est dubium: quin ipse calicem
dñi

dñi biberit. De iohanne vero dubitatur: quia ipse per martyriũ vitã non finiuit. Sed quia a domiciano in feruentis olei doliũ missus est: & ante aristodimũ venenũ bibens ille sus permansit: nec non cũ reliquiis apostolis flagellat9 legitur semper paratus ad passionem. Clarũ est ꝙ calicem passionis biberit. Tu aũt. Cetera de cõi vnius apostoli. Ad secundas vesperas oĩa fiãt de sancto iacob cum ℟. Ciues apostolorũ. et memoria de sancta Anna.

¶ Sãcte Anne matris marie. Ad vesperas super psalmos feria. aña. Felix Anna cella mundicie, lumen mundi, vena clementie, spes salutis, porta leticie: nos diuine cõmenda gratie. psalmi feria. Capitulũ.

Mulierem fortem quis inueniet: procul & de vltimis finibus precium eius: confidit in ea cor viri sui: & spoliis non indigebit. ℟. O ꝙ digne. Hymnus.

Aue mater anna plena melle canna cui matrem passa nulla coequenda.

Aue predicanda, superexaltanda: mater matris poli, regis atq; soli.

Quam quis velit fari, siue venerari: reddit sibi votum, christus per quem totum.

Ergo te rogamus, rogantes supplicamus: vt quod potes velis, prececa nos celis.

Placans nobis natã, mũda per te datã: illa natã suũ, tu nepotem tuũ

Laus sit trinitati, laus sit vnitati, laus patri ac nato, lausq; paraclito. Amen. ℣sus Diffusa est. aña. Hec est radix Anna pia virgo florens est maria: christus flos est inclitus, digna radix est honore cui9 virga tali flore fecũdatur celitus. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui beatam annã dilectissime genitricis tue matrem egregiam hodierna die ad celestis vite subleuasti gaudia: fac nos q̃s gloriosis eius meritis ad eternã pertingere beatitudinem ex cuius puerperio salutari pro salute mũdi humanã dignatus es assumere carnẽ. Qui viuis & regnas cum deo patre. Mẽo. de sctõ iacob apostolo cũ añ. In regeneratione. ℣s9. Annunciauerũt. Oratio Esto dñe Ad cõpletoriũ omnia fiant sicut in festo sancte trinitatis. Modo predicto dñr vespere de sancta Anna: videlicet vbi dedicata est ecclesia: vel capella, vel altare in honore eiusdẽ & tunc ad primas vesperas de sctã Anna fiat. Ubi vero nõ est ecclesia dedicata neq; capella: in honore ipsius dicantur vespere de sancto iacobo apostolo & mẽo. de sctã Anna cũ oratio. predicta. Ad matu. inuitato. Ad sctẽ matris Anne memoriam. Omnes christo canamus gloriam. ps. Uenite. Hymnus.

In anne puerperio nox fugit huius seculi et illuxit cũ gaudio dies totius populi.

Hec radix iesse germinat: expers cunctis illecebris: ger mẽ eius illuminat: nos sedentes in tenebris.

Pia mater & humilis: de qua maria prodiit: tuis adesto famulis: quos culpa grauis deprimit.

Iam

Iã felix ⁊ emerita manẽs cũ sũmo iudice: succurre mẽ inclita vt viuamus pacifice. Et quicquid hic deliquim⁹ vite ꝑ immũditiã: abstergas illud petimus per diuinã clemẽtiã. Patri natoq; gloria detur cũ sancto spiritu: qui per anne suffragia conseruet nos in exitu. Amẽ. In .i. noc. añ. Chori plaudãt alacriter angelorũ ⁊ hominũ cõgratulando pariter matri regine vginũ. ps. Dñe dñs noster. añ. Pater precelse virginis Joachin erat nomine: mater anna nobilis que regali fulsit semine. ps. Celi enarrant. aña. In tres partes diuidũt sic rerum substantiã dant templo dant pauperibus, seruant sibi tertiã. ps. Dñi est terra. ℣. Diffusa est gratia. Lectio .i.

Hodie fratres charissimi beate anne matris sancte dei genitricis ac perpetue virginis marie festiuã celebramus memoriã: in qua carnis reliquit ergastulũ, et subuecta est venerabiliter ad superos sanctorũ obsequiis angelorũ. Tu autẽ. ℟. Felix anna flos ortorum mira nitens specie regũ surgit antiquorum ex clara progenie. Que medelam viciorum matrem gessit gratie. ℣sus. Hec beata miserorũ succurrat inopie. Que. Lec. ii.

Ad eternum siquidẽ patriarcharum ac prophetarũ veterum gloriosa ⁊ felix peruenit contuberniũ. Ex quorum carne carnis traxit originẽ vt per vẽtris sui fructum populo suo deus mitteret redemptorẽ. ℟. Matronarũ hec matrona claruit in seculo nunc in celis iam patrona pietatis titulo. Cuius partu cuncta bona prouenerũt populo. ℣. Anna parẽs esto prona cũctis in periculo. Cuius. Lectio .iii.

Gaudeat igit sacrosãcta mater ecclesia huius sancte matrone munita suffragiis: et in eius laudib⁹ cũ omni deuotione tota resultet. Hec est enim illa superne benedictionis terra de qua celestis figulus ollam spei nostre composuit: que ex diuini roris ymbre conceptũ verbũ dei humano generi protulit incarnatũ. ℟. Et cõceptu cõiugali anne miro ordine radix boni finis mali: spirat vno germĩe. Felix q̃ fuisti tali impregnata vgine. ℣. Nos in hora fac finali mori sine crimine. Felix. Gl̃ia. Felix. In .ii. noc. ã. Annos quoq; plurimos ducũt in cõiugio: steriles atq; tristes sublegi opprobrio. ps. Eructa. ã. Exprobrat hũc põtifex ioachin ꝙ sisteret infecũdus cũ fecũdis: secꝫ eis iũgeret. ps. Deus noster refu. ã. Joachin ex opprobrio de tẽplo tristis exiit nec ad domum vel vxorem sed ad pastores trãsiit. ps. Funda. ℣. Specie. Lectio .iiii.

Felix anna que in operatiõe redẽptionis nostre velut radix videt in arbore de qua celestis virga egressa est beatissima virgo maria q̃ filiũ suũ diuini floris amigdalum enixa puerpa genuit: cuius dulcedinis iocũda refectio in celo et in terra angelos ⁊ hoies pascit. ℟. Ex iudea creuit spina hec matrona nobilis spina tamẽ officina claruit mirabilis de qua prodiit Regina celi venerabilis. ℣. Nos a fraude

serpen-

serpentina saluet mater humilis. Regina. Lectio. v.

Ex bethleē quippe ciuitate dauid et radice iesse ortūda prodijt: cui⁹ beata soboles maria videlicet christū peperit: qui captiuitatē iacob auertit et parietem veteris inimicicie inter deū et hominē: homo deus in sua carne destruxit. ℟. Quam potens esse diceris in regno beatorum: que genitrix agnosceris regine angelorum. Insignis quippe diceris: patrona miserorum. ℣. Impetra nobis miseris veniā peccatorum. Insi. Lectio vi.

O quā gloriosa est mater ista et quā digna solenni⁹ attollenda preconio: que nobis matrē nostre redēptionis attulit, et in illa testamentū hereditatis superne inclusit. Vere btā et oī veneratiōe habēda: et quodā sacro priuilegio predicāda mat huius sacratissime virginis: que oēs pcellit matres i cōcipiēdo et generādo eam q̄ suū et omniū generauit auctorē. Gaude igitur et letare o felix mater et pre ceter matrib⁹ felicior: q̄ meruisti tāte prolis gaudere priuilegio, per quam angeli leticiam, iusti gratiam, peccatores veniā inueniunt in eternum. ℟. O quā digne venerar ab hūano germine: q̄ mariā mūdo paris magno dei mūere. Ipsa virgo singularis digner succurrere. ℣. Anna mater salutaris: fac nos xp̄o viuere. Ipsa. Glria. Ipsa. In. iij. noc. ā. Joachim et cōiugi angel⁹ apparuit dolētesq nimium dulciter cōpescuit. ps. Cātate. i. añ. Preces vestre sunt accepte, habebitisq filiā: per quā deus magnifice, prestabit cunctis gratiā. ps. Dñs regnauit exul. añ. Hinc cognoscunt se mutuo coniugali federe: et agunt laudes dño, pro cōcesso munere. ps Cantate. ij. ℣. Adiuuabit eā. Initiū sancti euan. secundū Mathe. i.

Liber gñationis iesu christi filii Dauid: filii Abrahā. Et reliqua. Om. de diuer. tract. Lc. vii. Matheus igitur euāgelista scribēs librū generationis iesu christi ceteris pretermissis horum filiū nuncupauit: qr ad hos tantum facta est de christo promissio. Ad abrahā inquit In semine tuo: bñdicentur oēs gentes terre. Ad dauid vero ait. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. ℟ viii. Eua mater corruptele pomi fit edulio: deformauitq seque le lineam contagio. Anna confert spem medele sacro puerperio. ℣sus. Esto memor clientele: huius in exilio. Anna confert. Lectio. viii.

Abrahā genuit ysaac: ysaac autē genuit iacob. Exequitr ergo humanā gñationē christi matheus ab ipso promissionis exordio: hoc est ab abrahā generatores commemorās quos perducit ad ioseph virū marie: de qua nat⁹ est xp̄s. ℟. Anna mater mris xp̄i nos pie cōsidera q̄ marie meruisti propinare vbera. Ecce felix ascendisti sup cūcta sydera. ℣. Tu in hora mortis tristi nos ab hoste libera. Ecce felix. Lc. ix.

Quicquid tamē in insigni genealogia christi ad euangelicā respicit hystoriā: totū ex abundanti recurrit ad annam, vt ipsa sit quasi

quasi quedam meta legis et gratie: per quã dignitas humane videtur in christo refloruisse nature. Ex ei⁹ namque ventre prodiit: quod de sancta ecclesia longeante spiritussanctus ait. Sindonẽ fecit et vendidit, et cingulũ tradidit chananeo. Sindonis huius cãdor niueus: puritas est et mundicia virginalis, quã beata Anna mater manibus suis quasi cõtexuit dum genitricẽ dei mariã ad diem temporalis ortus: in forma humana de palatio vteri sui corporaliter eduxit. Tu. ℟. Beata virgo virginũ matris tue precib⁹: remissionẽ criminũ procura supplicibus. Et fac post vite terminũ, letos in celestibus. Versus. Succurre penes dñm cunctis assistentibus. Et fac. Gloria. Et. ℣. Ora pro nobis beata Anna. In laud. añ. Omnis sanctorũ concio matrem collaudet virginis: de cuius puerperio salus processit hominis. ps. Dñs regnauit. aña. Hec prolem deuotissime petit a patre luminũ: et meruit dignissime mariam decus virginũ ps. Jubila. aña. Ex ioachim quem habuit vite virum eximie: anna mariam genuit matrem regis iustitie. ps. Deus deus. aña. Stirps iesse clara diluit eue matris opprobriũ dum anna prolem genuit florẽ sanctorum omnium. ps. Benedi. aña. Anna floret vt lilium in summi regis curia: thronum adepta regnum cum immortali gloria. ps. Laudate. cpm. Mulierẽ fortem. Hymn⁹.

Felix anna pre aliis digna laude fideliũ: mundũ repleuit gaudiis per sacrũ puerperium.

Hec de carnis propagine mariam nobis protulit: que suo reddit germine quod eua tristis abstulit.

O vas celestis gratie, mater regine virginũ: per te precamur anxie, remissionem criminum.

Memento mater inclita quam potens es per filiã: et nobis prece solita procura dei gratiam.

Eiusque donec precibus dator bonorũ omnium: vt gaudiis celestibus fruamur post exilium.

Patri natoque gloria detur cũ sancto spiritu que per anne suffragia: conseruet nos in exitu amen. Versus. Elegit eam. aña. Anna stellã matutinã magni maris et reginã peperit clementie: cũ qua vere iocundatur quia deũ contemplatur reuelata facie. ps. Benedictus. oratio. Deus qui beatam annã. Ad .i. aña Omnis sanctorũ. ps. Deus in nomine. aña. Te iure. ps. Quicunque Ad .iii. aña. Hec prolem. ps. Legẽ pone. cpm. Mulierẽ fortẽ. ℟. Diffusa est. vt in cõmuni vnius virginis. Ad .vi. añ. Ex ioachim. ps. Defecit. cpm. Prouerbiorum vltimo.

Multe filie cõgregauerũt diuitias: tu supergressa es vniuersas: fallax gratia et vana est pulchritudo: mulier timens deum ipsa laudabitur. ℟m. Specie tua. Ad .ix. añ Anna floret. ps. Mirabilia. cpm. Prouerbiorum vltimo.

Manũ suã aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pauperem ideo fortitudo et decor indumẽtũ eius: et ridebit in die nouissimo. ℟. Ad-

℣. Adiuvabit. ℟sus. Elegit eam. Oratio. ut s. Ad. ii. ves. an. Omnis sanctorum. ps. Dixit dominus. Laudate pueri. Letatus sum. Beati omnes. Lauda hierusalem. Cp. Mulierem fortem. ℟ Beata virgo. Si duplex festum fuerit hymnus. Ave mater Anna. ℟sus. Elegit eam. an Anna florem portavit gratie flos odorem spirat mundicie alme preces matris et filie nos conducant eterne glorie. ps. Magnificat. Oratio. Deus qui beatam Annam. Memoria fiat de septem dormientibus martyrum. Oratio.

Deus qui gloriosos resurrectionis eterne precones septem dormientes magnifice coronasti: presta quesumus ut eorum precibus resurrectionem sanctam que in eis mirabiliter preostensa est consequamur. Per dominum. Ad matut. tres lect. invit. dup. Lectio. i.

Sub decio imperatore facta in christianos gravi persecutione septem christiani civitatis Ephesiorum cives: scilicet Maximianus, Malchus, Martianus, Dionisius Johannes: Serapion & Constantinus: fugientes persequentium rabiem absconderunt se in spelunca in monte celio statuentes Malchum in habitu medici emere victualia. In qua spelunca: dormierunt per secula multa. Lectio secunda.

Evolutisque trecentis sexagita duobus annis regnante Imperatore christianissimo Theodosio surrexit detestanda heresis nitens repellere generalis fidem resurrectionis. Evigilantes seti & unius noctis spacio se dormisse putantes Malchum ad civitatē miserunt ut emeret necessaria. Qui videns crucem super portam civitatis erectam: & omnes nomen dei invocantes, valde mirari cepit: prolatisque argenteis, ceperunt intuentes mirari dicētes. Hic iuvenis thesaurum invenit: duxeruntque eum ad proconsulem civitatis. Lectio tertia.

Cumque proconsul ab eo inquireret ubi Thesaurum invenisset: cadens Malchus ad pedes ei⁹ dixit. Rogo vos ubi decius imperator: Ego enī et socii mei fugientes psecutionē eius abscondimus nos in spelunca mōtis celii. Marinus eps civitatis hoc audiens: dixit. Eamus cū eo ad locū. Et venientes ad spelunca viderunt sanctos dei sedentes: et erant facies eorum ut rose florentes. Et adorātes eos miserunt pro Imperatore. Qui cum venisset: adorans eos flevit. Qui dixerunt ei. Propter te suscitavit nos deus noster ante diem magne resurrectionis: ut tu sine dubio resurrectionem mortuorum credas. Et cum hec dixissent: reddedūt spiritum secundum preceptum dei. Imperator vero flens et osculans sanctas reliquias eorum congregatis plurimis episcopis & fidelibus viris: fecerunt in eodem loco dignam memoriam eorum. Cetera de communi plurimorum mart.

De Samso episcopi et conf. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus tribue nobis famulis tuis p inter-

intercessionem sancti Samsonis episcopi poscentibus peccatorum veniam: querentibus salutis viam, pulsantibus aperire regni celestis aulam: vt ad eternã maiestatis tue habitationem te adiuuante peruenire mereamur. Per dominũ. Eo die fiat memo. de sancto Panthaleone marty. Oratio.

Deus qui hunc diẽ beati panthaleonis martyrio consecrasti: presta quesumus, vt ipsius intercessu hoc in nostris floreat actibus quod premijs remuneretur celestibus. Per dominum. Ad matu. iii. l. de communi inuit. dupl. Cetera omnia de cõmuni vnius confes. & pontifi. Sanctorum Felicis et simplicij fausti. et beatricis mar. Oro.

Presta quesumus omnipotens deus vt sicut populus christianus martyrum tuorum felicis, simplicij, faustini: et beatricis temporali solennitate congaudet: ita perfruatur eterna, et quod votis celebrat, pio comprehendat affectu. Per dominum. Ad matutinas. iii. lectiones. Inuitat. dupl. Lectio prima.

Tiberio vrbis Rome episcopo misso in exilium a Cõstantino Augusto heretico: clerus Romanus ordinauit in loco eius episcopũ Felicem presbiterum. Quo facto concilio declarauit Constantinum hereticum et secundo baptizatum ab Eusebio. Quo facto eijcitur Felix de episcopatu a Constantino Augusto filio Constantini. Exinde ductus in ciuitatem: coronam martyrij capitis abscisione promeruit et sepultus est in via aurelia. Lectio. ii.

Temporibus Dyocletiani & Maximiani erat Rome quedam virgo beatrix nomine: soror beati Simplicij et Faustini, qui pro Christi nomine post diuersa tormenta capite cesi sũt. Quorum corpora sepeliuit beatrix cũ Crispo et Johanne presbyteris. Post hec Lucretius vicinus possessor prediorum beate beatricis communis cum fratribus ambiens, fecit eam (dijs sacrificare nolentem) carceri mancipari, et postea a seruis suis noctu sffocari: et sic spiritum tradidit domino. Lectio. iii.

Post hec ingressus est Lucretius in predium sanctorum: et fecit conuiuium in quo infantulus dixit ei. Audi Lucreti. Occidisti et inuasisti ecce datus es in possessionem dyaboli. Ad hanc vocem sathanas in eũ ingressus per tres horas eum vexauit: donec tolleret animam eius. De quo omnes qui aderant perterriti christiani effecti sunt: narrãtes palam passionem beate virginis in conuiuio vindicatam. Cetera de cõmuni plurimorum martyrum. Sanctorũ Abdon et Sennes mar. oro.

Deus qui sanctis martyribus tuis Abdon et Sennem ad hanc gloriã veniendi copiosum munus gratie contulisti: da famulis tuis suorum veniam delictorum, vt sanctorum tuorum intercedẽtibus meritis ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari. Per dominũ. Ad matut. inuitator duplex. Tres lectioni. fiant. Lectio prima.

Decius

Decius Imperator Romam revertens de persida adduxit secum duos sub regulos persarũ Abdon et Sennẽ. Et conuocans Rome senatũ: iussit eos decius sibi presentari. Et dixit ad Senatum. Dij nostri tradiderunt nobis hostes ferocissimos. Ecce enim inimici reipublice et Romani Imperij. Et introducti sunt ornati ex auro et lapidibus preciosis: vincti cathenis. Quos cum vidisset omnis senatus ceperunt mirari in aspectibus eorum. Lectio secunda.

Decius dixit ad eos. Sacrificate dijs estote subreguli Romane libertatis: et possidebitis omnia vestra et pacẽ Romani Imperij. Qui dixerunt. Nos semel offerentes nosmet deo ipsum adoramus: simulachris manufactis nunquam humiliabimur. Decius iussit eos denudatos ad simulachrum solis duci: et ad sacrificandum compelli. Sancti vero expuentes in simulachrum dixerunt Valeriano. Fac quod potes. Lectio tertia.

Tunc Valerianus prefectus iussit eos diu plumbatis cedi: et in amphiteatrum duci. Et dimissi sunt ad eos duo Leones: et quattuor Ursi. Qui venientes ad pedes sanctorũ: ita custodiebant eos vt nemo poterat accedere ad eos propter impetũ ferarũ. Valerianus ira plenus fecit eos occidi: et corpora eorum ante simulachrum solis iactari. Post triduum quirinus Subdyaconus corpora eorũ sepeliuit in domo sua. Tu autẽ. Cetera de communi plurimorum martyrũ. Sancti germani episcopi. Oratio.

scendentibus illis de monte. Precepit Jesus dicens: nemini dixeritis visionem quam vidistis donec filius hominis a mortuis resurgat. Versus Ne mors eius aliquo modo impediretur: si hec visio statim in populos diuulgaretur. Precepit iesus dicens nemini dixeritis visionem quam vidistis donec filius hominis a mortuis resurgat. Lectio nona.

Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos et vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite. Quia imprudēter interrogauerat propterea domini rationem non meretur: sed pater respōdet pro filio: vt verbum domini compleretur. Ego testimoniū nō dico de me: sed pater qui me misit ipse pro me dicit testimonium. Nubes autē videtur lucida et obūbrat eos: vt q̄ carnale in frōdibus, aut tentorijs querebāt tabernaculum: nubis lucide operirentur vmbraculo. Vox quoq; de celo patris loquentis auditur qui testimoniū perhibeat filio et petrum errore sublato doceat veritatē: immo per petrū ceterosq; apostolos. Hic est ait filius meus dilectus. Huic fiendū est tabernaculū huic obtemperandū. Hic est filius illi serui sunt moyses et helyas: debent et ipsi vobiscū in penetralibus cordis sui domino tabernaculum preparare. R. Videns petrus moysen et helyā in gloria: et Jesum in medio eorum vt solem virtute fulgentem: ait Dñe: bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnū moysi vnum: et helye vnum. V. Petrus vero et qui cum illo erant valde letificati viderūt maiestatē dñi et eos gloriosos hinc inde cum illo et ait ad Jesum petrus. Domine. Gloria. Si. V. Adoremus patrē et filiū cum sancto spiritu. R. Regnātem in maiestate sua. In laudi. añ. Accessit iesus et diuine vocis pauore prostratos tetigit discipulos suos dicens: surgite et nolite timere. ps. Dominus regnauit. añ. Jesus ad discipulos iacentes accessit: tetigit, surgere precepit ne timerent: dixit eis, qui surgentes preter iesum neminem viderunt. ps. Jubilate. añ. Ut testimonium haberet a lege et prophetis in medio moysi et helye transfiguratus apparuit iesus. ps. Deus deus meus. aña. Lex per moysen signata est et prophetie per helyam: qui in maiestate visi sunt cum dño fulgentes in monte et loquentes. ps. Benedicite. añ. Descēdentibus illis de monte precepit iesus dicens, nemini dixeritis visionem, donec a mortuis filius hominis resurgat. ps. Laudate do. Cap. Saluatorem. Hymnus.

O Nata lux de lumine iesu redēptor seculi: dignare clemēs supplicū, laudes precesq; sumere.

Qui carne quondā contegi dignatus es pro perditis: nos mēbra confer effici tui beati corporis.

Pro sole vultu flāmeus vt nix amictu candidus: in mōte dignis testibus apparuisti conditor.

Vates alumnis additos tuis alūnis

nis conferens: vtrisq te diuinitus deum dedisti credere.
Te vox paterna celitus suũ vocauit filium: quem nos fideli pectore, regem fatemur glorie.
Concede nobis quesumus almis micare moribus: vt ad polorũ gaudia bonis vehamur actibus.
Laudes tibi nos pangim⁹ eterne regum rex deus: qui trinus es atq vnus per cũcta regnãs secula amẽ. Ꝟsus. Sit nomẽ dñi be. ℟. Ex hoc nũc. añ. Tribus discipulis de eius morte turbatis ne de sibi predicta resurrectione dubitarẽt transfiguratus dñs gloriã quam predixerat ostendit. ps. Benedictus. Oratio.
Deus qui vnigenitũ tuũ hodierna die mirabiliter trãsfiguratũ celitus vtriusq testamẽti patribus reuelasti: da nobis quesumus beneplacitis tibi actibus ad eius semper contemplandã pertingere gloriã in quo tue paternitati optime cõplacuisse testatus es. Per eundẽ dñm. Ad primã. añ. Accessit iesus. ps. Deus in nomie. ℟. Jesu christe fili. cum alleluya. Ꝟ. Qui de virgine. Ad. iij. añ. Jesus ad discipulos. ps. Legem pone. cpm. Saluatorem. ℟. Adoremus patrem et filium, cum sancto spiritu, alleluya alleluya. Ꝟsus. Regnantem in maiestate sua, alleluya. Ꝟsus. Dies sanctificatus. ¶ Ad sextam añ. Ut testimo. ps. Defecit. Capitulum.
Notam facimus vobis dñi nostri Jesu Christi virtutẽ et prescientiam: speculatores facti illius magnitudinis. Deo gratias.
℟. Dies sãctificatus illuxit nobis, alleluya alleluya. Ꝟ. Uenite gẽtes adorate dominum, alleluya. Ꝟsus. Adorate dominum. Ad nonã. añ. Descendentibus illis de monte. ps. Mirabilia. Capitulum.
Accepit dñs Jesus a deo patre honorem et gloriã voce delapsa huiuscemodi ad eũ a magnifica gloria: hic est filius meus in quo mihi complacui. Deo gratias. ℟. Adoremus dominũ, alleluya alleluya. Ꝟ. Adorate deũ. ℟. Omnes angeli eius. ¶ Ad. ij. vespe. añ. Accessit iesus. psal. Dixit dñs. Cõfitebor. Beatus vir. Laudate pueri domi. Jn exitu israel. Cpm. Saluatorem. ℟. Confirmandis et ad veri cultus scientiam prouehẽdis discipulis. Moyses et Helyas cũ domino loquentes apparuere. Ꝟsus. Quoniam christi euangelium a lege et prophetis testimonium constat habere. Moyses et He. Gloria patri. Hymnus. O nata lux. vers⁹. Adoremus patrem. ℟. Regnantẽ. aña. Hodie ad patris vocem transfigurato domino Moyses et Helyas affuerunt splendidi excessum eius quem complecturus erat loquentes. ps. Magnificat. Oratio. Deus qui hodierna. ¶ Festũ dulcissimi nois Jesu fiat septimo idus augusti, festũ maius dup. Octa. cũ regimi. chori. Ad. i. vesp. sup ps. añ.
A solis ortu vsq ad occasũ: laudabile nomẽ dñi iesu benedictũ, alla. ps. Laudate pueri. añ. Omnis eni quicunq inuocauerit nomen dñi saluus erit, alleluya. psal. Dilexi. aña

aña. Dirupisti domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen domini inuocabo, alleluya. ps. Credidi. aña. Illuc enim ascen derunt tribus, tribus dñi testimonium israel ad confitendum nomini dñi, alleluya. ps. Letatus sum. aña. In conspectu angelorum psallam tibi adorabo ad templum sanctum tuũ et confitebor nomini tuo dñe, alleluya. ps. Cõfitebor. Cap.m.

Humiliauit semetipsum dñs iesus, factus obediens vsque ad mortem, mortẽ autẽ crucis propter quod et deus exaltauit illum et donauit illi nomen quod est super omne nomẽ: vt in nomine Jesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorũ. Deo gratias. R. Magnificate dñm mecum: et exaltemus nomen eius in idipsum. Quia in eo letabitur cor nostrum. Et in nomine sancto eius sperabimus. Vsus. Narrate omnia mirabilia eius: laudamini in nomie sancto eius. Quia. Gloria. Et. Hymn9

Exultet cor precordiis, sonante iesu nomine: precellit in deliciis omni plenum dulcedine.

Nomẽ confortans miseros, iesus qui sanat scelera: nomen deterrens inferos nomen fugans mortifera.

Nomen sonans suauiter in metro prosa carmine: quod leuat nos alacriter mulcens suo solamine.

Nomen excelsum resonet, iesus in ore omnium: et cor cum voce consonet, vt sanet omne vicium.

Iesu salus peccantium, adesto nostris precibus: sis director errantium et parce nostris actibus.

Nomen tuum nos muniat preseruans a periculis: et in bonis perficiat, amotis culpis maculis.

Tibi christe sit gloria, fulgens hoc sacro nomine: honor tuus sit latria, iesu benigne domine.

Gloria tibi domine qui natus es de virgine. ¶ Predictus V. dicitur in fine hymnorum per totas octa. quando de octa. fit seruitium. Vsus Omnis terra adoret te deus et psallat tibi. R. Psalmum dicat nomini tuo dñe. aña. Ego autem in dño gaudebo et exultabo in deo Jesu meo: quia fecit michi magna qui potens est, et sanctum nomẽ eius, alleluya. ps Magnificat. Oratio.

Deus qui gloriosissimum nomen iesu christi vnigeniti filii tui fecisti fidelibus tuis summo suauitatis affectu amabile: et malignis spiritibus tremendũ atque terribile: concede propicius: vt omnes qui hoc nomẽ iesu deuote venerantur in terris: sancte consolationis dulcedinem in presenti percipiant: et in futuro gaudium exultationis et interminabilis iubilationis obtineant. Per eundem. Deinde fiat solen. memo. de transfigurationis. aña. Hodie ad patris. vt supra. versus. Adoremus patrẽ et filiũ. Oratio. Deus qui vnigenitum. De do. de trini. priuatim fiat memo. si contingat. de sancto donato nulla penitus fiat memo. Ad completo. aña. Miserere michi dñe: secundum iudicium diligentium nomen tuum. ps. Cum inuocarem. Capitulum.

Tu in

Cu in nobis. Hymnus. Alma chorus. Vsus. Custodi nos. aña. O rex glorio. ps. Nunc dimit. Quere hec omnia ad comple. post psal. Ad matuti. inuitato. Honoremus exaltemus nomē iesu nobile. Exultemus iubilemus: est summe diligibile. ps Venite. Hymnus.

Iesu dulcis memoria, dās vera cordis gaudia: sed sup mel et omnia, dulcis eius presentia.

Nil canitur suauius, auditur nil iocundius: nil cogitatur dulcius: q̄ Jesus dei filius.

Iesu spes penitentibus, q̄ pius es petentibus: q̄ bonus te querentib⁹ sed quid inuenientibus.

Iesu dulcedo cordiū, fons vite lumen mentium: excedis omne gaudium, et omne desiderium.

Nec lingua potest dicere, nec littera exprimere: expertus nouit credere, quid sit iesum diligere.

Iesu rex admirabilis: et triumphator nobilis: dulcedo ineffabilis, totus desiderabilis.

Mane nobiscū domine: nos tuo replens lumine: pulsa noctis caligine tua pasce dulcedine.

Gloria tibi domie: qui natus es de virgine, cū patre & sācto spiritu: in sempiterna secula. Amē. ¶ In primo noctur. aā. Hi in curribus et hi in equis: nos autē in nomine domini dei nostri magnificabimur. ps. Exaudiat te do. aā. Memor ero nominis tui dñe: in omnigeneratione et generationē. ps. Eructauit a. a. Secundum nomen tuum Jesu domine sic et laus tua in fines terre. ps. Magnus dominus. Vsus. Laudabo nomen dei cum cātico. ℟. Et magnificabo eum in laude. Lect. i.



Um festum festo succedit leta mens trāsfertur: & terra iubilat diffusis gaudiis plenā honore. Heri celebrauim⁹ iesum in celso montis vertice transfiguratū: hodie in imis terris humiliatū. Heri qualis apud patrē erat iesus prodebat corporis sui cādore: hodie celebramus, quomodo latēs diuinitas operatur nostra sub hūili natura sacramenta salutis. Heri qualis eramus secundū spem: suo ostēdit splendore, hodie quales secūdum fidem beato debemus viuere more. Heri suam nobis charitatem cōmendauit ad premiū: hodie ministratur sua charitas ad meritū. Illa in patria: ista in via. Illa in gloria cōsummante: ista in doctrina cū gratia misericorditer cooperante. Tu autem dñe, miserere nostri. ℟. Tu es christe rex meus: & deus meus qui mandas salutes Jacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu: et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Vsus. Exurge domine adiuua nos, et redime nos propter nomen tuum. In te inimicos nostros. Lectio. ii.

IN hac solēnitate charissimi nostra spes tota erigitur, fides augetur, charitas diffunditur, summe & indiuidue trinitatis alma ma

iestas magnifice cōmēdatur. Et iubilantibus celestis curie ordinibus in mentis excessu famulant etherei ciues. Rosei applaudunt martyres quia dū Jesus est in animo robur: victores se inclytos noscunt. Et cōfessores cādidi laudant cum canore iubilo dum iesus vt mel dulcescit in ore. At dū melos suauis iesus pulsat: virgineas aures filie hierusalē canentes cursitant hymnidice gaudent, cateruatim exultāt, et insimul omnes primordia salutis dicentes. Jesu nostra redemptio amor et desideriū. ℟. Saluos fac nos dñe deus noster et congrega nos de nationibus. Ut confiteamur nomini tuo sancto et gloriemur in laude tua. ℣. Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum quoniā non dereliquisti querentes te dñe. Ut confi. Lec. iii.

Hec est illa preclara festiuitas quā pres diu suspirarūt lōge ante predixerūt pphete: mystice significauerunt figure. Ac tandē ille paranymphus gabriel celestis nūciauit marie. Quod eni ex te nascetur sanctū: vocabit fili9 dei, et nomē ei9 iesus. Jesus fons vite signatus qui quattuor i riuos se diffūdit p plateas. Jes9 a deo nobis fact9 est sapiētia, iustitia, sanctificatio atqz redēptio. In predicatione sapiētia, iustitia in pctōrū absolutiōe, in cōuersatiōe sāctificatio, in passiōe redēptio. Unde scriptū est. Tres riui fluxerūt a iesu: vbum doloris in quo cōfessio sāguis aptionis in quo afflictio, aqz emūdatiōis i qua cōpūctio designatur. ℟. Osculet me osculo oris sui qz meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis. Oleū effusū nomē tuū. Ideo adolescētule dilexerūt te. ℣. Trahe me post te: curremus simul in odore vnguentorū tuorū. Oleū. Gl'ia. Ideo adole.

In. ij. noctur. añ. Deus in nomine tuo saluū me fac, et in virtute tua iudica me. ps. Ipsum añ Sic psalmum dicā nomini tuo in seculū seculi: vt reddam vota mea de die in diem. ps. Exaudi deus depre. aña. Sit nomen eius benedictum in secula qui natus est de virgine Maria. ps. Deus iudicium. ℣sus. Benedic anima mea domino. ℟m. Et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Lectio quarta.

Hoc est nomen quod paulus portabat coram gentibus et regibus vt lucernam super candelabrum. Mirabile enim est ac suauissimū. Unde quidam ait. Si scribas, si cōferas: non sapit michi nisi legero ibi Jesum. Si disputes, aut cōferas: non sapit michi nisi sonuerit ibi iesus. Jesus ergo nomē dulce et delectabile: nomen confortans peccatorem, et nomen beate spei. Ergo iesus esto michi iesus. ℟m. In semita iudiciorum tuorum domine sustinuimus nomen tuum et memoriale tuum in desiderio anime. Anima mea desiderauit te in nocte: sed et spiritus meus in precordiis meis de mane vigilabo ad te. versus. Uere tu es deus absconditus deus Israel saluator. Anima mea desiderauit te in nocte. Lectio quinta.

Nec preterea nos huius sacratissimi nominis multa virtuositas. Hoc est nomē quod cecis cōtulit visum, surdis auditum, claudis gressum, sermonē mutis, vitā mortu's, totāq; dyaboli potestatem de obsessis corporibus virtꝰ huius nominis effugauit. Nec profecto minoris excellentie ꝛ sublimitatis est q̄ virtutis. Unde scriptū est. Nomen saluatoris mei, fratris mei, carnis mee, sanguinꝫ mei. Nomen seculis absconditum: sed in fine seculorum reuelatū. Nomē mirabile, nomen ineffabile, nomen inestimabile, immo eo mirabiliꝰ quo inestimabile, eo magis gratū quo gratuitum. ℟. Obsecro autē vos fratres per nomen domini nostri Jesu Christi. Ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis scismata. versus. Discedat ergo ab iniquitate omnis qui nominat nomē domini. Ut.

Lectio sexta.

Hoc autē nomen impositum est ei ab eterno, ab angelo: et a patre ioseph. Ab eterno: cū iesus a potētia saluandi saluator interpretatur. Ab angelo: cū ab habitu saluandi saluator dicitur, quod ei conuenit a sue conceptionis principio. A patre suo ioseph hoc nomē impositum est cū ab actu passionis ꝛ nostre redemptionis future iesus saluator appellatus est. ℟. Jesus nazarenus rex iudeorum fili dei viui miserere mei: iesu fili dauid miserere mei. Ut videam voluntatem dei Et visitem templum eius. ℣. Aspice in me ꝛ miserere mei secundū iudicium diligentiū nomen tuū dn̄e. Ut. Gloria. Et. In iii. noct. an̄. Adiuua nos deus salutaris noster et propter gloriā nominis tui domine libera nos et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuū. ps. Deus venerūt. an̄. Confitebor tibi dn̄e deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in eternum. ps. Inclina domine. an̄. Affert te domino patrie gentium afferte domino gloriā et honorem: afferte domino gloriam nomini eius. ps. Cantate. i. versus. Non nobis dn̄e nō nobis. Sed nomini tuo da gloriam. Secundum Matheum. i.

In illo tempore. Angelus domini apparuit in somnis ioseph dicens. Joseph fili dauid noli timere accipere mariam coniugem tuam. Et reliqua. Omelia Origi nis.

Lectio. vij.

Joseph mariam noluit traducere, noluit eā diffamare: sed voluit eam occulte dimittere, occulte eā a se dimittere volebat sicut pius, sicut mā suetꝰ sicut misericors. Juste humilians se in omnibus cauebat ꝛ timebat sibimet illiꝰ tante sāctitatis cōiunctionē adhibere. Jdcirco dixit. Dimittā eam et a me longe faciam eā ꝛ a cognatione mea. Maior eni est eius dignitas: superexcellit eius sanctitas: nec mee cōgruit dignitati. Hec autem eo cogitāte: angelus dn̄i per visum apparuit illi dicens. Quare dubitas ioseph? Quare imprudēter cogitas? quare irrationabiliter meditaris? Deus est eni qui generatur. Quod enim nascetur ex

ea de spiritu sancto est: quia scilicet huius natiuitatis cooperator spiritus sanctus est. Ille quidem est de quo scriptura prenunciauit dicens. Puer natus est nobis, et filius datus est nobis. Pariet inquit filium et vocabitur nomen eius iesus. R. Ecce cōcipies et paries filiū. Et vocabitur nomē eius iesus. V. Hic erit magnus et filius altissimi vocabit: et dabit illi dn̄s deus sedem dauid patris eius. Et voca. Lectio. viij.

Virgo generat: et tu ioseph hunc genitū vocabis iesum qui interpretatur saluator. Ipse enim saluum faciet populū suum a peccatis eorū. Vocabis inquit nomē eius hoc quod ante fuit: qd ante secula nominatū est. Nō tu ei impones nomē: nec ex te ei vocabulū cōstitues: sed nomina et voca exultando iesū, idest saluatorē eū esse testare. Ex tpe Iesum cepisse saluare ne cōsideres: sed esse antiquissimū saluatorē. Ipse enim saluū faciet populū suū: a peccatis eorū. R. Cū appropinquasset iesus hierosolymis: turbe autē que precedebāt et que sequebātur clamabāt dicentes: osanna filio dauid benedictus qui venit in nomine dn̄i, Rex Israel osanna in excelsis. V sus. O dn̄e saluū me fac o domine bene prosperare benedictus qui venit in nomine domini Rex israel. Lectio. ix.

Uo etenim per hoc verbum preclara designantur qp et deus fuerit et dn̄s prius ante incarnationē christus: et qp populus eius ab eo saluandus iam tunc annunciabatur. Et ideo dictum est: Ipse saluū faciet populū suū a peccatis eorum: vt vere deus. Dei enim est virtutis a peccato saluare, vel peccata dimittere. Iuste ergo fili⁹ dei habens populū suum venit vt dictum est ipsum liberare a peccatis atqꝫ saluare siue ex iudeis, siue ex gentibus. De quo ipse per prophetā iam fuerat elocutus dicēs. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Pete a me et dabo tibi gentes hereditatem tuā: et possessionem tuā terminos terre. Ipse saluabit populū suum a peccatis eorum sanguine videlicet suo cūctos redimens morte sua: de mortis eos liberans potestate. Tu. R m. Hec autē scripta sunt. Ut credatis quia iesus est christ⁹ filius dei. Et vt credentes vitā habeatis. In nomine eius. V. Cōfitemini dn̄o et inuocate nomē eius: annunciate inter gentes opera eius. Ut cre. Gloria. In nomine. ps. Te deū. In lau V. Adiutoriū nostrū in nomine dn̄i. R m. Qui fecit celum et terram. añ. Uocatū est nomē eius iesus quod vocatū est ab angelo priusqꝫ in vtero cōciperetur, alleluya. ps Dn̄s regnauit. añ Laudate nomen dn̄i nostri iesu christi quoniam suauis est ipse et in eternum misericordia eius, alleluya. ps Iubilate. añ. Benedicā te dn̄e iesu in vita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas, alleluya. ps. Deus deus. añ. Iusti tulerunt spolia impiorū et decantauerūt nomen tuum domine et victricem manum tuā laudauerunt pariter domine

mine deus noster. ps. Benedicite. aña. Juuenes et virgines senes cũ iunioribus laudent nomen domini quia exaltatum est nomen eius solius, alleluya. psalmus. Laudate Capitulũ. i. Corinthiorum. i.

Omnibus qui inuocant nomẽ domini nostri Jesu christi in omni loco ipsorum et nostro: gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Jesu Christo. Deo gratias. Hymnus.

Jesu auctor clementie totius spes leticie: dulcoris fons et gratie vere cordis delicie.
Jesu decus angelicũ in aure dulce canticũ: in ore mel mirificum, in corde nectar celicum.
Jesu flos matris virginis fauus mire dulcedinis: decus humani generis da lucem veri luminis.
Jesu sole serenior et balsamo suauior, omni dulcore dulcior pre cunctis amabilior.
Jesu summa benignitas, mira cordis iocunditas: incomprehensa bonitas nos stringat tua charitas.
Rex virtutum rex glorie rex insignis victorie: iesu largitor gratie, honor celestis curie.
Te celi chorus predicat: et tuas laudes replicat: iesus orbem letificat et nos deo pacificat.
Gloria tibi domine qui natus. Vs. Sit nomen dñi iesu benedictũ. R. Ex hoc nunc et vsq; in seculum. aña. Joseph fili Dauid noli timere accipere mariam cõiugem tuam: quod enim in ea natum est de spiritu sancto est: pariet autem filium et vocabis nomẽ eius iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. ps. Benedictus. oratio. Deus qui gloriosissi. Ad. i. añ. Vocatum. ps. Deus in nomine. aña. Gratias tibi. ps. Quicunq;. Cpm. Regi seculorũ. R. Jesu christe. cũ. alleluya. V. Qui de virgine. Ad. iii. aña. Laudate. ps. Legẽ pone. cpm Omnibus qui. R. Laudabo nomẽ dei cum cantico, alleluya alleluya. V. Et magnificabo eum in laude, alleluya alleluya. V. Benedic anima mea dño. R. Et omnia q̃ intra me sunt nomini sancto eius. oro. Deus qui glorissi. Ad. vi. añ. Bñdicã te. ps. Defecit. cpm. Ad colosenses iii

Omne quodcũq; facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri iesu christi facite gratias agentes deo et patri per ipsum. R. Benedic anima mea dño alleluya alleluya. Vsus. Et omnia que intra me sunt nomini sancto eius, alleluya. V. Non nobis dñe nõ nobis. R. Sed nomini tuo da gloriam. Ad nonã. añ. Juuenes. ps. Mirabilia. Cpm. ii. Thessalo. iii.

Denunciamus autem vobis fratres in nomine dñi nostri Jesu christi vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem quã acceperunt a nobis. R. Non nobis domine nõ nobis, alleluya alleluya Vsus. Sed nomini tuo da gloriam alleluya. Vsus Sit nomen domini iesu benedictum. R. Ex hoc. oratio Deus qui. Ad secundas vespe. aña Vocatũ est. psalmi qui ad primas vespe. aña

vespe. añ. dicantur per totas octa. ehim. Omnibus q. ℟. Hec autẽ scripta. Hymn⁹. Exultet cor ꝑze. ℣sus. Omnis terra. añ. Exurgens autẽ ioseph a somno fecit sicut preceperat ei angelus dñi ⁊ accepit coniugem suã: ⁊ non cognoscebat eã donec peperit filiũ suũ primogenitũ, ⁊ vocauit nomẽ eius iesum, alleluya alla. ps. Magni. oro. Deus q̃ glo. Nulla fiat me. in audiẽtia neqꝫ sub sil. nisi quãdo hoc fes. in sab. contig. tũc fiet me. de do. ⁊ de trini. sub sil. vel quando hoc fest. in do. contige. tunc fiat me. de do. Ubi tamen non celebratur hoc fes. nominis Jesu in hac die fiat plenũ serui. de sancto donato quacunqꝫ fer. extra do. cõtige. nisi comme. beate marie, aut fes. loci, vel alia similis cõme. hoc impedierit. Similiter fiat de alijs fest. iii. lectio. infra octa. huius fest. contingentibus vbi dicte octa. nõ celebrãtur cum regimi. chori. ¶ Sancti donati episcopi et mar. Cõm. Omnis pontifex. Oratio.

Deus tuorũ gloria sacerdotũ presta quesumus: vt sancti martyris tui donati atqꝫ pontificis cuius festa celebramus: sentiamus auxiliũ. Per do. Ad matu. iij. lecti. fiant cum inuita. simplex. Lectio. i.



Beatus donat⁹ nutritus a sancto pigmeneo presbytero in diuinis ⁊ humanis literꝫ eruditus est. Cũ quo iulian⁹ subdiaconus ordinatus reiecto gradu, ad imperiũ aspirauit. Qui beatũ pigmeneum rome in custodia tenens: patrem et matrem beati donati gladio occidit. Lectio. ij.

Donatus vero lector habitauit cũ hylario monacho seruiens deo orationibus ⁊ vigilijs. Defũctoqꝫ beato satyro episcopo: in locum eius donatus successit. Quo missã celebrãte: impellentibus paganis calix de manu dyaconi corruẽs confractus est. Quem vir dei donatus edicto crucis signo: in statum pristinũ reintegrauit. Lectio. iij.

Deniqꝫ tentus beatus donatus a quadraciano augusto: simulqꝫ cum illo beat⁹ hylarius iubetur sacrificare. Quibus renuẽtibus hylarius fustibus cesus spiritum exhalauit. Donatus vero ore eius lapidib⁹ cõtuso: in carcere recluditur. Ubi cũ dominus per eum multa miracula operaretur: gladio percussus est.

¶ Cetera de cõi vni⁹ mar. ¶ Secunda die ⁊ quotidie infra octa. nominis Jesu vbi celebrantur cum regi. chori quando fit serui de octa. nisi in do. hoc modo fiat serui. Ad matu. inuita. hymnus, añe, psalmi sicut in i. die ℣sus ⁊ ℟. secundũ ordinẽ noct. dicant. Ante lau. ℣. Adiutoriũ nostrũ. In lau. hec sola. añ. Uocatum est. ps consueti. cꝑ. hym. ⁊ ℣. sicut in i. die. Quotidie per octa. nisi in do. et in octa. die super Benedictus. et Magni. dicitur vna de quinqꝫ anis super ps. ad. i. vesp. per ordi. cũ frequenti repetitione earũdẽ. Similiter fiet ad me. de octa. quãdo de aliquo sancto infra octa. fit seruitio. cum ℣s. Omnis terra. ad vesp. et

et. Sit nomē dñi. ad matuti. me. de fes. in. lectio. contig. & de sancto laurentii post fes. ipsius celebratū. Ad primā et ad al. horas omnia fiant sicut in. i. die preterā super ps. Quicunqz. que erit. Te iure. et oratio. Dñe sancte pater. Ad vespe. omnia fiant sicut in. i. die preter. R. quod non dicetur & aña. super ps. Magnifi. que erit vt supradictū est. Completorium per totas octa. non mutabitur nisi quādo de aliquo sancto agitur: tunc enim fiat sicut in festo sancte trini. Si dies do. infra octa. cōtig. omnia fiant sicut inferius in serui. do. infra octa. sunt notata. ¶ Secunda die de cōstitutione nominis Jesu. Lectio prima.



Quoniā libet de cōsolationis plenitudine sacri nominis iesu diutius cōtemplando immorari: Videamus igitur de incomprehensibili huius sacratissimi nominis institutione: quib9 nempe litteris integratur: & fortassis non videbitur inutile, nec deerit deuotis venerabile sacramentum. Duabus ex syllabis iesus conficitur: paucis tamē litteris syllabe cōstituūtur. Sed quid in hac litterarū serie charissime qris: Audi. Si eni (vt ait saluator) oēs capilli vri nūerati sūt: quos nature ascribitis q̄tominus littere sub nūero pauco in quarū adunatiōe tāta copia plenitudinis sapiētie & scientie dei celi & terre & omniū q̄ in eis sunt inutilis consideratio putetur. Lectio. ii.

Gloriā prebuit viro in capillis: arbori in foliis. Nec est in obliuione eorū: quamto magis gloriam non dabit nomini suo in sacri nominis iesu litteris. In his duab9 syllabis latet totū quod querimus quod adhuc nescimus q̄d est vsqz iesus fiat omnia in omnib9. Opera enim dei perfecta sunt nec vnū iota aut vn9 apex preteribit donec omnia fiant: qz omnia numero pōdere & mensura fecit & statuit. Hui9 ergo nois integratio cū operis est dei vnū iota nō erit inane. Quare hec omnia dico: Quia littere hebreorū oēs pene interpretabiles sunt grece aut latine nō sic: neqz barbarorum littere. Sicut nempe diuinitatꝪ maiestas immensa dignatur sub exigua carnis massa latere: ita & inundās sue bonitas dulcedinꝪ paucis sub litteris signari: ad nostrū gaudiū meritum et premium. Lectio tertia.

Sacrum fratres audite mysteriū. Nostris mētis auribus resonet hoc nomen iesus benedictū: quod apud hebreos tribus litteris cōprehenditur cū titulo principium, vite exemplum conclusione & principium est conclusio. Iste principiū in die virtutis dei in splendoribus sanctorū, ante luciferum genitus, iste verbū in principio apud deum. Iste principium in quo creauit deus celū et terrā & omnia que in eis sunt. Iste est qui interrogātibus iudeis quis esset dixit principiū qui loquor vobis. Iste est conclusio et finis apud eos: in quos fines seculorum deuenerunt cum verbū dei principiū sit,

caro

caro finis hominū factum. Iste caput & finis: qui omnia morte cōclusit, cū dixerat: cōsummatū est. Bene hinc ait zacharias propheta. In die bus illis erit dn̄s unus et nomen eius verū. Memo. de sancto cyriaco, sociorūque eius martyrū. Oratio.

Deus q̄ nos annua beati cyriaci martyris tui sociorūque eius solēnitate letificas: cōcede propicius, ut quorū natalicia colimus virtutē quoque passionis imitemur. Per. Ad vesp. de sctō Romano fiat memo. cū hac aña. Dixit Roman9. V. Gloria & ho. oratio. Presta quesumus. quere in fest. eiusdē. Tamē ubi non fiunt octa. nominis iesu cū regimini chori tunc ad matuti. de sancto cyriaco sociisque eius: fiant. iii. lectio. cum inuitato. duplex. Lect. i.



Diocletianus augustus fecit cōprehēdi sanctū cyriacū Romane ecclesie diaconū cū aliis sanctis: et in custodia publica recludi. Ubi cum multo tempore positus esset: multas per eū dn̄s virtutes operabatur. Lectio. ii.

Eodē tēpore arthemia filia imperatoris a demonio vexabat: clamāte demone per os ei9. Nisi venerit cyriacus diacon9: nō exibo. Adduct9 cyriacus mūdauit eā q̄ mox in christū credidit: que baptizata est in dei seruitio permanens. Tu. Lecti. iii.

Mortuo diocleciano maximianus filius eius tenuit cyriacū & cōmendauit eū carpasio vicario suo. Ipse vero iussit picem liquari: & super caput cyriaci infundi. Post hec cyriacus in catasta suspensus fustibusque cesus cum aliis multis capite truncatus est. Quorum corpora marcellus papa sepeliuit. Cetera de cōmuni priorū marty. Sancti Romani marty. Ad vesp. sup ps. Mag. a. Dixit romanus ad beatū laurētiū: video ante te iuuenē pulcherrimū festina me baptizare. V. Glia. Oro.

Presta q̄s omp̄s deus ut qui beati romani martyris tui natalicia colimus: intercessiōe eius in tui nois amore roboremur. Per. Ad matu. de sctō Romano ubi non fiunt octa. nois iesu: cum regi. chori iii. lec. fiant cum noctur. propter vigil. totum serui. fiat de fest. usque ad missam que erit de vigi. Lectio. i.



Cum beatus laurentius fuisset a ministris decii cōprehensus: & eidem presentatus iussit eum decius in catasta extendi & torqueri. Qui dum torqueretur: subridens et gratias agens ait. Benedictus es domine qui nobis misericordiam quam meriti nō sumus prestitisti. Da nobis domine gratiam tuam ut cognoscāt omnes circunstantes: quia tu consolaris seruos tuos. Lectio. ii.

Eadem hora Romanus miles credidit christo per verba beati Laurentii: & ait illi. Video ante te iuuenem pulcherrimū cum lintheo extergentē membra tua. Quāobrem adiuro te per christum ne me derelinquas. Hoc audiens decius dixit.

Victi

victi sumus per artem magicam. Et iussit eum de catasta solui: et ypolito reddi. Tu autem. Lectio.iii. Ueniens autē romanus cū aqua misit se ad pedes beati laurentii: rogans vt baptizaretur. Quo facto: decius dixit. Exhibete eū fustibus Romanus vero non interrogatus cepit clamare: christianus sū. Tūc iussit decius: vt ipsa hora capite puniretur. Ductus igitur foras muros porte salarie decollatus est. Cuius corpus: iustinus sepeliuit. Cetera de communi vnius mar. Tamē vbi celebrantur octa. nominis iesu eum regimi. chori hac die fiet tantū memo. de sancto Romano: cū pleno seruitio de. iii. die infra octauas videlicet de sanctificatione nominis Jesu. Lectio. i.



Nostra rursum replicat gaudia ista festiuitas sancta: vt cuius anim9 minus reficillabat in beati nominis iesu interrogatione: iam adipe & pinguedine sanctificationis eiusdē repleatur anima eius: & labiis exultationis laudet nomen domini sanctū. Ipsa namq3 felix nominis interpretatio sic nos in eo sanctificat vt dignissima laude super omnia sanctificetur in nobis. Jesus vero: salus interpretatur. Et merito: quia domini est salus, et super populum suum benedictio eius. Lectio. ii

Iste est verbū quod misit deus et sanauit omnes de interitionibus suis. Si nobis est salus vt suo actū beato pariter sit nostri termin9 doloris: & per deitatē in gloria terminus felicitatis eterne. Caueamus igitur charissimi: ne sibi degeneres simus. Nempe sicut per bonos glorificatur: ita et per malos ad eius opprobrium & contemptū blasphematur iustus Jesus deus noster. Sanctificemus illū in nobis: vt et ille nos sanctificet in se. Qui nō sanctificat iesum: non sanctificabitur ab eo. Sanctificamus iesum in nobis: quando scientes eū sanctū timemus eū et sollicite vigilamus: ne forte violemus sanctitatem nominis eius per opera mala. Lec. iii

Spirat opera salutis: et exercet. Jesus interpretatur salutaris: nec sine merito. Clamem9 proinde singuli. Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte iram tuā a nobis. Si vero sanguis hircorū aut thaurorum et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificabat ad emundationē carnis peccatricis: q̄to magis sanguis christi quem pro nobis effudit abunde: qui et per spiritum sanctū semetipsum obtulit immaculatum deo patri emundabit sanctificabitq3 conscientiam nostram ad seruiendū deo viuenti: vt digne famulemur ei & repromissionem accipiant qui vocati sunt hereditatis eterne. Tu. Memo. de sancto Romano cū oratione supradicta. Hac die vespe. erunt de sancto Laurentio. Ad vespe. super psalmos feria. aña. Puer meus noli timere quia

ego

ego sum tecum si transieris per ignem, flamma non nocebit te. Psalmi feriales. Capitulum.

Qui parce seminat, parce et metet: et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. ℟. Beatus laurentius dixit. ℣. Gaudeo. Hymnus. Martyr dei. ℣. Dispersit dedit pauperibus. an. Beatus laurentius dū in craticula supra positus ureretur ad impijssimū tyrannū dixit assatum est, iam versa et manduca, nam facultates ecclesie quas requiris i celestes thesauros manus pauperū deportauerunt. ps. Magnificat. Oratio

Da nobis quesumus omnipotens deus: ut triumphū beati laurētij martyris tui, quē despectis ignibus consummauit in terris: perpetua celorū luce conspicuū digno fidei feruore veneremur. Per dominum. Memoria de octa. nominis Jesu solen. Tunc eat processio ad altare eiusdem cantando. ℟. Meruit esse. Vsus. Gloria et honore. Oratio. Da nobis quesumus omnipotens deus viciorum. quere in die eiusdem ad matutinas. In redeundo de sancta Maria.

¶ Quarta die de sancto laurentio. Ad matutinas inuita. Regem sempiternum pronis mentibus adoremus. Qui martyrē suum digne pro meritis coronauit laurentium. ps. Venite. Hym. Martyr dei. ¶ In primo noctur. ana. Quo progrederis sine filio pater: quo sacerdos sancte sine ministro properas. ps. Beatus vir. Vsus. Beatus laurentius dixit. añ. Noli me derelinquere pater sancte quia thesauros tuos iam expendi quos tradidisti michi. ps. Quare fremuerunt. Vsus. Quid in me ergo displicuit paternitati tue. aña. Non ego te desero fili, neqꝫ derelinquo: sed maiora tibi debentur pro fide Christi certamina. ps. Dñe quid. ℣. Beatus sixtus dixit. ℣. Gloria et honore. Lectio. i.



Post passionem beati sixti milites tenuerunt beatū laurentium et duxerunt eum ad deciū. Qui dixit ei. Ubi sunt thesauri ecclesie? Quo non respondente tradidit eum valeriano: dicens. Exquire thesauros et sacrificet dijs. Quod si noluerit diuersis eum penis interfice. Valerianus vero tradidit eum ypolito: qui misit eum in carcerem. Tu autem. ℟. Leuita Laurentius bonum opus operatus est: qui per signū crucis cecos illuminauit. Et thesauros ecclesie dedit pauperibus. Vsus Cum apud sedem gloriosissimi patriarche diaconatus fungeretur officio puritate innocentis vite fortissimeqꝫ mortis triumpho apostolico se consortio copulauit. Et the. Alius Vsus per hebdoma. quando fient medio lectio. de sancto Laurentio. versus. Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in seculum seculi. Et. Lectio. ij.

Beatus laurēti⁹ ponebat manus super oculos cecorum: et illuminabātur. Quod videns ypolitus

litus dixit. Ostende michi thesauros ecclesie. Cui laurentius ait. O ypolite, si credideris in christum: et thesauros tibi ostendo et vitã eternam promitto. Creditditq; ypolit⁹: cũ familia sua, & baptizatus est. ℟. Quo progrederis sine filio pr̃: quo sacerdos sctẽ sine dyacono properas. Tu nunq̃ sine ministro sacrificium offerre cõsueueras. ℣⁹. Quid in me ergo displicuit paternitati tue nunquid degenerẽ me pbasti: experire certe vterũ idoneũ ministrũ elegeris cui cõmisisti dñici corporis & sanguinis cõsecrationẽ. Tu. Lectio. iij.

Altera die fecit valerianus ypolitũ sibi presentare laurentiũ: & ait illi. Depone pertinaciã: & thesauros ecclesie manifesta. Beatus laurẽtius dixit. Da michi inducias biduo vel triduo: & proferam tibi thesauros. Ualerian⁹ dixit ad ypolitum. In tua pollicitatione: habeat triduo inducias. ℟. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuos iam expendi, non ego te desero fili neq; derelinquo. Sed maiora tibi debẽtur pro fide christi certamina. ℣. Nos quasi senes leuioris pugne cursum recipimus te quasi iuuenem magnũ gloriosior de tyranno triumphus expectat: post triduum me sequeris sacerdotem leuita. Sed maiora. Gloria patri. Sed maiora. ¶ In. ii. nocturno. aña. Beatus laurentius orabat dicẽs dñe iesu christe deus de deo miserere michi seruo tuo. ps. Cũ inuocarẽ. ℣. Quia accusatus nõ negaui nomẽ sanctũ tuũ: interrogat⁹ te christũ confessus sum. aña. Beat⁹ laurentius dixit mea nox obscurũ nõ habet: sed omnia i luce clarescũt ps. Uerba mea. ℣⁹. Quia ipse dñs nouit quia accusatus nõ negaui. ã. Dixit Romanus ad beatũ laurentiũ, video ante te iuuenẽ pulcherrimũ: festina me baptizare. ps. Dñe dñs noster. ℣sus. Afferens autem vrceũ cum aqua: misit se ad pedes eius. ℣sus. Posuisti. Lectio. iiij.

Tunc beatus laurentius collegit cecos & claudos debiles et pauperes: & abscondit eos in domo ypoliti. Elapsis vero tribus diebus beatus laurentius presentauit se decio cum multitudine collecta: dicens. Isti sunt thesauri eterni: qui nunq̃ minuuntur. ℟. Beatus laurẽtius clamauit & dixit, deũ meum colo: & illi soli seruio. Et ideo non timeo tormẽta tua. ℣⁹. Mea nox obscurũ nõ habet: sed omnia in luce clarescunt. Et ideo. Lectio. v.

Decius igitur furore plenus iussit eum expoliari et scorpionibus cedi: & laminibus ferreis ardẽtibus latera eius aduri & extẽsum in catasta plumbatis mactari. Sed sãctus martyr diuina gratia inflexibilis manebat: letusq; gratias agebat. ℟. Strinxerunt corporis membra: posita in craticula. Subiicientibus prunas insultat leuita christi: beate Laurenti martyr Christi intercede pro nobis. versus. Carnifices vero vrgentes ministrabant carbones subter cratem ferream. Subiicientibus prunas. Lectio sexta.

Post

Post omnia tormentorũ genera parata iussit decius lectum ferreum afferri in modũ craticule: et beatum laurentiũ ligatis manibus et pedibus expoliatũ super illum extendi. Qui ait. Ego me obtuli sacrificium deo in odorẽ suauitatis: quia sacrificium deo est spiritus contribulatus. Carnifices vero vrgentes ministrabant carbones subter cratem ferream ⁊ corpus beati laurentii furcis ferreis comprimebant. Qui eleuans oculos ad deciũ de craticula: dixit. Ecce miser assasti vnam partem: gira aliam ⁊ manduca: post hec beatus laurentius dixit. Gratias ago tibi dñe: quia ianuas tuas ingredi merui. Et hec dicẽs expirauit. Cuius corpus ypolitus ⁊ iustinus presbyter sepelierunt in via tyburtina. ℟. Beatus laurentius dixit. Ego me obtuli sacrificium deo. In odorem suauitatis. ℣. Gaudeo plane quia hostia christi effici merui. Ego. Gloria. In odorem. In iii. noctur. añ. Strinxerũt corporis membra posita super craticulam ministrantibus prunas insultat leuita christi. ps. In domino confi. ℣sus. Carnifices vero vrgentes ministrabant carbones subter cratem ferreã. añ. Igne me examinasti: ⁊ non est inuenta in me iniquitas. ps. Exaudi dñe iu. ℣sus. Probasti dñe cor meum ⁊ visitasti nocte. añ. Interrogatus te dñm confessus sum assat⁹ gratias ago. ps. Dñe in vir. ℣sus Gratias tibi ago domine iesu christe quia ianuas tuas ingredi merui. ℣sus. Iustus vt palma.

Secundum Johannem. xii.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Amẽ amẽ dico vobis. Nisi granũ frumenti cadens in terram mortuorum fuerit: ipsum solum manet. Si autẽ mortuum fuerit: multum fructum affert. Et reliqua. Omelia beati augustini. Lectio. vii.

Agnoscit fides vestra granum qđ cecidit in terram: ⁊ mortuum multiplicatũ est: agnoscit in ꝙ hoc granum fides vestra, quia ipsum habitat in mente vestra. Hoc enim quod de semetipso dixerat Jesus nullus ambigit christianus: sed plane illo grano mortuo et multiplicato multa grana sũt sparsa in terra, ex quibus est beatus laurentius. Cuius festiuitatem hodie celebramus. ℟. In craticula te deum nõ negaui, ⁊ ad ignem applicatus. Te dñm Jesum christum confessus sum. ℣. Accusatus non negaui nomen sanctũ tuum, interrogatus. Te. Lect. viii.

De illis autem granis sparsis toto orbe terrarum ꝙta pullulauerit seges videmus gaudentes sinus: si tamen et nos per illius gratiam ad horreũ pertinemus. Neqꝫ enim ad horreũ pertinet, quicquid de segete est. Eadem quippe pluuia vtilis nutritoria: et triticum pascit ⁊ paleam. Absit vt simul vtrũqꝫ in horreo condatur, vtrũqꝫ in agro nutriatur: et simul vtrumqꝫ in area trituretur. Nunc tempus est eligendi anteꝙ veniat ventilatio ⁊ fiat morum separatio, sicut

sicut in area granum adhuc mundatione discernitur, nondum ventilabro vltimo separante. ℟. Gaudeo plane quia hostia Christi effici merui: accusatus non negaui nomē sanctum tuū. Interrogatus te christum confessus sum: assatus gratias ago. ℣. Ego me obtuli sacrificium deo in odorem suauitatis. Interrogatus te. Lectio nona.

Audita grana sācta: que hic esse non dubio. Nam si dubito: granum sanctum non ero. Audite inquam me: immo audite primum granum per me. Non amet animas vestras in hoc seculo. Qui amat in hoc seculo animam suam: perdet eam. Granum loquitur: qđ mortuum multiplicatur loquitur audiatur: quia non mentitur: quod admonuit ipse fecit. Instruxit precepto: precessit exemplo. Non amauit Christus in hoc seculo animam suā: non amat beatus Laurentius in hoc seculo animam suam, quia si nō cuperet ad celorum palacia migrare: supplicia et incendia non toleraret. ℟. Meruit esse hostia christi leuita Laurentius qui dum assaretur non negauit dominū. Et ideo inuentus est sacrificium laudis. ℣. In craticula positus deum non negauit: ⁊ ad ignem applicatus christum confessus est. Et. Gloria. Et. Hoc sequens ℟m. scꝫ. Ypoli. non dicatur: nisi quando fes. sancti Ypoliti in do. euene. et tunc erit. vi. ℟m. nisi oc[...]e nomi[...]e iesu sint cum regimi. chori tunc medie lec. erunt de nomine Jesu. Ypolite si credideris in dominum Jesum Christum. Et thesauros tibi ostendo. Et vitā eternam promitto. ℣. Si dictis inquit facta recompenses: faciā quod hortaris: cui beatus Laurētius dixit, tu michi tantummodo prebe assensum. Et thesauros. Gloria. Et vitam. ℣. Dispersit. In laud. ān. Laurentius ingressus est martyr: et confessus est nomen domini Jesu Christi. ps. Dominus regnauit. ān. Laurentius bonum opus operatus est qui per signum crucis cecos illuminauit. ps. Jubilate. ān. Adhesit anima mea post te quia caro mea igne cremata est pro te deus meus. ps. Deus deus meus. ān. Misit dominus angelum suum et liberauit me de medio ignis: ⁊ non sum estuatus. ps. Benedictus. ān. Beatus Laurentius orabat dicēs gratias ago tibi domine quia ianuas tuas ingredi merui. ps Laudate. Cpm. Qui parce. Hymnus Deus tuorum. ℣. Justus germinabit ān. In craticula te deum non negaui et ad ignē applicatus te christum confessus sum: pbasti cor meum et visitasti nocte igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas. ps Beatus. Oratio.

Da nobis quesumus omnipotens deus vitiorum nostrorum flammas extiguere qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per do. Memo. de oct. Jesu solenniter. Ad primam. ān Laurentius ingressus ps Deus in nomine. Ad tertiam. ā Laurentius bonū. ps. Legem pone.

ne. Capm. Qui parce. ℟. et ℣. de cōi vni⁹ mar. Ad. vi. ān. Adhesit. p̄s. De fecit. Capitulū. ii. Corinthiorū. ix.

Potens autem est deus oēm gratiam abūdare facere in vobis: vt in omnibus semper omnē sufficientiam habentes, abūdetis in omne opus bonū: sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperib⁹, iusticia eius manet in seculum seculi. Ad nonam ān. Beatus laurentius p̄s. Mirabilia. Capitulum. ii. Corinthiorum. ix.

Qui autem administrat semen seminanti: ⁊ panem ad manducādum prestabit, ⁊ multiplicabit semē vestrū: ⁊ augebit incremēta frugum iusticie vestre. Ad. ii. vesp. de sancto laurentio. ān. Laurētius ingressus. p̄s. fer. Capm. Qui parce. hy⁹. Deus tuorū. ℣. Iustus germinabit. ā. Ueni desiderator bone veni: suscipiāt te angeli mei, quoniam assatus non negasti me probatus cōfessus es me p̄s. Magni. or. vt s̄. Memo. de octa. ⁊ de sancto tybur. ān. Inclitus martyr tyburtius cum nudatis plātis super prunas ardentes incederet, fabiano p efecto dixit: videtur michi q̄ sup o²seos flores incedā: in nomini dn̄i mei iesu xp̄i. ℣. Gloria ⁊ honore or.

Beati tyburtii nos domine foueant cōtinuata presidia: quia non desinis propicius intueri: quos talibus auxilijs cōcesseris adiuuari. Per. Deinde fiat memo. de octa. iesu vbi dicte octa. celebrantur cū regi. cho. cū pleno seruī. in crasti.

¶ Qui ita die infra predi. oct. fit de descriptione nominis iesu. Lctō. i.



Gaudia festi contēplantes beatissimi nominis iesu: descriptionem perscrutemur. Ad nostrā doctrinā mentisq̄ consolationem aduertendum esse arbitror nō ociosum quod sub legis figura preterite factum est quod nobiscum gratiose agitur in re: que in eternum est permansura. Legimus vtiq̄ apud hebreos: tetragramatō reuerentie et honoris nomen dei fuisse dignissimum: summi pontificis fonti superemi nens, atq̄ lamina aurea sculptum, Hoc litteris quattuor hebraicis scriptum sācti precinere patres magni esse mysterij Tetragramatō nanq̄ nostra in lingua sonat: iste est principium vite. Nec profecto hoc alind nomen venerabile iesus q̄ principium vite hoc est saluatorem esse christum iesum designare perhibetur. Lectio secunda.

Signatur ergo iure sub iesus nomie qd̄ in figura prefuit sub altero O nomē cūctis admirabile terribile peccatoribus, et peramabile iustis. Nec hoc latuit in somno iacob: qui cum scalam vidisset terram celosq̄ tangentem ait. O q̄ terribilis est locus iste. Sacrum mysterium innuens vt malis fieret terribilis: quos spiritu oris sui iterficeret, qui bonis venerat vt angelus consilij: et fieret pater futuri seculi xp̄s ies⁹ qui inibi natus est vbi scalam viderat iacob. Iesus igitur est scala celi: quia iesu scanditur celū. Signet in frōte mentis deuote: que anima iusti

iusti merito nuncupatur. Lectio.iii

Gaude igitur gaudio magno scul tifer iesu christi qui dum gurgite sa cto immergeris sacro inungeris chrysmate: atqz alta fronte crucis signo insignitus fueris totus in te describitur iesus. Impressus aie caracter indelebilis iesu nomē gra tiose importat. Hinc in apocalipsi scriptum est. Videbūt faciem eius: et nomen eius scriptum in fronti= tibus suis. Quod laminā auri typi ce gestabat in fronte pōtifex iā eter= naliter iustus quisqz sub noie gerit in ania. O gens sancta, genus ele= ctum, regale sacerdotium, populus acquisitionis: vobis credētibus ho nor et virtus vt virtutes eius iesu annūcietis de die in diem donec au feratur luna: quia de tenebris vos vo cauit in admirabile lumen nois sui et glorie. Mēo. de sctō tybur. et alia de. s. lau. ān. Laurētius ingres. qre in die sancti laurētii sup lau. ℣. Di spersit dedit paupe. or. vtś. Hac die ad vesͣ. memo. de sctō lau. ān. Puer meus. quere ad. i. vesͣ. sup pos ℣. et or. vtś. ¶ In fes. s. tybur. vbi nō ce lebrantur oct. iesu: ad matuti. inui= tatoriū dup. iii. lec. fiant. Lectio. i.

Beatus tyburtius erudi= tus est i fide christi a bea to sebastiano: et a policar po glrioso presbytero ba= ptizatus. Qui orationibus vacās quendam hominem de alto lapsum omnibus membris suis quassatis: dicta super vulnera eius oratione dominica et simbolo pristine resti= tuit sanitati. Lectio secunda.

Fabianus prefectus comprehen= dens tyburt um iussit ante pedes eius carbones ardentes effundi: et dixit ei. Thura diis in istis carboni bus adiice: aut nudis pedibus supe rincede. Lectio tertia.

Beatus tyburtius signum crucis faciens: nudis pedibus super eos ingressus est: dicens. Videtur mi= chi qp super roseos flores incedam in nomine dn̄i mei iesu christi. Ira tus fabianus iussit eum gladio feri ri. Ductus est itaqz in viam lauica nam: tertio miliario ab vrbe: fusaqz oratione ad deū vno ictu gladii ver beratus occubuit: et ibidē sepultus est. Ad matut. memo. de sctō laurē. ān. Laurētius ingres. quere in die sancti lauren. sup lau. ℣. Dispersit dedit paupe. or. Da nobis qs o. ℣.

Cetera de cōi vnius mart. Tamen vbi celebrantur octa. nois iesu cum regi. cho. de. sctō tybur. fiet tantum memo. ¶ Hac die vbi non cele. oct. nois iesu cū regi. cho. erunt vesp. de sācta maria: cum pleno seruit. in cra stino nisi do. fue. die tertia: ad quas vesp. fiat mēo. de sancto lauren. cū hac ān. Puer meus. quere in vigil. super psal. ℣. Dispersit dedit paupe ribus. Oratio vt supra. ¶ Tertia die ad matu. fiat mēo. de sancto lau rentio cum hac ā. In craticula. que re in. i. die super pm. Benedictus. ℣ Dispersit dedit. or. vt supra. Si di= es do. in tertia die: vel in die sancti ypoliti euenerit vbi non fiunt octa. nominis Iesu cum regimine chori fiant medie lectio. dē sancto lauren tio. Ceteris aūt diebus tm̄ memo.

 nisi

nisi in die assump. beate Marie tūc enim nulla fiat mēo. de sancto Lauren. ¶ In dominica vel in die sancti Ypoli. si do. fue. Lectio prima.

Eo tempore accepta potestate beatus Laurentius cepit per regiones curiose querere vbicūqz sancti clerici vel pauperes essēt abscōditi: & portans thesauros prout cuiqz opus erat: ministrabat. Qui veniens in montē celi: inuenit multitudinem christianorum in domo cyriace vidue. Tūc cepit lauare pedes eorū: et sanauit cyriacā a multis infirmitatibus capitis sui. Lc. ij.

Veniens etiam in vicum qui dicitur canarius: inuenit multos christianos in domo Marcelli christiani congregatos: et introiens cum lachrymis lauit pedes eorum, & dedit eis de thesauro quē beatus sixtus precipiens tradidit. Et in eadē domo aperuit oculos cuiusdam ceci nomine crescentij. Lectio tertia.

Tunc exiens inde beatus Laurētius: et deferens ea que necessaria erant sanctis venit in vico patrini in cripta nepotiana: et inuenit ibi animas sexagita tres promiscui sexus. Et itroiuit cum lachrymis ad eos dans pacem omnibus: et inuenit ibi presbytrum nomine iustinū qui fuerat ordinatus a beato sexto episcopo, et misit se ad pedes eius: et ceperunt se in pauimento ambo volutare: vt inuicē sibi pedes oscularentur. Ibiqz beatus Laurentius lauit omnium virorum pedes: et commendauit se beato Justino. R. de. j. noct. de sancto Lauren. ita tamē qz. vi. R. erit. O Ypolite. Tamen vbi celebrantur octa. iesu cum regimini chori tunc in. iii. die infra oct. sancti Lauren. fiat plenum serui. de. vi. die infra oc. iesu, vel de do. infra dictas oc. si cōtingat cum me. tantū de sancto Laurentio. ¶ Sexta die infra octa. Lectio prima.



Auida mēs hominum iesu dum scire semper appetit: cogimur inserere quomodo iesu amenissimum nomen prenunciatū est. Prophetā audi. Reuelabitur filius meus iesus: cum his qui cum eo iocundabūtur, et sequitur. Post paucos annos morietur filius meus iesus et conuertetur seculum. Lectio. ij.

Satis namqz ex affectu manifesta patet huius diuini oraculi prenunciata veritas. Quid manifestius apertius de illo prophetico vaticinio: In deo gaudebo et exultabo in deo iesu meo. Quem nascendum corporis non viderat oculo: longe nouit ex nomine pariter et re. Nam diuinus ille Esayas dicit. Ex vtero matris mee vocauit me noīe meo: vtiqz non alieno, quia iesus secundum carnē saluator appellatus est qui ab eterno saluator erat secundum diuinitatem. Lectio tertia.

A seculo non est ignotum sacrosanctum nomē iesu cum a tot tantisqz viris fidei testimonio dignis Prophetice ac mirifice prenunciatū est. Quam quam vero in veteri testamento nonnulli appellati sunt nomine iesus: vt iesus naue, qui iosue

dicebatur

dicebatur. Jesus sydrac, et iesus filius iosedech. Eorum tamen nullus futurus erat: qui saluum faceret populum suum a peccatis eorū. Tu. Mēo. de s. laure. ān. In craticula. quere in. i. die sup p̄. Bñd⁹. Hac die vespere erūt de sctō ypolito sociisq̄ ei⁹ mar. Sup p̄. ān. Sancti per fidem. pi. fer. cp. Justorū aie. ℟. Ex polia. hy⁹ Sanctorum meritis. ℣. Letamini. in. Gaudēt in celis. vel ān. Isti sunt sancti. ps. Magñ. or. Da q̄s. quere in festo eiusdē. Mēo. de oct. iesu. alia de sancto lauren. ℣. Ueni desideratoꝛ. quere in. i. die ad secundas ves. super p̄. Mag. ℣. Dispersit. oro vts. ¶ Septima die de s. ypolito ad matu. ix. lec. inuit. hy⁹. āe et ℣. de cōi pluri. mar. Tres pri. lec. de. i. noc. cōmunis hys. plurimo mar. Medie lec. de oct. iesu. ℣. et ℟ secundum ordinem noc. Lectio iiij

Triplici nomine deuote insignitum et prenūciatum saluatorem nostrum ex euangelio didicimus. Primo filius dei appellatur, secundo christus, tertio iesus. Uocatur etenim filius dei inq̄tum est de deo deus. Christus: quia homo a persona diuina q̄tum ad humanam naturam assumptus. Jesus: vt deus humanitati coniunctus. Lectio quinta.

Fratres igit charissimi qui i puluere estis: expergiscimini et laudate. Ecce dominus venit cū salute, venit cum vnguēto, venit cum gloria. Neq̄ enim sine salute venit iesus: neq̄ christus sine vnctione, neq̄ sine gloria venit filius dei. Ipse equidem salus, ipse vnctio, ipse gloria. Lectio sexta.

Deum et dominum nostrum Jesū christum his modis cognoscimus nomine: natura, natiuitate, potestate et professione. Hunc iesum saluatorem sancti predixerunt prophete: de eo testatur pater, de se ipse profitetur Apostoli predicant, religiosi credunt, demones confitentur, iudei negant: gentiles in passione cognoscūt. Obmutescat ergo omnis impietas: que filium dei iesum christum esse negat aut dubitat. Discedat impia gens iudaica que dei filium iesum christum incarnatū spernit et denegat. Accedas o aīa christiana. Confiteamur nomini sācto dñi: et gloriemur in laude iesu. Cui est honor et gloria: per infinita seculorum secula. Amen. Tres vltime lec. de proprietate sancti ypoliti sociorūq̄ eius cū propriis ℟. et lau. cū mēo. de noie iesu et de sancto laurentio. ān. Laurentius bonū. quere in lau. in. i. die. Ad primā super p̄ Quicunq̄. ān. Te inuo. ℣. Regi seculorum. Ad alias horas cetera sicut infra fest. notantur de eodem. ¶ Sancti ypoliti sociorūq̄ eius mar. vbi non celebrantur oct. nois iesu cum regi. cho. cum inde festum extra do. contige. Ad vespe. āe. et pi fer. Capitulum Justorum anime. et cet. de cōi pluri. mar. cū hac Oro.

Da quesumus oīpotens deus vt bti ypoliti martyris tui sociorūq̄ eius veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per. Memo. de sancto

laurētio. an. Ueni desiderator. quere ad. vēs. sup Mag. ℣. Dispersit. or. vts. Dicantur memo. consuete, scilicet de cruce, de sctā maria et de oibus sctis. Ad matut. inui. Mirabilē deū. ps. Venite. hy. Sctōrum meri. &c. ⁊ ōi de cōi plu. mar. dicant ℣. Letamini. iii. lc. sine regl. ch. l. vii

Post tertiū diē sepulture bti laurētii: milites tenētes sāctū ypolitū: perduxerūt eū ad deciū Cui deci⁹ ait. Nūquid ⁊ tu magus effect⁹ es: quia sepelisse corpus laurētii diceris: ypolitus dixit. Hoc feci: non quasi magus, sed quasi christianus. Deci⁹ irat⁹ iussit eū denudari: ⁊ lapidibus os eius tūdi. ypolitus dixit. Non me denudasti: sed magis vestisti. ℟. Beatus xpi martyr ypolitus dum baptismi gratiā accepisset a btō laurētio. Ponebat manus sup oculos cecor ⁊ illuminabant. ℣. Cecis illūinatis a sctō laurētio: ypolit⁹ credidit ⁊ pcipe meruit baptismi sacramētū. Pone. l. viii

Decius dixit. Sacrifica diis ne per tormēta moriaris sicut laurētius. ypolitus dixit. Exemplū merear fieri beati laurētii: quē tu miser ore polluto nominas. Tūc decius tradidit eū afflictū valeriano dicēs. Accipe oēs facultates ei⁹ ⁊ interfice eū. ℟. Requisit⁹ a decio sanctus ypolitus de corpore laurentii vt quid sepelisset. respōdens ypolitus dixit. Christianus ego sum et christi martyrem diligentes sepeliui. ℣. Mirum michi valde est vt quid ore polluto martyrem nominasti. Christi. Lectio nona.

Ualerianus igitur exquisita facultate sācti ypoliti: oēm familiā eius christianā ante conspectum suū fecit adduci. Inter quos nutricē ypoliti plūbatis cedi iussit, donec emitteret spiritum. Ceteros vero numero decem ⁊ nouem in cōspectu ypoliti fecit decollari. Beatū vero ypolitū pedibus eius ad colla equorū indomitorum ligatis: fecit per cardetū ⁊ tribulos trahi: donec emitteret spiritū: taliqz martyrio migrauit ad christum. Quorū corpora iustinus sepeliuit. Tu. ℟. Expoliauit veste ypolitum decius qua induebatur in habitu christiano: et dixit ei. Sacrifica diis ⁊ acquiesce preceptis nostris ⁊ viue. Et fruere militie palma. ℣. Cesar dixit ad ypolitum quomodo factus es insipiens vt nuditatē tuā nō erubescas: Sacrifica. Gloria. Et. ℣. Iusti autē in perpe. ¶ In laud. ān. Dixit cesar ad ypolitū, tu magus factus es: respondēs ypolitus dixit ad decium: non sum ego magus sed seruus sū dñi nostri iesu christi. ps. Dñs regna. ān. Dixit ypolitus ad decium, non me expoliasti, sed magis vestisti. ps. Iubilate. ān. Cesar dixit ad ypolitum. quomodo factus es insipiens vt nuditatem tuam non erubescas. ps. Deus deus meus. ān. Exemplum merear fieri laurentii beatissimi martyris. ps. Benedicite. ān. Tunc valerianus in conspectu ypoliti famulos illius martyrari precepit. ps. Laudate. cap. Iustorum aie. hy. Rex gloriose mar. ℣. Mirabilis deus. ān. Orauit sanctus

ctus ypolitus voce magna et dixit gratias tibi ago dñe mi iesu christe quia famulos meos in cospectu meo pati video. ps. Benedictus. or. Da qs ops deus. vts. Memo. de noie iesu vbi celebratur octa. Et memo. de scto laurentio. ã. Laurentius bo nũ. quere in lau. in. i. die. Deinde di catur memo. consuete. Ad primam ãn. Dixit cesar. Psalmus. Deus in nomine. aña. Gloria tibi tri. Psalmus. Quicunqz. Capitulum. Domine miserere. Ad tertiam. ãn. Dixit ypolitus. ps. Legem pone. Capitulum. R. et V. de communi pluri. marty. Ad sextam. ãn. Cesar dixit. ps. Defecit. Ad nonã. ãn. Tunc valerianus. ps. Mirabilia. Si fes. sancti ypoliti in do. eue. tota ferui. fiat de fes. et mẽo. de do. et de trini. et proces. ante crucem. Ad primas ves. super pos. ãn. Sancti per fidem. ps. fe ria cap. m. Iustorum anime. R. Expoliauit. Hymnus. Sanctorũ meritis. et vts. Ad matut. tres prime lect. cum suis R. iis. de. i. noctur. cõ munis hyst. pluri. marty. Et medie lec. de sancto laurentio: vbi non dicitur de octa. iesu. lect. iiii. Eo tempore. vts. cũ V. et R. de. i. noctur. ita temen qp vi. R. erit Hypolite. Vltime lectiones de proprietate sanctorum que habentur cum suis R. et laud. suprascriptis. Vespere in ipsa do. erũt de sancto ypolito sociorumqz eius. Ad secundas vesperas. ãn. Dixit cesar. ps. dominicales. Capitulum Iustorum anime. Hymnus. Rex gloriose. V. Mirabilis deus. ãn. Absterget deus. ps. Magnificat. Oratio. vts. Memo. de sancto eusebio, et de sancto laurentio: et de do. Si do. non fuerit dicũtur vesp. de sancto eusebio vt infra notatur in festo eiusdem. Si tres do. infra octa. contige. et vacaue. a fes. sancti laurentii et sancti ypoliti sociorũqz eius: hoc modo fiat ferui. Ad primas vesperas. ã. Vocatum est. Cetera omnia sicut in. i. die ad pri. vespe. preter R. quod nõ dicetur. Memo. de sancta tunc contingente: et alia de sancto laurentio. Si dies dominicus post festum sancti laurẽtii cõtige. deinde de domi. de trini. et procel. fiat ante crucem. Ad matutinas. Lectio prima.



Non latet vos dilectissimi deo et hominibus quomodo nouissimis diebus istis deus suam multiplicauit misericordiam: vt nobiscum gratiose magnificaret leticiam: qui non solum aduenit dominator dominus: sed qualis quantus ve fuerat ostendit: cum pie et mansuete manifestauit nomen suum coram hominibus. Crediderunt patriarche de christi futura incarnatione certificati patres fuere: quibus profecto hoc de quo agimus deuotum nomen manifeste non est reuelatum. Iacob christum incarnandum predixit. Non auferetur (inquit) sceptrum de iuda, et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est. Lectio secunda.

Hoc mirabile mysterium sed mirabilior dei bonitas vt gloriosum nomen iesu venerãdũ a nobis sua me

 diante

diante passione exaltetur quod pri us fuerat absconditum. Vocabulū istud iesu dulce et gloriosum omni adoratu cultuqꝫ dignissimū nomen super omne nomē quod non decuit ab hominibꝰ appellari neqꝫ ab eis afferri in mundum: sed ab excellen- tiori maioriqꝫ natura angelica. Ga briel ergo ad mariam ait. Ecce con cipies in utero et paries filium: et vocabis nomen eius iesū. Hoc nem pe nomen nouum quod os dñi non hominis nominauit. Lectio tertia.

Quamqꝫ enim legifer deo accepta tissimus moyses diuina oracula ac ceperat: ⁊ vt amicus ad amicum lo cutus est ei deus: tamen hoc venera bile nomen non vidit aperte. Petē- ti videre faciem eius ait. Non po- tes videre faciem meam et viuere: sed posteriora mea videbis. Popu- lus israel moyse signatus: incarna- tionem, circumcisionem, passionem ⁊ ascēsionem que dei posteriora ap- pellantur re et nomine vidit: quem ille in rubo, in anterioribus inuisi- bilis maiestatis non potuit cerne- re viuens. Noluit eius nomen no- sci ad salutis plenitudinem de ce- lis vsqꝫ dum nasceretur plenitudi- ne temporis, et nominaretur in ter ris. Lectio quarta.

In facie nominatur deus ego sum, in posterioribus iesus appellatur. Primum nomen ignoti dei ⁊ timo ris. Jesus nomen ab omnibus pre gustatū est et amoris. Jesus amor indicibilis, amor delectabilis, amor inextinguibilis. Jesus peccati a- bluit maculam, ne culpa coinqui- net, mentem sanctificat, ne reatus ad penam obliget: ad gloriam iusti ficat. Unde apostolus ait. Abluti estis, sanctificati estis, iustificati e- stis in nomine dñi nostri iesu chri- sti. Hoc ergo nomē domini quicūqꝫ inuocauerit saluus erit. Lectio. v.

Veneremur igiẗ hoc deuotissimū nomen et omnia quecunqꝫ facimus in verbo aut opere vt suadet aposto lus: in nomīe iesu faciamus. Quip pe bene erit omnibus inuocantibꝰ eum in veritate ⁊ volūtatem timē tium se faciet: ⁊ deprecationem eo- rum exaudiet iesus. Jesum beatꝰ ignacius sue passionis in agone in- uocauit ⁊ bene sibi erat. Bestias fe rocissimas, ardētissimos ignes, ac cetera genera tormentorum supe- rauit gloriosum memoriale vltra humanam estimationem corde suo inscriptum suscepit de manu domi ni iesu sempiternum. Namqꝫ corde particulatim scisso: litteris aureis inscriptus inuenitur Jesus: cuius ob mirabilem gratiam plures ve- nerantur eum fideles. Tu autem domine. Lectio sexta.

Dionysius atheniensis huius vir- tute nominis cecum illuminauit: euangeliste iohanni venenum non nocuit, dyane in nomine iesu tem- plum deiecit. Aristodemus intoxi- catos mortuos suscitauit. Claudū sedentem in porta petrus et iohan- nes erexerunt. Enee paralitico pe- trus gressum restaurauit. Ac tha- bitam viduam mortuam vite pri- stine reduxit viuam. Merito ergo colendum et venerandum est tam

efficax

efficax nomen : ad cuius virtutem gratiā et cōsolationem tot tātaq; cōsistunt miracula. Tu, Tres vltime lecti. de expo. euange. sicut in. i. die In lau. vna. ān. Mēo. de sancto tūc contingēte: et de sctō lau. si iste dies do. post fes. sancti lauren. eue. deinde de do. et de t. Ṽ. Verbo dñi. In oct. Ad. i. ves. sup p̄s. vna sola. ān. A solis ortus. Cetera oīa fiant sicut in. i. die. Mēo. de sctō ypolito sociisq; eius ān Absterget deus. Ṽ. Mirabilis deus. oro. vts. Deinde fiat memor. de sancto eusebio. ān. Confessor dñi. Ṽ. Amauit eum. Oratio. Deus qui nos. quere in fes. eiusdem Memo. de sancto lauren. ān. Adhesit. Ṽ. et or. vt supra. Lectio. i.

Confitentibus hoc saluti ferum Jesu nomē coram hominibus: copiosa merces repromittitur in celis Veneremur igitur inuocando: inuocemus confitendo, et confiteamur nomini sācto eius qm̄ bonum est. Quoniam qui confitetur: confitebitur a dño Jesu christo corā deo patre et angelis, non in terra sed in celis. O vere beata confessio hominis: sed felicissima iesu filij virginis Illa confessio morientis et merentis in via. Ista in eternū viuentis atq; premiantis in patria. Illa laudis, ista retributionis. Illa in peregrinatione : ista in btā quiete. Lc. ii. Corde simul et voce iesum veneraree ope ne detractes: quia qui ore aut opere iesum negat: fidem negat et est infideli deterior. Nec quisq; de fide iesu requisitus, celare habet nomen hoc gloriosissimum. Qui enim pro nomine iesu mori paratum non se inuenerit: nec se nouerit fore christianum. Pauli vt testātur miracula amputato capite : palpitans lingua ter iesum cōfessus est, ad cuius nominis confessionem tres fontes vbi languidi et infirmi sanātur mirū immodū eruperunt. Lectō. iii. Saulus audita voce hac: ego sum iesus quē tu persequeris: cecus cecidit ab anania: in iesu nomine baptizatur, atq; a suis oculis squamis cadentibus illuminatur. Gaudeamus igitur euangelizando hoc dulce nomē vt ab ipso laudemur, et vasa glorie cū paulo sim9 electa. Unde scriptum est. Vas electiōis est michi vt portet nomen meū corā regib9 Hoc deuotissimum nomē fratres mente honoremus duz cogitatur, voce dū auditur, verbo dum enunciat, oratione dum legitur inspirata visiōe aut scriptura dum videt: quia profecto omnibus his modis esse habet iesus. Medie lec. de sancto eusebio sicut in festo eiusdem. Secundum Lucam secundo. Lectio septima.

In illo tempore, Postq; consummati sunt dies octo vt circuncideret puer: vocatū est nomen eius iesus. Et reliqua, Omelia de diuersis tractatibus.

Neq; enim querere est christianis cur voluerit dñs circūcidi: propter quid circuncisus est, propter quid passus, propter quid tali ac tāto nomine vocatus. Nichil horum propter se sed omnia pp̄ter electos: omnia propter delicta nostra. Quod voca=

vocatū est (inquit) ab āgelo priusq̄ in vtero conciperet. Uocatū plane non impositum: nempe hoc nomen ei est ab eterno. A natura ppria habet: vt sit saluator. Innatum est ei hoc nomen nō inditum ab humana vel angelica creatura. Lectio. viii.

Sed quid dicimus q̄ egregius ille propheta hunc ipsum petrum multis nominibus appellandum fore predicens hoc vnum tacuisse videtur q̄ solum vt premonuit angelus vt testatur euāgelista vocatum est nomē eius iesus? Exultauit esayas vt videret hunc diem & vidit: & gauisus est. Deniq̄ et loquebat gratulabundus: et laudans deū. Puer natus est nobis: et filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius: & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius: deus fortis, pater futuri seculi: princeps pacis. Magna quidē nomina: sed vbi est nomen quod est super omne nomen? Jesum quo omne genu flectatur: forte in his omnibus vnum illud inuenies, sed expressum quodāmodo & effusum. Nempe ipsum est de quo sponsa in cātico amoris. Oleum (inquit) effusū nomē tuū. Lc. ix.

Habes vnum in his omnibus appellationibus iesum: nec omnino, aut vocari posset aut esse saluator si forte horum quippiam defecisset. Nunquid non vere admirabilem eum sumus singuli experti in mutatione vtiq̄ naturarum? Hoc nempe est saluationis nostre principiū: cuius incipimus respuere quod diligebamus dolere vnde letabamur: amplecti quod timebamus et sequi quod fugiebamus: optare quod cōtēnebam⁹. Admirabilis plane qui hec operatur mirabilia: sed nichilominus et consiliarum sese exhibeat necesse est in electione: penitentie & vite ordinatione: ne forte sit nobis absq̄ scientia zelus vbi tanti boni prudentia desit. Sane opus est deum quoq̄ probemus in remissione videlicet peccatorum: quia nec sine hac salus nobis constare potest, et nemo potest dimittere peccata nisi solus deus. ¶ Sancti eusebii pbri & confes. Ad ves. āe & ps feria. cpm. Justum deduxit. Hy⁹. Iste confessor. ℣. Amauit. an. Confessor domini ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui nos beati eusebii confessoris tui annua solennitate letificas: concede propicius: vt cuius natalicia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per do. Memo. de sancto laurentio. an. Adhesit. quere in. i. die in laudib⁹. Deinde dicatur memo. consuete. Ad matutī. iii. lect. cum noctur. propter vigi. Lectio prima.



Tempore eo quo liberius de exilio reuocatus fuerat a constantio augusto heretico: vt vna communione contaminaret plebem. Eusebius presbyter vrbis rome cepit declarare liberium hereticum: et amicum constantii. Quo facto occupatur ecclesie a liberio. Eiicitur felix de episcopatu: subrogatur liberius et tenetur eusebius. R. Euge serue. Lectio secunda.

Post hec cõstantius imperator aggreditur cum liberio eusebium presbyterum dicens. Tu solus christianus es in urbe roma. Eusebius dixit. Sic cõfidimus in domino: quia nos fidelis inuenit christus. Sicut ꝛ baptizati sumus et benedictionẽ seruauimus quam a beato iulio accepimus. ℟. Iustus ger. Lectio. iii

Liberius dixit. Et nos cuius fungimur vice. Nonne anterioris nostri. Eusebius dixit. Ita esses si perseuerasses in fide quam in persecutione primo tenere visus fueras. Iratus constãtius subrogatu liberii iclusit eusebium in quoddam cubiculo domus sue: habens in latitudine quatuor pedes vbi constanter in oratione perseuerans post septẽ menses ibidem dormitationem accepit decimonono kalendas septẽbris. Corpus vero eius gregorius ꝛ orosius presbiteri collegerunt, et sepelierunt in cymiterio calixti iuxta corpus beati sixti episcopi ꝛ martyris. ℟. Iurauit dominus. ℣. Iustus vt pal. In lau. hec sola. ãn. Iustum deduxit. minor ps. Dñs reg. Capl̃m. Iustus cor suum. Hy⁹. ꝛc. vnius confes. ꝛ ponti. or. vts. Memo. de sancto laurentio. ãn. Misit dñs. quere in. i. die in laud. Deinde dicantur memorie. consue. Ad. i. ãn. Iustum deduxit. ps. Deus in noĩe Ad. iii. cpm. Iustũ dedu. Ad. vi. cps Custodiuit. Ad. ix. Capl̃m. Sapĩna vin. Cetera oĩa de cõi vni⁹ cõfes. et ponti. cũ oĩone supradicta fiãt vsqȝ ad mis. q̃ erit de vigi. ¶ In vigilia assũptiõis btẽ marie virgi. ad. i. vs sup ps. ãn. Tota pulchra es amica mea ꝛ macula nõ est in te fauus distillãs labia tua mel ꝛ lac sub lingua tua: odor vnguẽtorũ tuorũ sup omnia aromata, iam enim hyems transiit imber abiit et recessit: flores apparuerunt vinee florẽtes odorem dederunt et vox turturis audita est in terra nostra: surge propera amica mea veni de libano, veni coronaberis. ps Laudate pue. ãn. Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est quesiui ꝛ non inueni illum: vocaui ꝛ non respondit michi, inuenerunt me custodes ciuitatis: percusserunt me et vulnerauerunt me tulerunt pallium meũ custodes murorũ filie hierl̃m nũciate dilecto, q2 amore langueo. ps Laud dñm oẽs gẽ. ãn. Qualis est dilect⁹ me⁹ ex dilectis o pulcherrima mulierũ amicus me⁹ cãdid⁹ ꝛ rubicũd⁹ elect⁹ ex milib⁹: leua ei⁹ sub capite meo ꝛ dextera illi⁹ ãplexabit me. ps Lauda aia. ã. Talis est dilect⁹ me⁹ ꝛ ipse est amic⁹ me⁹ filie hierl̃z ps. Lau. do. qm̃. ãn. Descẽdi in ortũ meũ vt viderẽ poma conuallium ꝛ ispicerẽ si floruissẽt vinee ꝛ germinassẽt mala punica: reuertere reuertere sunamitis, reuertere reuertere vt in tueamur te. ps. Lauda hierl̃z. cp

In omnibus requiem quesiui ꝛ in hereditate domini morabor tunc precepit ꝛ dixit michi creator omnium: et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. ℟m. Super salutem. Hymnus.

O q̃ gloriosa luce coruscas stirpis dauitice regia proles sublimis

limis residens virgo maria super
celigenas etheris omnes.
Tu cũ virgineo mater honore an=
gelorum domio pectoris aulam sa
cris visceribus casta parasti, natus
hinc deus est corpore christus:
Quem cunctus venerans orbis a=
dorat cui nunc rite genu flectitur
omne a quo nos petimus te venien
te abiectis tenebris gaudia lucis.
Hoc largire pr̄ luminis oĩs natus
per proprium flamie sacro q̄ tecum
nitida viuit in ethera regnans ac
moderans secula cuncta amen. ℣.
Exaltata es sctã. ãn. Ascendit chri-
stus sup celos ⁊ preparauit sue ca=
stissime matri immortalitatis locũ
⁊ hec est illa preclara festiuitas om
nium sanctorum festiuitatibus in=
cõparabilis, in qua gloriosa ⁊ felix
mirantibus celestis curie ordinib⁹
ad ethereum puenit thalamũ quo
pia sui memorum immemor nequa
q̄ existit. p̄s Magni. Oratio.
Deus qui virginalem aulã
beate marie in qua habita=
res eligere dignatus es: da quesu=
mus vt sua nos defensione muni=
tos iocundos faciat sue interesse fe=
stiuitati. Qui vi. Mẽo. de oct. iesu.
ãn. Exurgens autẽ. ℣. Ois terra.
or. vts. Sãcta maria virgo inter=
cede pro toto mundo: quia genuisti
regem orbis. p̄s. Cũ inuocarẽ. cpz.
Tu in no. hy⁹. Saluator. ℣. Custo
di nos. ãn. Glorificamus te. p̄. Nũc
dimit. Hoc ꝯple. d̄r quotidie per oc.
Ad matutinas Inuitatorium. Ve
nite adoremus regem regum Cu=
ius ad ethereum virgo assumpta
est celum. p̄s. Venite. Hymnus.
Quem terra. In primo nocturno.
ãn. Ecce tu pulchra es amica mea
ecce tu pulchra oculi tui columba=
rum. p̄s Dñe dñs noster. ãn. Si=
cut liliũ inter spinas: sic amica mea
inter filias. p̄s Celi enarrant. ãn.
Fauus distillans labia tua sponsa
et odor vestimentorum tuorum si=
cut odor thuris. p̄s Domini est ter
ra. ℣. Sancta dei genitrix virgo
semper maria. Lectio prima.
Cogitis me o paula ⁊ eustochi
um: immo charitas christi me
cõpellit vt exhortationis gra=
tia sermonem faciam de assumptio
ne beate virginis marie: vt habeat
sanctum collegium vestrum in die
solẽnitatis munus latini sermonis
in quo discat infantia vestra tene=
ra lactis experiri dulcedinem: ⁊ de
exiguis eximia cogitare, vt fauen=
te deo per singulos annos tota hec
dies expendatur in laudem et cum
gaudio celebretur. Ne forte si vene
rit in manibus vestris illud apocri
phum de transitu huius beate vir=
ginis dubia pro certis recipiatis
quod multi latinorum pietatis a=
more studio legendi carius amplec=
tur: precipue cum de his nichil ali=
ud expiri possit nisi q̄ hodierna die
gloriosa virgo migrauit a corpore.
℟. Vidi speciosam sicut columbam
descendentem desuper riuos aqua
rum cuius inestimabilis odor erat
nimis in vestimentis eius. Et si=
cut dies verni circundabant eam
flores rosarum et lilia conuallium.
Versus. Que est ista que ascendit
per

per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe et thuris. Et sicut dies. Lectio secunda.

Monstratur autem sepulchrū eius cernētibus nobis usqȝ ad presens in vallis Josaphat medio: que vallis est inter montē Syon, et montem Oliueti posita: quā et tu o Paula oculis aspexisti ubi i honore eius fabricata est ecclesia miro lapideo tabulatu in qua sepulta fuisse ut scire potestis ab omnibus ibidem predicatur: sed nūc vacuum esse ostendetur cernentibus. ℟. Que est ista que processit sicut sol et formosa tanquam Hierusalē. Viderunt eam filie Syon: et beatam dixerunt & regimine laudauerunt eam. ℣. Sicut dies verni circundabant eam flores rosarum et lilia conuallium. Viderunt. Lc.iij.

Hec id circo dixeri: quia multi nostrorum dubitant utrū fuerit simul cum corpore assumpta: an obierit relicto corpore quomodo autem aut quo tempore aut a quibus personis sanctissimum corpus eius inde ablatum fuerit vel ubi transpositum utrum ve resurrexerit nescitur: quamuis nonnulli astruere velint eam iam resuscitatam & beata cum Christo immortalitate in celestibus vestiri. ℟. Ista est speciosa inter filias Hierusalem sicut vidistis eam plenam charitate et dilectione. In cubilibus et in ortis aromatum. ℣. Ista est que ascendit de deserto deliciis affluens. In cubi. Gloria. In cubi. ¶ In.ii.noc. añ. Emissiones tue paradisus malorū punicorum cum pomorum fructibus. ps. Eructauit. añ. Fons ortorum, puteus aquarum viuentium que fluunt impetu de Libano. ps. Deus noster refugium. añ. Venit dilectus meus i ortum suum ut comedat fructum pomorum suorum. ps. Fundamenta. ℣sus. Post partum. Lectio quarta.

Beatum quoqȝ Johannē Euangelistā huius beate virginis ministrum resurrexisse plurimi asseuerāt: qȝ in sepulchro eius (ut fertur) non nisi manna inuenitur. Sed quid horum verius censeatur ambigimus. Melius tamen deo totum cui nichil impossibile est committim⁹: quam aliquid temere diffinire velimus auctoritate nostra quod non probamus. ℟. Ornatam monilibus filiam Hierusalem dominus concupiuit. Et videntes eam filie Syon: beatissimam predicauerunt dicentes vnguentū effusum nomen tuum. ℣. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circundata varietate. Et videntes eam. Lectio quinta.

De his quoqȝ quos cum domino (teste euangelio) resurrexisse credimus: utrum vero redierint in terre puluerem certum nō habem⁹, nisi ꝙ legimus quia multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt cum Christo: et venerunt in sanctam ciuitatem hierusalem: et apparuerūt multis. De quibus non nulli doctores senserūt etiā et in suis reliquerunt scriptis: ꝙ iam in illis perpetua sit completa

ta resurrectio. Fatentur enim q˜ veri testes non essent: nisi et vera esset eorum resurrectio. Rz. Sicut cedrus exaltata sum in libano: et sicut cypressus in monte syon quasi myrrha electa Dedi suauitatē odoris. V. Sicut cynamomum et balsamū aromatizans. Dedi. Lectio sexta.

Unde et beatus petrus dixisse legitur cum de dauid loqueretur in testimonium. Et sepulchrum (inquit) eius apud nos est. Quasi non sit ausus dicere q˜ ipse aut corpus eius apud nos est: sed tā tum sepulchrum quo conditus fuerat. Hinc aiunt resurrexisse, et ipsū cum ceteris sanctis: et ideo vacuum remansisse monumentum vti nunc beate marie cernitur. Rz. Super salutem et omnem pulchritudinem dilecta es a dn̄o: et regina celorum vocari digna es. Gaudent chori angelorum. Consortes et conciues nostri. V. Valde te nos oportet venerari: que tam sancta et intacta es virgo. Gaudent. Gloria. Cōsortes.

In .iii. noctur. ā. Ueni in ortum meum soror mea spōsa: messui myrrham meam cum aromatib⁹ meis. ps. Cantate. ān. Comedi fauum cum melle meo bibi vinum meum cum lacte meo. ps. Dn̄s reg. exul. ā. Surge aquilo et veni auster: perfla ortum meum et fluent aromata illius. ps. Cantate .ii. V. Speciosa facta. Tres vltime lectio. legantur in cap. fericis. Secūdum lucam. x.

In illo tp̄e. Intrauit iesus in quoddam castellū: et mulier quedam martha nomine, excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine maria: que etiam sedens secus pedes domini: audiebat verbum illius. Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbyteri. Lc. vii.

Adueniens cōditor mundi pro redemptione generis humani cū diues esset pauper pro nobis fieri voluit: vt sua paupertate nos diuites faceret. Qui etiam de sinu patris descendēs tantū pro nobis humiliari dignatus est: vt propriam domum nō haberet, vbi caput reclinaret. Rz. Quam pulchra es amica mea: q˜ pulchra es et decora oculi tui columbarū. Absq; eo q˜ intrinsecus latet. V. Sicut vitta coccinea labia tua: et eloquiū tuū dulce. Absq;. Lc. viii.

Qui conceptus est de spū sancto intra vterū virginis vt deus: sed natus humiliter vt homo De cuius ortu psalmista loquitur. Etenim dn̄s dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum Dn̄s nempe dabit benignitatem: quādo genus humanū a reatu prime preuaricationis per vnigenitū suum liberare disposuit. Siue certe dedit benignitatem: quia eius ingressu virginalis vteri templū spiritus sancti gratia cōsecrauit. Terra autem nostra dedit fructū suum: quia eadē virgo que de adā corpus assumpserat filium genuit: diuinitate quidem deo pr̄i coequalem, sed sibi carnis veritate cōsubstantialē. Rz. Beata es virgo maria dei genitrix que credidisti dn̄o: perfecta sunt in te que dicta sunt tibi. Ecce exaltata es super choros angelorum, in

tercede pro nobis ad dominum ie-sum christum. V. Benedicta et ve-nerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater sal uatoris. Ecce exaltata es super cho ros.

Lectio nona

Cum ergo pergeret dñs per ciuitates et castella atq3 vi-cos euangelium regni annunciãdo intrauit bethaniam vbi erat dom9 marthe et marie: vbi etiam domi-nus quatridnanum lazarum fra-trẽ earum resuscitauit a mortuis. Martha ergo accepit eum in domũ suam. Illi nimirum ministratura in mundo: cui angeli ministrant in celo. Felices illi: qui dominum in domum suam suscipere meruerũt. Illi quoq3 dominum in domum su am recipiunt: qui fideliter eius pre cepta audiunt libentiusq3 opere ad implent. R. Felix namq3 es sacra virgo maria: & oĩ laude dignissima Q2 ex te ortus est sol iusticie. Chri stus deus noster. V. Ora pro popu-lo, interueni pro clero, itercede pro deuoto femineo sexu: sentiant oẽs tuum leuamen quicunq3 celebrant tuam assumptionem. Quia. Glo-ria. Christus. Per octa. R. Beatã me dicent oẽs generationes. Quia fecit michi dñs magna qui potens est. Et sanctum nomẽ eius. V. Ma-gnificat anima mea dominum, et exultauit spũs meus in deo saluta-ri meo. Quia. Gloria. Et V. Exal-tata est sancta dei genitrix. In lau. ãn. Assũpta est maria in celũ gau dent angeli laudantes benedicunt dominum. ps. Dñs regnauit. an. Ma-ria virgo assumpta est ad ethereum thalamum: in quo rex regum stella to sedet solio. ps. Jubilate. ãn. In odorem vnguentorum tuorum cur rimus adolescentule dilexerunt te nimis. ps. Deus deus meus. ã. Be nedicta a filio tuo dña: quia per te fructum vite cõmunicauimus. ps. Benedictus. ãn. Pulchra es et de-cora filia hierusalẽ terribilis vt ca-strorum acies ordinata. ps. Laud. Capitulum. In omnibus requiem Hymnus. O gloriosa femina. V9. Elegit eam. ãn. Que est ista que a-scendit sicut aurora consurgẽs: pul chra vt luna, electa vt sol: terribilis vt castrorum acies ordinata. ps. Be nedictus.

Oratio.

Veneranda nobis domine huius diei festiuitas opem conferat sempiternam: in qua san-cta dei genitrix mortem subijt tem poralem, nec tamen mortis nexi-bus deprimi potuit: que filium tu-um dominum nostrum de se genuit incarnatum. Qui tecum. Ad pri-mam. ãn. Assumpta est. Psalmus. Deus in nomine. Ad tertiam. ãn. Maria virgo. Psalmus. Legem pone. Capitulum. In omnibus. R̃m. Sancta dei genitrix. Vsus. Post partum. Oratio. Veneran-da. Ad sextam. ãn. In odorem. ps. Defecit.

Capitulum.

Et sic in syon firmata sum: & in ciuitate sanctificata simi-liter requieui: et in hierusalem po-testas mea. R̃m. Post partum. V9. Speciosa facta es & suauis. Ora-tio. Veneranda. Ad nonam. Añã. Pul-

Pulchra es. ps Mirabilia. Capitulum. Eccle. xxiiij.

Et radicaui in populo honorificato et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum detentio mea. ℞. Speciosa facta. ℣. Elegit eam. Ueneráda. Supradictus ordo horarum seruetur quotidie per octa. Ad .ii. vesperas. ân. Assumpta est. Psalmi Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir. De pfundis. Memento. Idem psalmi cum predicta ân dicantur singulis diebus ad vš per octa. Cpm In omnibus. ℞m. Candida virginitas paradisi cara colonis: ortus conclusus florenti cespite vernãs. Cui merito mundus celebrat. Preconia totus. ℣. Que meruit dominum progenerare suum. Cui. Gloria. Preconia. Pro hym. dicantur. Sequentia.

Letabundus, exultet fidelis chor⁹: alla. Regẽ regũ, itacte pfudit thor⁹: res mirãda Angel⁹ ꝯsilii nat⁹ est ꝟgie: sol de stella

Sol occasum nesciens: stella semper rutilans, semper clara.

Sicut sydus radium, profert virgo filium: pari forma.

Neqꝫ sydus radio, neqꝫ mater filio: fit corrupta.

Cedrus alta libani, conformatur ysopo: valle nostra.

Uerbum ens altissimi, corporari passum est: carne sumpta.

Ysayas cecinit synagoga meminit nunquam tamen desinit esse ceca.

Si non suis vatibus, credat vel Gentilibus, sibillinis versibus hec predicta.

In felix propera.

Crede vel vetera.

Cur damnaberis gens misera.

Quem docet littera.

Natum considera.

Ipsum genuit puerpera. Amen.

℣ Exaltate es. ân. Hodie Maria virgo celos ascendit: gaudete quia cum Christo regnat in eternum. p̃s Magnificat. Oratio. Ueneranda. Quotidie per octa. dicitur comple. sicut ad primas vesperas. ¶ Quotidie infra octa. nisi in do hoc modo fiant serui. Ad matut. inuitatoriũ. In honore beatissime Marie virginis. Jubilemus domino. ps Uenite. Hymnus Quem terra. ¶ In primis ân. Exaltata es sancta dei genitrix semper choros angelorũ ad celestia regna. ps Domine dominus noster. ân. Sicut myrrha. ps Celi enarrant. â. Paradisi porte p te nobis aperte sunt: quas hodie gloriosa cum angelis triũphas. ps Domĩi est terra. â. Specie tua. ps. Eructauit. ân. Adiuuabit. ps. Deus noster. ân. Sicut letantium. ps. Fundamenta. ân. Gaude Maria. ps Cantate. i. ân. Dignare me. ps. Dominus regnauit exult. ân. Post partum. ps. Cantate. ii. ℣. Sancta dei genitrix. Lectio. j.

Si queratur post ascensionem domini quid egerit beata virgo Maria: vnũ pro certo est ꝙ virgo sancta corpore et mente permãsit: quam sane angelus Gabriel acsi celestis paranymphus intactam custodiuit,

custodivit, et Johannes apostolus et Euangelista cui christus eam de cruce commisit virgo virginem servavit: suisque ei deservavit obsequiis. ℟. iii. de primo nocturno hystorie dicuntur. Lectio secunda.

Non quod eximius ille chorus Apostolorum eam deseruerit: inter quos post resurrectionem intrans et exiens familiarius contulit de christi incarnatione: tanto siquidem verius quanto ab initio plenius per spiritum sanctum cuncta didicerat et perspexerat oculis vniuersa: licet et apostoli per eundem spiritum sanctum omnia cognouerint et in omnem edocti peruenerint veritatem. ℟. iii

Hanc sane beatam virginem et si omnes venerati sunt discipuli eique famularentur officio dilectionis: Johannes tamen amplius et specialius vsque ad finem vite qui sibi commissam accepit in suam quasi matrem filius cui magister de cruce mulier, ecce inquit filius tuus ampliori sollicitudine famulabat. ℣. Exaltata. Iste ℣. dicatur quotidie ante laud. In laud. hec sola. an. Assumpta est. ps. Dominus regna. Cpm. In omnibus. Hymnus. O gloriosa femi. ℣. Elegit. an. Virgo prudentissima quo pgrederis quasi aurora valde rutilans filia Syon tota formosa et suauis es pulchra vt luna, electa vt sol. ps. Benedictus. oratio vt supra. Quando dies do. in. ii. die contige. tunc hec predicta an. Virgo pru. in die. iii. dicetur super Benedictus. Oratio. Veneranda. Meo. de sancto Lauren.

an. Beatus Laurentius orabat. require hanc an. in laud. que est. v. ℣. Oratio vt supra. Nulla die per octa. flant me. de cruce. nec de omnibus sanctis, quia octa. sunt cum regimini chori. Ad. i. an. Assumpta est. ps. Deus in nomine. an. Te inte. ps. Quecunque. Ad iii. et ad alias ho. ae. cp. ℟. et ℣. sicut in. i. die dicantur sillo et orationes. Ad vs. a. Assumpta est. ps. Dixit dominus. Cpm. In omnibus. Hymnus. O quam glorifi. ℣. Exaltata. Qualis est. p. Magnificat. Oratio. Veneranda. Eode modo dicuntur vesp. quotidie infra octa. cum aliis ais super p. Magnificat. que mutantur. Memo. de sancto Lauren. ana. Beatus Laurentius dum in crati. vt supra ad primam ves. sup ps. Magnificat. ℣. Dispersit. Oro.

Beati Laurentii nos domine faciat passio veneranda letantes: et vt eam sufficienter recolamus: efficiat promptiores. Per.

Die tertia ℣. Saancta dei ge. lec. i.



Non enim pudicissima virginitas alicui discipulo rectius quam virgini commendatur vt esset inuicem grata societas et floridus aspectus: necnon et venustus conuersandi vultus vernans alternatim pudicitiarum splendore decoratus. ℟. de secunda nocturno. Lectio ii.

Vna siquidem virtus virginitatis in ambobus: sed altera proportio in maria. Altera siquidem quia fecundior: sed ipsa virgo, sed altera quia et si ipsa eadem tamen incorruptio:

 tamen

tamen: fecunditas integritatis lõge gloriosior q virginitas. Lectio tertia.

Idcirco et fecunditas in illa tota dei ficata est et virginitas. Alioqui nusquam secundum naturam nascendi virginitas vbi fecunditas p dicatur, neq fecunditas vbi virginitas integra conseruatur. an. Talis est. p. Benedictus. Meo. de scto Laurentio. an. In craticula. vts. i. die super Benedictus. b. Dispersit. Oro. Beati Lauren. Quocunq die octa. sancti Laurentij, etiam si i de. contige. fiat inde meo. tantu. Ad ves. an. Descendit in or. ps. Magn. Meo. de scto Agapito mar. an. Hic est vere. b. Gloria et honore. Oro.

Letetur ecclesia tua domine beati Agapiti martyris tui confisa suffragijs, atq eius precibus gloriosis et deuota permaneat et secura consistat. Per dominum.

Die. iiij. Vsus. Speciosa facta es et suauis. Lectio prima.

Hinc quoq Johãnes quicquid est qd genuit Maria Euangelizando suo cõmendauit eloquio verbum quod i principio erat verbum et verbum erat apud deum, et deus erat verbum, ipsum deu genuit beata et gloriosa virgo Maria. R. de iij. nocturno ita tamen q. iij. R. sit Beatam me dicent. Lectio secũda.

Virginitas igitur longe sacratior et fecunditas (vt ita dicam) multo ineffabilior quam suo poterat ille explicare eloquio. Uerũtamen q̃to virginitati cognatior virginitas: tanto beatus euãgelista ceteris est excellentior et vicinior est verbo. L. iij.

Ideo quicquid est qd genuit virgo totum prout potuit homo per spiritum sanctũ nobis reserauit manifestius et docuit. Cuius etiã conuersatio post ascensionem christi generaliter cum Apostolis fuit: quousq dispergerentur sicut Lucas meminit dicens q egressi a monte Oliueti Hierosolymam venerunt, et ascenderunt in cenaculum vbi manebant. Hac die et reliquis dieb infra octa. dicuntur ãe de nocturno scz. Emissiones. et alie ãe. que sequuntur sup ps. Benedictus. et Magnificat. nisi in do. quibus dictis d an. Aia mea. si necesse fuerit. Meo. de scto Agapito mar. an. Nisi granum. b. Iustus ger. Oratio vt supra. Hac die ad ves. fiat memo. de sancto magno. an. Hic est vere martyr. b. Gloria et honore. Oratio.

Adesto domine supplicantibus nostris: et intercedente beato Magno martyre tuo: ab hostium nos defende propiciatus incursu. Per. Sequentibus vero diebus infra oct. seruetur ordo de vsu et R. ad matu. qui in precedẽtibus tribus diebus si dies dominicus nõ interuenerit preter ã. super p. Benedictus. et Magnificat. Si vero dies dnicus infra oct. contige. totũ seruitium fiat de sancta maria hoc modo. Ad. i. ves. super p. ã. Assumpta est. ps. Dixit do. p. In omnib re non dicitur R. hymn. O quam glorifica. b. Exaltata es. an. Aia mea. ps. Magnificat. Oro. Ueneranda. Meo. de do. de trini. et proce. fiat

fiat ante crucē, nisi aliqua do. cino differatur propter prolixitatē tpis, vel quando dies dominicus. ii. die infra octa. conti. tunc enim memo. de do. de trinit. et proces. ante crucē omnino differatur vsq ad proximā do. sequentem. In redeundo de ol- bus sanctis. ān. Saluator mundi. ℣. Letamini. oro. Infirmitatē. Ad matut. inuit. Venite adoremus. ps. Venite. Hy9. Quem ter. In i. noc ān Ecce tu pulchra. ps. Domine do- minus noster. Cetera āe cum suis ps. ℣. ℟. sicut in. i. die dicuntur p- ter. ix. ℟. quod erit istud Candida virginitas. Lectio prima.

Bene angelus ad Mariā virginem mittitur: quia semp est angelis cogna- ta virginitas. Profecto in carne viuere preter carnem non terrena vita est: sed celestis. Unde in carne angelicam gloriam acqui- rere maius est meritum: quam ha- bere. Lectio secunda.

Esse enim angelum felicitatis est esse vero virginem virtutis, dū hoc obtinere viribus nititur cum gra- tia quod habet angelus ex natura. Utrumq tamen et esse virginem vel angelum: diuini muneris est of- ficium, non humani. Lectio tertia.

Aue inquit angelus gratia plena. Et bene plena: quia per partes ce- teris prestatur: Marie vero simul se tota infudit plenitudo grē. Lc. iiij

Hoc quippe est quod Dauid canit. Descendit sicut pluuia in vellus. Uellus itaq cum sit de corpore, ne- scit passionem corporis. Sic et vir- ginitas cum sit in carne: vicia car- nis nescit. Lectio quinta.

Celistes plane imber in virgine- um vellus placido se effudit elapsu et tota diuinitas nuda se contulit ī carne quando verbum caro factum est: et deinde per crucis patibulum expressum terris omnibus pluuiā salutis effudit: et stillicidia gratie celestis: humanis prestitit menti- bus. Tu autem. Lectio sexta.

Dominus inquit tecū. Mira res etiam ille erat cum virgine qui ad virginem mittebat angelum. et pre- cessit nuncium suum deus: sed a deo non recessit: teneri autem locis non potuit qui omnibus habetur in lo- cis, et totus vbiq est sine quo ni- chil, et per quem totum. Secun- dum Lucam. x.

In illo tpe. Intrauit Jesus ī quoddam castellū: et mulier quedam Martha noīe excepit illū in domum suam. Et reliq. Omelia beati Augustini episcopi. Lctō. vii.

Sanctum euangeliū fratres cha- rissimi cum legeretur audiuimus a religiosa femina susceptum esse dominum hospitio: ab ea que Mar- tha vocabatur. Et cum esset occu- pata in cura ministrandi, soror eius Maria sedebat ad pedes domini: et audiebat verbum illius. Labora- bat illa, vacabat ista illa erogabat, ista implebat. Lectio octaua

Ueruntamen Martha laborans multum in illa occupatione et ne- gocio ministrādi interpellabat do- minum: et de sorore sua conquesta est, q eam laborantem non adiu-

 uaret.

naret. Dominus autem pro Maria respōdit Marthe:et ipse factus est aduocatus,q̄ iudex fuerat interpellat⁹. Agatha(īquit) circa multa es occupata. Porro vnū est necessariū. Maria optimā partē elegit:q̄ nō auferet ab ea. Lectio nona.

Audiuimus enim interpellationē interpellantis et sententiam iudicis. Que sententia interpellanti respondit: suspectam defendit. Erat enim Maria intēta dulcedini verbi dei. Intenta erat Martha quomodo pasceret dominum, intenta erat Maria quomodo pasceretur a domino. A Martha conuiuium domino preparabatur:in cuius cōuiuio iam Maria iocundabatur.

In laud. vna sola āī. dicatur. cp. et cetera sicut in . i. die dicantur. Ad primam et ad alias hor. omnia fiāt sicut infra oct. Ad secundas vespe. omnia fiant sicut in.i. die preter ℟ quod non dicitur cum hymnus. O quam glorifica. Deinceps vero nō seruetur ordo dierum in ℟.et ℣.ad matut. cantandis et in lec. legēdis nec in āis super ps. Benedictus. et Magnificat dicendis:sed supradictus ordo ℟.et ℣.lect. et annorum seruetur in sequentibus diebus infra octa; ita tamen q in die Luna semper dicuntur ℟.et ℣z. de primo noc. hysto. ¶ Quinta die. Lectio.i.



Quia iter salutis nostre in laudibus est saluatoris:hortor vos et cōmoneo i hac sacra solēnitate genitricis dei Marie nolite cessare a laude. Lectio secunda.

Quod si virgo es gaude:quia meruisti esse quod laudas tantum cura vt sis que digne laudare possis. Si continens es ꝛ casta venerare et lauda:quia aliunde non constat vt possis esse casta quam ex gratia dei: que fuit plenissime in Maria quam laudas. Lectio tertia.

Quod si coniugata es aut peccatrix:nichilominus confitere ꝛ lauda: quoniam inde misericordia profluit omnibus ꝛ gratia vt laudent. Et quamuis non sit speciosa laus in ore peccatorum: noli tamen cessare a laude, quia inde promittitur venia. ¶ Sexta die. Lectio prima.



Hinc ergo omnes pariter festiuitatem beate Marie deuotissime celebremus:qꝛ hec est dies preclara in qua meruit exaltari super choros angelorum ꝛ peruenire vltra quam nostre humilitatis est natura. Lectio secunda.

Hec est inquam dies in qua vsqꝫ ad throni celsitudinem intemerata mater et virgo processit atqꝫ in regni solio sublimata post Christum gloriosa recedit. Hic itaqꝫ vbiqꝫ cōfidenter sancta canit ecclesia: quod de nullo aliorum sanctorum fas est credere: vt vltra angelorum vel Archangelorum merita transcenderit. Lectio tertia.

Hoc quippe priuilegium non nature est sed gratie: qua super choros angelorū exaltata deuotissime hodie predicatur. Quia precessit eā dominus ad celos: vt prepararet ei in ethereis sedibus locum: vt cum

eo regnare possit in perpetuum.

¶ Septima die. Lectio prima.

Nulli dubitum enim illaz celestem Hierusalē tunc exultasse i effabili leticia tuncqꝫ iocundatam esse inestimabili charitate quoniam festiuitas hec nobis hodie reuoluitur annua: illis omnibus est facta continua. Lectio secunda.

Creditur enim qꝫ saluatoꝛ omnium totus festinus occurrit: et cum gaudio eam i thꝛono collocauit. Alias autem quomodo impleuisse creditur: quod in lege ipse pꝛecepit honoꝛa patrem tuum et matrem tuam. Lectio tertia.

Quod patrem honoꝛificauit: ipse sibi testis est: cum ad Judeos ait. Ego gloꝛiam meam non quero: sed honoꝛifico patrem. De matre vero euangelista cum rediret ad Nazareth: ait. Et erat subdit⁹ illis. Tu.

¶ In oct. assumptionis beate marie. Ad. i. vš. sup p̄. hec sola. āN Tota pulchꝛa. ps. Dixit dn̄s, ceteri ps de sancta ma. R. cꝫ. et cetera oia fiant sicut ad. i. veš. in. i. die cum orō. Venerande. Mēo. de mar. Tymotheo et symphoꝛia. Oꝛatio.

Auxilium tuum nobis domine placatus impende: et intercedentibus beatis martyꝛibus tuis Tymotheo et Simphoꝛiano: dexteram super nos tue propitiationis extende. Per. Ad matut. ix. lc. fiant. Inuita. tripl. Tota cantetur hystoꝛi. sicut in pꝛima die pꝛeter. ix. Rm. quod erit. Candida virginitas. Lectio pꝛima.

Beata virgo Maria cunctis tanto venerabilioꝛ quanto gloꝛiosioꝛ, et qꝫ to virtute altissimi extollitur ad sublimia: tanto claꝛioꝛ resultat in gloꝛia. Plena siquidē gratia: plena deo, plena virtutibus nō potest possidere, plenius gloꝛiā claritatis eterne qꝫ plenissime accepit vt mater fieret saluatoꝛis. Lctō. ij.

Eam namqꝫ viderunt omnes filie Syon et beatam dixerunt: ꝛ regine laudauerunt eam. Quoniam tantam eam viderunt quantā nullus narrando expleuit moꝛtalium. Quantomagis deum qui talem ac tantam esse fecit vt per eam ipse fieret. Unde Dauid. Et homo inquit natus est in ea: et ipse fundauit eā altissimus. Lectio tertia.

Beata igitur talis ac tanta natiuitas beata et supernoꝛum ciuium societas, et admirabilis charitatis eoꝛum vnanimitas: vbi nemo Angeloꝛum non dico beate virginis marie verum neqꝫ alicuius sanctorum inuident gloꝛiam: sed totum i altero vnusquisqꝫ possidet, qđ gratis pꝛestatur omnibus vt de omnibus et in omnibus gloꝛificetur deus honoꝛetur et adoꝛetur ab omnibus. Lectio quarta.

Ibi vero non sexus, non etas, non dignitas generis: sed meritoꝛum qualitas sola discernitur vbi plurimum stella a stella differt in claritate: quamuis omnes in suo sint oꝛdine suscitandi, quod si est alia claritas solis, et alia claritas lune, et alia claritas stellarum: vna tamen

claritas est qua illustrãtur oia. R. v.
Ideirco beata dei genitrix que tãtis in terra predicatur laudibus nõ immerito creditur hodierna die exaltata et glorificata quantum noluit ille qui eam elegit et sua sapientia disponit omnia. Quod si in domo patris mei multe mãsiones sũt: credimus splendidiorem matri hodie filium mansionem prestitisse q̃ olim edificauit domum subnixam columnis septem: in qua nimirum domo parantur nuptie ecclesiarum dei, et federenẽ terrãis celestia. R. vj.
Ideo namq̃ in vtero virginis spõso immortali virginitas consecratur: vt sit totum celeste commercium. Ideirco charissimi celebrate solenniter virginis festum: que celestem nobis vitam in terris ostendit. Quoniam qui non nubẽt neq̃ nubentur: erunt sicut angeli dei in celo. Nec mirum si angelis comparatur virginitas: que angelorum domino federe copulatur nuptiarum. Et si quelibet virginitas tantum erigitur vt angelis comparetur: multomagis beata et gloriosa virgo que singulari commendatur priuilegio, et immenso ditatur mercimonio. Tres vlt. R. de xpo. euãg. Intrauit Jesus, et legantur sicut i i. die. Ad laud. oĩs ãe dicãtur cõ. ac. sicut in i. die. Me. d̃ mart. orõ vt s. Ad primam et ad alias hor. etiam ad secundas ves. omnia fiant sicut in do. infra oc. cum me. ad secundas ves. de marty. Tymo. et Appollinare cum oratione de communi plur. marty. non ponti. Si oct. assumpt. sab. contig. vltime ves. fiant de oct. et mẽo. de do. sequent. s₃ post mẽo. de mart. Et in do. erunt ves. de sctõ Bartholomeo, et mẽo. de do. sub silen. sc₃ ast mẽo. de sancto Audoeno. Nota q̃ quando assumptio, natiuitas, purificatio et conceptio in sab. contigerent: nichilominus fiant cõme. in aliqua fer. eiusdem. ebdo. si fer. precedentes a fes. ix. l. vacauerit
Sãctorũ Timothe ↄ appo. mar. iii. le. cum h. ↄ R. de noc. ppter vig. Cetera oia de cõi plurimorum martyr. vsq̃ ad missam querit de vigili.
Sancti Bartholomei Apostoli duplex festum ad primas vesperas et ad matutinas dicatur hic. Hy.

Bartholomee celi sidus aureum millies supra solis iubar radians: erige mentes nostras polo turbidas egrasq̃ nostras sana conscientias. Annue christe. Oro.

Omnipotẽs sempiterne deus qui huius diei venerandam sanctamq̃ leticiã in beati Bartholomei apostoli tui festiuitate tribuisti: da ecclesie tue quesumus et amare quod credidit, ↄ predicare quod docuit. Per dominum. Ad primas vesperas et ad matutinas fiat memoria de sancto Audoeno episcopi et confessoris. Oratio.

Deus qui perennem gloriam sanctissimi cõfessoris tui Audoeni anime contulisti: tribue quesumus: eius nos apud te ita patrocinijs adiuuari, vt cum eo vitam possideamus eternam. Per dominum nostrum Jesum Christũ. Ad mati. ix. lec. Lã. Lectio prima.



N inferiorem indiam ve-niēs apostolus dei Bar-tholomeus ingressus est templum: in quo erat I-dolum nomine Astaroth, et quasi peregrinus ibi manere cepit. Manente igitur ibi Apostolo: nulla demō dabat responsa: nec alicui ex his quos leserat poterat subueīre. Tēplum vero erat plenum de languētibus. Tu autem. Lectio secunda.

Perrexerunt ergo ad aliam ciuitatem vbi alius demō colebatur: querentes cur deus eorum non dabat eis responsa. Respondit demon. Mꝫ presēte apostolo dei Bartholomeo: loqui non audet. Dicunt ei. Quis est iste Bartholomeus? Qui ait. Amicus est dei oīpotentis: et ad hoc venit in istam prouinciam vt oēs deos indie euacuet. Lectio tertia.

Cumqꝫ reuertens beatum apostolum quesissent per duos dies: quidam plenus demonio clamauit dicens. Apostole dei Bartholomee incendunt me orationes tue. Cui Apostolus dixit. Obmutesce ꝛ exi ab eo: ꝛ statim liberatus est hō. Quod cum audisset rex polemius: misit ad eum vt veniret ꝛ sanaret filiam suam lunaticam. Lectio quarta.

Perrexit igitur Apostolus dei ad regē. Et videns puellam cathenis constrictam: iussit eam solui dicēs. Soluite eam et leuate ac reficite: et cras ad me reducite. Fecerūt autem ministri sicut iussit Apostolus. Quo facto: non vltra vexauit eam demō. Tunc iussit rex preciosa munera dari Apostolo: sed non potuit inueniri. Lectio quinta.

Cumqꝫ transisset nox ꝛ aurora assurgeret: Apostolus soli regi apparuit in cubiculo suo clausis hostijs ei dicēs. Quare quesiuisti me cum muneribus terrenis quibus non indigeo? Lectio sexta.

Scire te volo quia dominus noster Jesus Christus misit nos in omnes prouincias, vt demones qui in statuis sunt expellamus: hominesqꝫ qui eis credunt cōuertamus. Si autem credideris, ꝛ baptizatus fueris: demonem qui vobis dabat responsa faciam vos videre. Rex autem hoc se facturum fideliter pmisit. Lectio septima.

Altera igitur dei sacrificantibus cultoribus ydolorū Apostolo et rege presentibus cepit demon clamare dicens. Cessate miseri sacrificare michi ne peiora patiamini quam ego: qui cathenis igneis ab angelis Jesu Christi religatus sum. Tunc iussit Apostolus demōnem exire: et simulachrum confringere. lec. viij.

Exiens igitur ingens Egyptius nigrior fuligine: comminuit simulachrum. Quo viso: rex Polemius cum vxore et filijs, ac omni populo ciuitatis baptizatus cepit Apostolo adherere. Quod cum pontifices ydolorum ad Astriagem regē fratrem Polemij maiorem conquerēdo nunciassent: misit cum eis nuncios qui Apostolum vinctum ad eū perducerent. Lectio nona.

Cui rex ait. Sicut fecisti fratrem meum derelinquere deos suos, et credere deo tuo: ita faciam te relin-

quere deū tuum & credere deo meo. Cui apostolus ait. Si hoc poteris facere deo meo, quod feci deo tuo: poteris me ad sacrificium prouocare. Si autem ego deos tuos comminuam: et tu crede deo meo. Interea nunciatum est regi deum suū corruisse. Iratus rex iussit Apostolum fustibus cedi: & cesum iussit decollari. Tu. Cetera de communi vnius Apostoli. Mēo. de sancto Audoeno oratio vt supra. Ad. ij. vesperas ℟. Ciues apostolorum cetera. vts. ¶ Sancti Ruffi mar. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris vt beati Ruffi martyris tui intercessionibus confidentes: nec minis aduersantium nec vllo conturbemur incursu. Per dominum nostrum. Ad matuti. iij. lect. inuitato. duple. Lectio prima.

Ruffus patricius & ex consul ducatum agebat rauenne: cuius vnica filia infirmabatur. Qui audiens de nomine Appollinaris sacerdotis misit ad eum rogans vt veniret & sanaret eam. At vbi ingressus est domum cuz clericis suis statim defuncta est puella. Cui Ruffus ait. Utinam in domum meam non introisses. Lectio secunda.

Beatus appollinaris ait rursum: Confidenter age patrici: et modo cognosces virtutem domini nostri Jesu Christi. Cumqz orationem ad deum fudisset: ait ad eam. Surge & confitere saluatorem tuum. Que protinus surgens clamauit, dicens. Magnus est deus quem predicat Appollinaris, et non est alius preter eum. Baptizata est igitur puella cum patre et matre et familia promiscui sexus: anime trecente triginta quattuor cuz multis alijs ex paganis. Tu autem. Lectio tertia.

Ruffus vero patricius timens cesarem occulte diligebat beatum appollinarem: et ministrabat ei. Filia autem eius consecrata est Christo et permansit virgo. Idē vero Ruffus patricius post aliquot tempus in capuana vrbe sexto kal. septembris ꝓ christi nomine sumpsit martyrium. Cetera omnia fiant de communi vnius mar. ¶ Sancti Augustini episcopi et confes. atqz doctoris dup. fest. Ad primas vesperas. an. Iustum deduxit. Cpm. Eccl. xliij.

Dedit dominus cōfessionem sancto suo: et excelso in verbo glorie de omni corde suo laudauit dominum: et dilexit deum qui fecit illum. ℟. Miles christi. Hy. Iste confessor. ℣. Amauit eum. an. Confessor dñi. p̄s. Magnificat. Oro.

Deus qui beatum Augustinum ecclesie tue in exponendis scripture sacre mysterijs doctorem catholicuz prouidisti: da nobis eius semper et doctrinis instrui, et oratione fulciri. Per. Mēo. de sancto Hermete marty. tā ad has vesp. quam matuti. cum hac Oratione.

Deus qui beatum Hermetem martyrem tuū virtute constantie in passione roborasti, ex eius nobis imitatione tribue, pro amore tuo prospera mūdi despicere: & nulla eius aduersa formidare. Per dñz.

Ad

Ad matut. et ad alias horas: oia de cōi unius confes. et ponti. cum rc. et Cpm. infra notatis. Lectio prima.

Ex provincia affricana ciuitate Thagastensi honestis parentibus et christianis beatus Augustinus progenitus est. Qui magna diligentia secularibus litteris eruditus: omnibus liberalibus scientiis imbuitur. Grammaticam igitur prius in sua ciuitate et Rhetoricam in carthagine postea docuit: et postea apud mediolanum scolas rexit. Lectio secunda.

In illa urbe tunc sanctus Ambrosius episcopatū tenebat: per cuius doctrinam Augustinus ab erroris via conuersus credidit, et baptizatus est. Placuit qz ei percepta gratia scholasticis quos Rethoricā docuit renunciare: et ad affricam propriam domum remeare. Lectio. iij.

Per triennium igitur ibi deo viuebat in bonis operibus: et de his que deus sibi reuelabat presentes et absentes sermonib⁹ et libris docebat. Factum est autem ut sancto Ualerio episcopo iubente presbyter ordinaretur. Ordinatus igitur in monasterio cum seruis dei secundū regulam a sanctis apostolis constitutam viuere cepit. Lectio. iiij.

Sanctus vero Ualerius ordinator eius vir pius et deum timens sciens se corpore et etate infirmissimum apud primatem episcoporum Carthaginensem pretendens imbecillitatem corporis sui etatisqz grauitatem secretis litteris egit ut in loco suo in eadem ecclesia Augustinus ordinaretur episcopus, qui sue cathedre nō tantum succederet, sed cōsacerdos accederet. Quod et optauit et rogauit, atqz rescripto impetrauit. Lectio quinta.

Sanctus igitur Augustinus licet inuitus est Episcopus ordinatus. Qui tunc multo instantius ac feruentius maioriqz auctoritate verbum salutis eterne in domini predicabat ecclesia. Uixit autem beatus Augustinus annis septuaginta sex: in clericatu aūt vel epātu annis fere quadragintaseptem. Lc. vi.

Ultima vero egritudine lecto suo recumbens: septem psalmos penitentiales coram se rescriptos habebat. Quos intuens legebat: et ubertim ac iugiter flebat. Sed ne ciuitatis sue ruinam videret tertio obsidionis mense quinto kal. Septembris migrauit ad dñm. Tres ultime lectio. de expositi. euangeli. Secundum Matheum. v.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Uos estis sal terre qz si sal euanuerit, in quo salitur. Et reliqua. Omelia excer. de diuer. trac. Lectio septima.

Sal appellantur apostoli quia per ipsos uniuersum hominum conditur genus. Terre enim nomine humana natura significatur: salis vero verbi sapientia. Quod autem apostolos suos celesti ac diuina sapientia plenos sal terre saluator nominat: ostendit fatuos esse iudicandos, qui terrena tantum sapiunt q̄ temporalium bonorum vel copias

 sectantes

sectantes vel inopiam metuentes amittũt eterna, que nec dari potest ab hominibus nec auferri. Lc. viij.

Notandum autem ꝙ salis natura infunditatem terre facit, vnde et in psalmo scriptum est. Posuit terram fructiferam: in salsuginem. Quasdam vrbes legimus ira victorum sale seminatas vt nullum i eis germen oriretur. Allegorice autem hoc bene conuenit doctrine Apostolice: vt destructis aduersariorũ munitionibus et peccati regno deiecto sale sapientie compescat vltra in carnis humane terra: seculi luxum atq; feditatem germinare viciorum. Lectio nona.

Item quia sal ad cõdiendos cibos carnesq; siccandas aptum est, rite demonstrat: ꝙ per predicationem euangelij fluxus restringitur voluptatũ et humana natura exclusis vermibus et putredine peccatoruz illesa seruatur suo cõditori: per eius custodiam mandatorum. Quod si sal euanuerit in quo salieẽ? Ad nichilum valet vltra nisi vt mittatur foras et conculcetur ab hominibus Id est si vos p quos condiendi sunt quodammodo populi metu persecutionuz temporalium amiseritis regna celorum: qui erunt homines p quos vobis terror auferatur, cum vos elegerit deus per quos errorũ auferat ceterorum. Ad sextam. Capitulum. Eccl. xlvii.

Dedit illi dominus contra inimicos potẽtiam et stare fecit cantores contra altare: et in sono eoruz dulces fecit modos. Ad nonam. Capitulum. Eccl. xxiiii.

Sapientia laudabit animam suam et i domino honorabitur, et in medio populi exaltabitur: et in plenitud. ne sancta admirabitur. Ad ii. ves. de sancto Augustino omnia fiant de cõ. v predictum est R. Sancte Augustini christi. V. O sancte. Ad has ves. fiant sol. mẽo. de sancto Johanne bapt. añ. Misit Herodes rex manus ac tenuit Johannem et vinxit eum in carcerem: quia dicebat ei, non licet tibi habere vxorem fratris tui. Vsus. Gloria et honore. Oratio.

Sancti Johannis baptiste et martyris tui domine quesumus veneranda festiuitas salutaris auxilij nobis prestet effectũ. p. Mẽo. fiant solen. de sctã Sabina virgi. añ. Simile est regnũ. Oratio.

Beate Sabine virginis tue et martyris domine precib? confidentes quesumus clementiaz tuaz vt eius meritis et precibus ad eterna gaudia peruenire valeam?. Per. Vbi vero dedica. est ecclesia in honore de coll. s. Johannis hoc mõ fiant ves. de eo super ps. añ. Perpetuis nos domine sancti Johannis baptiste tuere presidijs: et quanto fragiliores sumus tanto magis necessarijs attolle suffragijs. Di. feria Capitulum. Prouer biorum. x.

Expectatio iustorũ leticia spes autem impiorum peribit: fortitudo simplicis via domini: et pauor his qui operantur malum. R. Percepturus. Hymnus. Martyr dei. V. Gloria et ho. an. Misit Herodes

rodes rex manus. ps Magnificat. oratio Sanctii Johannis bap. vt s. Memo. de sancto Augustino solē. fiant cum hac. ān. Iste est. ꝟ. Justus germinabit. Oratio vt supra. et tūc nichil fiat de sancta Sabina.

¶ In decollatione beati Johannis Baptiste. Ad matuti. inuitato. Regem precursoris dominum. Venite adoremus. ps Venite. Hymnus. Martyr dei. In prima noc. ā. Interrogatus Johannes ab Herode dixit: illicitum est fratris tui cōingem accipere. ps Beatus vir. ān. Johannes Baptista arguebat Herodem propter Herodiadem. ps. Quare fremuerunt. ān Arguebat Herodem Johannes propter Herodiadem quam tulerat fratri suo Philippo vxorem. ꝟ. Domine quid multi. ꝟ Gloria et honore. Lectio. i

Adest nobis fratres karissimi dies solennis quē consecrauit beati Johānis baptiste et precursoris domini purpureus sanguis innocēter pro veritate que Christus est ab impio Herode profusus martyrio. Qui mirabiliter nat⁹ est: sed mirabilius occisus. Tu. Misit Herodes rex manus ac tenuit Johannem et vinxit eum i carcerem quia metuebat eum propter Herodiadē. Quam tulerat fratri suo Philippo vxorem. Ꝟsus. Arguebat Herodem Johannes propter Herodiadem. Quam. Lectio secunda.

Natus est in prophetia: in veritate peremptus est. Nascendo enim nunciauit saluatoris aduentum: moriēdo condemnauit illicitum et incestum matrimoniū. Et idcirco carceris obscuritate detruditur: deinde maligne mulierculе insidiis preuentus: capitalem subiit sententiam. ℟m. Johannes baptista arguebat Herodem. Propter Herodiadem quā tulerat fratri suo Philippo vxorem. Ꝟsus Herodes enim tenuit Johannem et ligauit eum, et posuit eum in carcerem. Propter Hero. Lectio tertia.

Decollatus est autem beat⁹ Johannes in quoddam castro Arabie quod Macheronte dicitur & sepultus est in ciuitate Sebasten. Caput vero eius in Hierosolymis humatum est. Temporib⁹ vero Juliani Pagani sepulchrum rius inuadentes ossa eius disperserunt, et iterum colligentes cremauerunt, et sanctos cineres pulueri commixtos per agros et rura dispserunt. ℟. Metuebat Herodes Johannem. Sciens eum virum iustum et sanctum. Et custodiebat eum. versus. Et audito eo multa faciebat et libenter eum audiebat. Sciēs eum. Gloria. Et audito. In secūda nocturno. ān Dicebat enim regi Johannes Baptista: non licet tibi habere vxorem fratris tui. ps. Cum inuocarem. ān Herodes enim metuebat Johannem sciens eum virum iustum et sanctum et custodiebat eum. Psalmus. Verba mea auribus ā Audito eo multa faciebat et libenter eum audiebat. ps Domine dominus noster. ꝟ Posuisti. Lectio quarta.

Dei autem prouidentia factum est quosdam de hierosolymis monachos orationis illuc causa per idem tẽpus venisse. Qui intẽta mixta ossa que poterant furtim congregantes ad patrem suũ Philippum Hierosolymitanorum episcopum detulerunt. Caput vero eius in Herodis palatio tpe Martiani Imperatoris inuentum est a duobus monachis oriẽtalibus qui venerant adorare in hierosolymis. Et postea perditum in quodã specu in vrna ignobiliter reconditum latuit donec beatus Baptista caput suum Marcello Abbati in eodem specu degenti ostenderet. Quo inuento: cepit celebrare decollationẽ eius quarto kalendas septembris. ℟. Puelle saltãti imperauit mater Nichil aliud petas nisi caput Johannis baptiste: et contristatus est rex propter iusiurãdum et propter simul discumbentes. ℣. Ait puella matri sue quid petam: At illa dixit. Nichil aliud. Lectio quinta.

In pascha namqꝫ decollatus fuit: et anno reuoluto post mysterium dominice passionis cõpletum est: post ea inuentum caput valerius qui post Iouinianum imperauit: precepit Cõstantinopolim deportari. ℟. Petijt puella caput Johannis Baptiste. Quo accepto dedit matri sue. ℣. Puelle saltanti imperauit mater, nichil aliud petas nisi caput Johannis Baptiste. Quo accepto. Lectio sexta.

Cumqꝫ Theodosius imperator has Baptiste reliquias vellet Constantinopolim deferre: amplectens sua purpura thecam in qua sanctum caput erat: portans eam ante ciuitatem Constantinopolitanam: septimo miliario recondidit: ibiqꝫ magnam, atqꝫ pulcherrimam edificauit ecclesiam. ℟. Cõtristatus est rex Herodes propter iusiurandum: et propter simul discumbentes noluit eam contristari, sed misso spiculatore precepit amputare caput Johannis in carcere. ℣. Herodes funestus precepit interficere et amputare. Caput Gloria. Caput. In iii. noc. ã. Cumqꝫ introisset filia Herodiadis et saltasset ꝫ placuisset, herodi ait illi: pete a me quod vis et dabo tibi. ps. In dño confi. ãn. Iurauit Herodes puelle, quicquid enim a me petieris dabo tibi licet dimidium regni mei. ps. Dñe quis ha. ãn. Ait puella matri sue quid petam: at illa dixit, caput Johannis baptiste. ps. Bonum est confi. ℣. Iustus vt palma. ¶ Euãgelium Secundum Matheum. vi

In illo tpe. Misit herodes rex manus ac tenuit iohannem: et vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, qꝛ duxerat eã. Et reliqua. Omelia vene. Bede presby. lc. vii. Impletum videmus in Johanne qđ de illo angelus zacharie priusqꝫ nasceretur predixit. Quia precederet ante deum: in spiritu et virtute Helye. Ambo nanqꝫ cõtinenter viuentes: ambo habitu inculti, ambo in solitudine degentes, ambo precones veritatis, ambo regis ꝫ regine persecu-

persecutionem propter iusticiam per pessi sunt. Ille Acab et Hiesabel: iste Herodis & Herodiadis. Ille ne ab impijs occideretur igneo est curru raptus in celum. Iste ne ab impijs vinceretur: perfecto martyrij certamine spiritu celestia regna petiuit. ℟. Misso Herodes spiculatore precepit amputari caput Johannis in carcere. Quo audito discipuli eius venerunt & tulerunt corpus eius: et posuerunt illud in monumento. ℣. Misit rex incredulus ministrum detestabilem et amputare iussit caput Johannis in carcere. Quo audito. Lectio octaua.

Queerit fortasse aliquis quis sit iste Herodes quisue frater eius: qui etiam Herodias: de quibus est sermo: Herodes iste: qui et Johannem decollauit, et in passione redemptoris nostri Pylato assensum prebuit filius est illius Herodis, sub quo dominus natus est. Cuius frater Philippus Herodiadem filiam Arethe regis Arabum accepit vxorem. ℟. Accedentes discipuli sancti Johannis baptiste. ℣. Iussu Herodis amputatum est caput Johannis in carcere: quo audito discipuli eius venerunt. Tulerunt. Lectio nona.

Hanc Herodiadem idem aretha postmodum ablatam ab eo dedit Herodi: eo quod ipse maioris esset potestatis & fame. Factum est ergo adulterium publicum quod sicut perfidis causa fuit pereundi: ita fidelissimo preconi nostri redemptionis materia fuit triumphandi. Qui prohibendo regis iniusti scelera morte quidem iniusta meruit plecti. Sed post mortis gustum a rege iusticie: cui testimonium perhibebat, iustam vite perennis coram cepit. ℟. Percepturus iam vir sanctus pro labore requiem constans in confessione christiane fidei. Subdit collum velut agnus mansuetus gladio. ℣. Corpore dissolui gaudens et cum deo viuere. Subdit. Gloria. Subdit. ℣. Ora pro nobis beate Johan. In laudibus. aña. Herodes enim tenuit & ligauit Johannem: et posuit in carcerem propter Herodiadem. ps. Dominus regnauit. añ. Puelle saltanti imperauit mater: nichil aliud petas nisi caput Johānis baptiste. ps. Jubilate. añ. Domine mi rex da michi in disco caput Johannis baptiste. ps. Deus deus. aña. Da michi in disco caput Johannis baptiste: et contristatus est rex propter iusiurandum. ps. Benedicite. añ. Misit rex incredulus ministrū detestabilem & amputare iussit caput Johannis Baptiste. ps. Laudate. Cpm. Expectatio. Hymnus. Deus tuorum. ℣. Justus ger. añ. Misso Herodes spiculatore precepit amputare caput Johannis in carcere: quo audito discipuli eius venerunt et tulerunt corpus eius et posuerunt illud in monumento. ps. Benedictus. Oratio. Sancti Johānis. Mēo. de sancta Sabina virgine. oratio Beate Sabine. añ. Ad. i. añ Herodes. ps Deus in nomine. Ad. iij. añ. Puelle. ps. Legem pone. Cpm. Expectatio. ℟. et ℣. de communi

communi vnius martyr. ad omnes hor. dicuntur. Ad. vi. an. Domine mi. ps Defecit. Cpm. Prouer. x.

Iustus in eternum non commouebitur: impij autem non habitabunt in terra. Ad. ix. a Misit rex. ps Mirabilia. Capitulum.

Iustus de angustia liberatus est: et tradetur impius pro eo Ad vesperas. an. Herodes enim. ps feria. Cpm Expectacio. Hymnus. Deus tuorum. V. Justus ger. an. Accedentes discipuli beati Johannis tulerunt corpus eius: et sepelierunt illud. ps Magnificat. Oratio vt supra. Memoria de sanctis Felice et Audacio. an Gaudent in celis. V Letamini i domino. Oratio.

Maiestatem tuā domine supplices deprecamur: vt sicut nos igitur sanctorum tuorum Felicis et Audacti commemoratione letificas, ita semper supplicatione defendas. Per dominum nostrum. ¶ Sanctorum Felicis et Audacti martyr. ad matuti. iij. lectio. fiant cum fuit. dupl. Lectio prima.



Cum furor Dyoclesiani et Maximiani sanctos diuersis penis interficeret: presbyterum sancte ecclesie catholice nomine et opere calicem impietati sue oblatum ad Dracum vrbis prefectum dirigi iusserunt: vt si sacrificare contenneret puniretur. Cum ergo ductus esset ad templum serapis et sacrificare compelleretur: exsufflauit in faciem statue erecte que statim cecidit. Item ductus est ad alias duas statuas: scilicet Mercurij et Diane et exsufflans in eas statim corruerunt. Lectio secunda.

Reductus igitur ad perfectum in equuleo suspēsus est: deinde extra murum ad arborem excelsam ducitur vt ibi sacrificaret: qui fusa oratione exsufflauit in eam et continuo radicitus est euersa. Jussus est igitur in eodē loco decollari: et corpus eius inhumatum reliqui. Le. iij.

Cunqz ad decollādum duceretur: christianus quidam eidem obuiās clamabat dicens. Et ego ex eadem lege sū. Ducti sunt ergo ambo: et i eodē loco vbi arbor steterat pariter declollati sunt. Et qr huius nomen ignorabant christiani, eū adauctū vocauerunt: eo qr sctō felici auctus sit ad coronā. Tu. Cetera de cōi plurimor. mart ¶ Sancte Cuthburge virginis non martyris. Oratio.

Deus q̄ eximie castitatis pri uilegio famulam tuā cuthburgā multiplicit. decorasti: da nobis famulis tuis eius promerentē intercessione vtriusqz vite prosperitatē vt sicut eius festiuitas nobiscū agit in terris: ita p eius interuentū nri memoria apd te semp habeat in celis. Per. Tres le. fiāt cū inuit. dupl. et cetera oīa fiāt de cōi vni9 vir. non mar. ¶ Scti egedij ab. ix. l. fiāt. or.

Deus qui hodierna die beatū egidium confessorem tuum atqz abbatem aulam regni celestis penetrare fecisti: tribue q̄s, vt cui9 deuote gloriamur meritis: ei9 nos sentiamus cōfoueri suffragijs. Per dnm nostrum iesum xpm filiū. ec.

Mem.

Memo. de sancto Prisco mart. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus fortitudo certantium & martyrum palma: solennitatem hodierne diei propitius intuere: et ecclesiam tuam continua fac celebritate letari: vt intercessione beati prisci mar. tui, omnium in te credentium vota perficias. Per. Ad matuti. ix. lect. Lectio. j.

Sanctus igitur egidius natione grecus a preclaris parentibus originem duxit. Docili quoque puero doctores summos scientia in breui superanti gratia dei non defuit eius vitam omni morum honestate perornans. Quadam vero die dum ad ecclesiam pergeret: cuidam egro tunicam suam tribuit: qua indutus egro pertinus sanitatem accepit. Lectio. ii.

Quidam etiam a serpente percussus tumente cute fatebatur sese mortiferum virus recepisse. Quem vir dei fusa oratione sanitati restituit. Quendam vero demoniacum totam ecclesiam in die dominica perturbantem a demonio liberauit. Lectio. iii.

Cumque mira gesta laudum preconia sequerentur propriam patriam deserens transfretauit mare, et ad quendam locum iuxta rhodanum fluuium vbi erat antrum iuxta cuius introitum fons pura aqua scaturiebat peruenit. Memo. lec. de s. prisco, nisi quando hoc fes. in do. contige. Et quociensc unque fiunt med. lec. de s. prisco: semper dicuntur A. & R. de. ii. noc. vnius mar. Tres vlti. lc. legantur de propri. s. egidii sine expo. euan. L. 7.

Triennio igitur mansit hominibus incognitus solis herbis & aqua contentus. Excepto quod dominus ei quandam ceruam preparauit: que ei lactis alimoniam prebebat. Quam venatores regis sagittare volentes: virum dei in brachio grauiter vulnerauerunt. Rex vero hoc intelligens; ab eo veniam petiit: & abtinuit. Lc. viii.

Cumque virum dei rex frequenter visitaret: monitu eius duas ecclesias fabricauit. Congregatisque ibidem viris multis sub regula monachali deo famulaturis: egidius licet ab initio renitens abbas illi preficitur: non multo post sacerdotii dyademate honoratur. Lc. ix.

Cuius fama ad karolum regem francorum delata: ipsum ad se vocatum rogauit vt pro se oraret. Feceratque quoddam turpe facinus: quod nemini vnquam nec ipsi sancto ausus fuerat confiteri. Proxima dominica dum vir sanctus in missa pro dicto rege oraret: angelus domini super altare cedulam posuit in qua scriptum erat ipsum regis peticione & egidii precibus hoc ei esse dimissum si penitens tamen tum ab illo desisteret. Post hec vir sanctus ad monasterium rediens: confirmatis in dei militia fratribus, monasteriique rebus disposita sancti s in domino obdormiuit. Tamen si hoc fes. in do. contige. fiat totum ser. de do. & nichil de s. prisco preter me. in ipsa do. Fes. vero s. egidii diffe. in crasti. propter inceptionem hyst. & tunc legantur sex prime lec. de proprietate s. egidii & .iii. vlti. lec. de expo. euang. Memo accendi. lucernam. Cetera de com. confes. & abbatis.

Translatio sancti cuthberti episcopi. Oro.

Presta nobis quesumus omnipotens & misericors deus: vt qui beati cuthb. confes. tui atque ponti. transla. diem veneramur: per ipsius suffragia pietatis tue semper beneficia consequamur. Per. Ad matu. ix. lc. fiat quod sequuntur de alio festo nisi facte fuerint in xl. tunc fiant hic. iii. lc. de com. inui. dup. & c. de com. vnius confes. & ponti. Lectio prima.

Bone indolis adolescens cuthbertus cum quadam die inter pueros luderet: quidam puer quasi triennis ei occurrit: & cum lachrymis sibi ait. O sanctissime antistes cuthberte non decet te inter pueros ludere: quem dominus magistrum maioribus natu destinauit. Lc. ii.

Audiens puer cuthbertus hec: rediens domum stabilior ex illo tempore esse cepit. Et relictis seculi rebus: monasterialem disciplinam subiit. Qui cum suscipiendorum officio deseruiret: angelum domini suo vt fertur suscepit hospitio. L. iii.

Quadam die dum iuuenem quendam domum ingredi coegisset pedesque eius lauisset: & aquam lauandis manibus dedisset: panem ad vescendum deferre voluit: sed rediens hospitem non inuenit. Circumspiciens autem vestigia eius quo iisset: nulla penitus inuenit. Lectio. iiii.

Stupefactus igitur vidit supra mensam tres panes calidos insoliti candoris ac mire suauitatis et dixit. Cerno quod angelus dei fuit: quem suscepi. Quo viso maiorem ex hoc virtutibus operam dedit. Lectio quinta.

Multis igitur virtutibus preditus: ad episcopatus culmen licet inuitus assumptus est. Qui cum parrochiam suam circumueniret & verbum dei predicaret vxorem cuiusdam comitis primam morti a comite rogatus: in nomine domini aspersione aque benedicte plene sanatam reddidit marito suo. L. vi.

Illis quoque tempore veniens quidam longe egritudinis acerbitate tabefactus: ad eum accessit. Dataque super eum benedictione: repulit pestem quam medicorum manus pigmentorum compositione nequiuerat. Lectio. vii.

Ad quoddam etiam monasterium veniens dum meridianam quietem; sitire se diceret aqua eius palato

palato vinum sapiebat. Fratres ergo astantes et inde bibentes mirabantur adinuicem: dicentes se nunquam melius vinum bibisse. R. viij.

Duobus annis in regimine episcopali transactis: sciens in spiritu vir domini Cuthbertus appropinquare diẽ sui transitus: abiecit pondus cure pastoralis. Atqz ad dilectũ heremitice conuersationis agonem quam totius remeare curauit quatenus inolita sibi sollicitudinis mundane spineta liberioꝝ prisce cõpunctionis flãma cõsumeret. R. ix.

Cumqz duos fere menses in deserto quietis exultatione transisset subito arreptus infirmitate: quia tribus ebdomadis continuis eadem infirmitate decoctus fratribus suis in dei seruitio confirmatis: exitum suum dominici corporis susceptione muniuit. Et erectis in celum oculis: spiritum exhalauit. Tu autem.

Cetera de communi vnius confes. et ponti. Si hoc fest. non celebratũ in. xl. in do. eue. differatur in crast. et tunc ad primas ves. de sãcto Cuthberto fiat mẽo. de sancto Bartino Abbate ãn. Simillabo. V. Justum dedu. Oratio. Omnipotens sempiterne deus. Et tunc fiant medie lc. de eodẽ videlicet Egregius vir dei. cum V. et R. de. ii. nocturno. vnius confes. et Abbatis. Et post ps. Benedictus. fiat de eo memoria cum hanc ãn. Iste est qui ante deum. V. Justus vt pal. Oratio vt supra.

Sancti Bertini Abba. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus qui mirabiliter fulges in electis tuis quos te habitatore glorificare voluisti: da nobis quesumus beati Bertini confessoris tui atqz Abbatis ita digne solemnia venerari, vt eius suffragantibus meritis: templum tuum mereamur fieri. Per dominum. Ad matutinas iij. lect. cum noctur. Lectio prima.

Egregius vir dei Bertinus abbas post beati Audoeni obitum multis in dei seruitio vixerat annis. Turbamqz monachorum a domino sibi creditam sub districte regule iugo mente sollicita custodiebat sciens quia scribitur. Cui plus cõmittitur: plus ab eo exigitur. Lij.

Largius igitur bonorum operum retributor almificis cũ virtutibus glorificauit: de quibus pauca dicemus. Quidam de equo cadens supra petrosam corruit terram: multisqz eius in corpore collisis membris: femoreqz confracto mortem sibi adesse putabat. Cui vir dei modicũ vini benedicti transmisit: quo hausto mox sanus effectus est. Nõ multo post Bertinus migrauit ad Christum. Lectio tertia.

Quidam de longinqua terra qui audiendi et ambulandi vsum amiserat duobꝰ inniteñdo festibus multis peragratis sanctorũ locis tandem ad sepulchrum beati Bertini ob gratiam recuperande sanitatis peruenit. Et facta oratione cum lachrymis nocte resurrectionis dominice in presentia fratrum diuina psallentium sanitati restitutus est. Non dicatur ps. Te deum. Cetera

de cōmuni vnius cōfes. et abbatis.

¶ In vigilia natiuitatis beate marie virginis. Quacunque fer. extra do, hec vigi. contige. semper fiat plenum seru. f. de sancta maria. Et nichil fiat de vigi. nisi tantum ieiuniū in ecclesia Sarum. Ad .i. vespe. ān. Dei genitrix virgo semper maria intercede pro nobis deprecamur. ps. Laud. pueri. ān. Beata progenies vnde christus natus est: quam gloriosa est virgo que celi regem genuit. ps. Laudate dn̄m oēs gen. a. Sancta maria virgo intercede pro toto mūdo quia genuisti regem orbis. ps. Lauda aīa mea dn̄m. ān. Sub tuā protectionem confugimus vbi infirmi acceperunt virtutem: propter hoc tibi psallimus dei genitrix virgo. ps. Laudate dominum qm̄ bo. ān. Sancta dei genitrix maria virgo perpetua, templum dn̄i, sacrarium spiritus sācti, sola sine exemplo placuisti domino iesu christo ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu. ps. Lauda hierusalem. Capitulum.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. ℟. Stirps iesse. Hymnus. Aue maris stella. ℣. Sancta dei genitrix. ān. Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudium annunciauit vniuerso mundo. ex te enim ortus est sol iusticie christus deus noster qui soluēs maledictionem dedit benedictionē et confundens mortem donauit nobis vitam sempiternam. ps. Magnificat. Oratio.

Supplicationem seruorū tuorum deus miserator exaudi: vt qui in natiuitate dei genitricis et virginis cōgregamur: eius intercessionibus a te de instātibus periculis eruamur. Per eundem dn̄m. Ad complet. ān. Beata mater et innupta virgo gloriosa regina mundi intercede pro nobis ad dominum. ps. Cum inuocarem. Cap̄m. Tu in no. Hymnus. Saluator mundi. ℣. Custodi nos. ān. Glorificamus te. ps. Nunc dimittis. Hoc comple. non mutatur per totas octa. nisi in exaltatione sancte crucis. Ad matu. inuitato. Corde et voce simul christū regē veneremur Virginis et matris iubiletur nobilis ortus. ps. Venite. hy. Quem terra. In .i. noc. ā. Hodie nata est beata virgo maria ex progenie dauid: per quam salus mūdi credentib⁹ apparuit. ps. Dn̄e dn̄s nr̄. ā. Beatissime virginis marie natiuitatem deuotissime celebremus: vt ipsa pro nobis intercedat ad dn̄m iesum christum. ps. Celi enarrant. ān. Quando nata est virgo sacratissima tunc illuminatus est mūdus: stirps beata radix sancta et benedictus fructus eius. ps. Dn̄i est terra. ℣. Sancta dei genitrix. Lectō .i.

Approbate cōsuetudinis est apud christianos sanctorū patrum dies natalicios obseruare diligenter: et tunc precipue virtutes eorum assignatas literis in ecclesia recitare ad dei laudē, ex cui⁹ munere sūt: et ad instrumenta minorum. Inter oēs sanctos mēoria beatissime virginis

ginis marie eo frequētius agitur, atqꝫ festiuitas quo maiorem gratiam apud deum creditur iuenisse. ℟. Hodie nata est beata virgo maria ex progenie dauid, per quam salus mundi credentibus apparuit. Cuius vita gloriosa: lucem dedit seculo. ℣. Beatissime virginis marie natiuitatem deuotissime celebremus. Cuius. Lectio secunda.

Unde post alia quedam ipsius antiquiora solennia nō fuit cōtenta deuotio fidelium quin natiuitatis eius solemne superadderet hodiernum. Hac itaqꝫ die peculiariter in ecclesia recitādus esse videretur liber ille, qui de ortu eius atqꝫ vita scriptus inueniebatur: si non iudicassent eum patres inter apocripha numerandum. At quoniam magnis ac sapientibus viris ita visum est: nos alia quedam: sed non aliena legentes ecclesiasticum morem debitis officiis exequamur ℟. Beatissime virginis marie natiuitatē deuotissime celebremus. Ut ipsa pro nobis intercedat ad dn̄m iesum christum. ℣. Cum iocunditate natiuitatem beate Marie celebremus. Ut ipsa pro nobis. Lectio. iii.

Beata igitur domini mater et perpetua virgo maria priusqꝫ nasceretur: oraculis enunciata est, et designata miraculis. Nata vero progenie diuinitus ordinata priuilegio virtutū insignis enituit saluatorem edidit. A quo glorificata in celo nunqꝫ terrigenis patrocinari desistit. ℟. In Stirps iesse virgam produxit: virgaqꝫ florem. Et super hunc florem. Requiescit spiritus almus. ℣. Uirgo dei genitrix virga est flos filius eius. Et super. Gloria. Requiescit. ¶ In secūdo nocturno. an̄. Hodie nata est beata virgo maria ex semine abrahe letantur archangeli, exultant omnes sancti et congaudet omnis mūdus. ps. Eructauit. an̄. Dignum namqꝫ est vt ei cum summa deuotione famulemur per quam nobis virginitatis insignia pullularunt. ps. Deus noster refugium. an̄. Benedicta et venerabilis es sancta maria virgo dei genitrix: cuius natiuitatem celebremus vt intercessio ipsius sit pro nobis ad dominum. ps. Fundamenta. ℣. Post partum. Lectio. iiii

Propositionem sequamur ordine suo narratio Iamqꝫ referamus vnum de pretaxatis oraculis: ac deinde paucis expediamus. Dixit eternus ad veterem: deus ad serpentem. Inimicitias ponam inter te et mulierem: et semen tuum et semen illius. Ipsa conteret caput tuū. Tu. ℟. Natiuitas gloriose virginis marie ex semine abrahe: orta de tribu iuda, clara ex stirpe dauid. Cuius vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. ℣. Cum iocunditate natiuitatem beate marie celebremus. Cuius. Lectio quinta

Quid est fratres in hoc loco serpētis caput conterere nisi principalem dyaboli suggestionem idest concupiscentiam resistendo superare? Si ergo querat quenam mulier huiusmodi victoriam operata sit: profecto non reperitur

in

in lignea generationis humane do nec perueniatur ad illam de qua nunc agimus sanctarum sanctam. ℟. Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudium annunciauit vniuerso mundo. Ex te enim ortus est sol iusticie Christus deus noster qui soluens maledictionem dedit benedictionem: et confundens mortem donauit nobis vitam sempiternam ℣. Felix namque es que sola genitricis dignitatem obtinuisti et virginalem pudicitiam non amisisti. Ex te enim ortus. Lectio sexta.

Et si interrogetur in quo serpentis caput, vel ipsa contriuerit: nimirum in eo quod virginitatem simul et humilitatem sacrificauit deo. Virginitate namque seruata probatur extinxisse concupiscentiam carnis: humilitate que facit pauperem spiritu concupiscentiam mentis. ℟. Ad nutum domini nostrum ditantis honorem. Sicut spina rosam: genuit iudea mariam. ℣. Ut viciũ virtus operiret gratia culpam. Sicut. Gloria. Sicut. ¶ In tertio nocturno. añ. Natiuitas est hodie sancte marie virginis cuius pulchritudinem respexit deus et visitauit humilitatem suam. ps. Cantate. añ. Ista est speciosa electa a domino cuius natiuitatem celebremus vt ipsa pro nobis intercedat ad dominum deum nostrum. ps. Dominus regnauit exultet. añ. Felix namque es beata virgo maria que et genitricis dignitatem obtinuisti et virginalẽ pudicitiam non amisisti. ps. Cantate. ii. ℣. Speciosa facta. Tres vltime lectiones legantur in cappis sericis Initium sancti euangelij secũdum matheum. i.

Liber generatiõis iesu christi filij dauid filij abraham Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbyteri. Lectio septima.

Prefationem totius operis premisit de quo dictur⁹ erat: id est de christo per quem ascendit ad dauid cui dictũ est. De fructu ventris tui ponam super sedẽ tuã. Et a dauid vsque ad abrahã cui promissum est. In semine tuo benedicentur omnes gẽtes terre ad quem fuit principium promissionis. ℟. Beata progenies vnde christus natus est: o quam gloriosa est virgo. Que celi regem genuit ℣. Felix certe et omni laude dignissima sacra virgo maria. Que celi regem. Lectio octaua.

Ideo posuit eum euangelista principium narrationis sue et per singulas genealogias descendit ad Christum: vt in eo idest in christo series generationis terminaretur: ideo in christo initium libri incipiebatur: quia ille est principium salutis nostre et finis, idest perfectio eterne beatitudinis. ℟. In Corde et animo christo canamus gloriam. In hac sacra solennitate precelse genitricis dei marie. Versus. Omnes in vnum congregati: collaudemus dominum Jesum christum. In. Lectio nona.

Nam et moyses librũ creationis celi et terre se scripsisse testatur: in quo perituri hominis originem texuerat. Mattheus librũ gene-

generationis iesu christi se esse scri-
pturum promisit: in quo salus ge-
neris humani ostenderetur q̄ in no
mine iesu sonat, quia iesus saluator
interpretatur. ℟. Solē iusticie re-
gem paritura supremū. Stella ma
ria maris Hodie processit ad ortū.
℣. Cernere diuinū lumen gaudete
fideles. Stella. Gloria. Hodie. In
fra oct. in ordine ℟. ibidē quotidie
dicendorū loco. iii. vi. et. ix. ℟. dicūtur
ista tria subsequentia. ℟. fer. p or-
dinē preterq̄ in do. in qua dicūtur alia
℟ia Gloriose virginis marie ortū
dignissimū recolamus. Cuius dn̄s
humilitatem respiciēs, Angelo nar
rante concepit redemptorē mundi.
℣. Hodie nata est virgo maria ex pro
genie dauid. Cuius. Gloria. Ange.
℟. Regali ex progenie maria exor-
ta refulget. Cui⁹ precib⁹ nos adiu
uari. Mente et spiritu deuotissime
poscimus. ℣. Corde et aio christo ca
namus gloriam in his sacris solen
niis precelse genitricis dei marie.
Cuius. Gloria. Mente. ℟. Natiui
tas est hodie sancte marie virginis
cuius vita inclyta cūctas illustrat
ecclesias. Que sola fuit digna porta
re dn̄m iesum christum. ℣. Ipsa eni
quasi sydus eximiū inter fluctus se
culi labētis gratia priuilegii specia
lis effulsit Que. Gl'ia. Que. ℣. Ora
p nobis sctā dei genitrix. In lau. a
Natiuitas est hodie sancte marie
virginis cuius vita inclyta cūctas
illustrat ecclesias. ps. Dn̄s reg. an
Natiuitas gloriose virginis marie
ex semine abrahe orta de tribu iuda
clara ex stirpe dauid. ps. Jubilate.

an. Regali ex progenie maria exor-
ta refulget cuius precibus nos ad-
iuuari mente et spiritu deuotissime
poscimus. ps. Deus deus. a. Corde
et animo christo canamus gloriam
in hac sacra solēnitate precelse geni
tricis dei marie. ps. Benedicite. an
Cum iocunditate natiuitatē beate
marie celebremus vt ipsa p nobis
intercedat ad dn̄m iesum christū. ℣.
Laud. cp. Ego quasi. hy⁹. O glorio
sa fe. ℣⁹. Elegit eam. an. Natiuitatē
hodiernam perpetue virginis geni
tricis dei marie solenniter celebre-
mus qua celsitudo throni processit
alleluia. ps. Bn̄dictus. or. Supplica-
tionem. Ad. i. an. Natiuitas est. ps
Deus in nomine. an. Gratias. ps.
Quicunq̄. Ad. iii. a. Natiuitas glo
riose. ps. Legē pone. cp. Ego quasi.
℟. Sācta dei genitrix. ℣. Post par
tum. or. Supplicationē. Ad. vi an
Regali. ps. Defecit. cp. eccle. xxiiii.
TRansite ad me omnes q̄ cō-
cupiscitis me: et a generatio
nibus meis implemini, spūs enim
meus super mel dulcis, et hereditas
mea sup mel et fauū. ℟. Post partū
℣. Speciosa. Ad. ix an. Cū iocundi
tate. ps. Mirabi. cp. Ecclesia. xxiiii
QUi audit me nō cōfundetur
et qui operātur in me nō pec
cabunt, et qui elucidāt me vitā eter
nā habebunt. ℟. Speciosa. ℣. Ele
git. Supradict⁹ ordo horarū seruet
quotidie per oct. nisi i die exaltatio
nis sctē crucis. Ad. ii. ves. an. Nati
uitas tua. ps. Dixit dn̄s. Cōfitebor
Beat⁹ vir. De profundis. Memen
to. Et dicant hi ps. ad ves. quotidie

cum predicta ãn. per oct. qñ agitur de oct. cpim Ego quasi. ℟. Solem iustitie. pro hym. dz sequẽtia. Leta bādus. vts. in assumptione. ℣. Elegit eam. ãn. Gloriose virginis marie ortum dignissimum recolamus cuius dñs humilitatem respiciens angelo narrante concepit redemptorem mundi alla. ps. Magnifi. Or. Supplicationem. Ad has vesperas nulla fiat mẽo. de sancto gorgonio in audītiemēta nec etiam sub silentio. Quotidie infra octa. nisi in do. hoc modo fiat seruitiũ preter. ℣. vel ℟. et ãs sup Benedict⁹. et Magnifi. que mutãtur. ¶ Scdã die infra octa. ad matut. Inuita. In honore. ps. Venite. Hy⁹ Quẽ terra. ãn. Benedicta tu. ps Domine dñs noster. et cetere ãe. que sequuntur cum suis pĩs sicut in cõme. eius. Item ℣. Sancta dei genitrix. Lectio. i.

Beata igitur maria principali suggestione victa dyaboli viciosum eius caput virtutis pede contriuit: non tantum hoc loco: sed eo ꝙ maxime triumphauit: quo de sua mundissima carne corporata sapientia vicit vsqꝫquaqꝫ maliciam attingens a fine vsqꝫ ad finem fortiter ⁊ disponens omnia suauiter. ℟. Hodie nata. Lectio secunda.

Hec est ergo mulier ad quam diuinum illud intendebat oraculum. Hanc quandoqꝫ nascituram innuebat, hanc singulariter intimabat. Expedito ꝙ paucis oraculo vnum quoqꝫ de miraculis absoluatur. Tu autem domine. ℟. Beatissime virginis. Lectio tertia.

Accepte sunt a sancto moyse singule virge de singulis tribubus israel nominibus earum inscripte iubente deo: et posite sunt in tabernaculo eius. Inter quas vna que fuerat aaron inuenta est sequenti die germinasse floruisse et fronduisse, ac peperisse amigdala. ℟m. feria secundum ordinē. ℣⁹ Ora pro nobis sancta dei genitrix. In laudibus hec sola ãn. Natiuitas. Psalmus. Dominus regnauit. Capitulum. Ego quasi. Hymnus. O gloriosa fe. ℣⁹. Elegit eam. ãn. Dei genitrix. Psalmus. Benedictus, et alie ãe. que sequuntur de hystoria dicantur infra octaua ad Benedictus, et Magnificat. Oratio. Supplicationem. memoria de sancto gorgonio. ãn. Nisi granum. ℣. Justus germi. Oratio

Sanctus martyr tuus domine gorgonius sua nos quesumus intercessione letificet: et pia faciat solennitate gaudere. Per. Nulla die infra ista octa. fiat mẽo. de cruce: nec de omnibus sanctis, quia sunt octaue [illegible] i no. ã. Te [illegible] Quicũqꝫ. Ad. iii. ⁊ ad [illegible]. hor. oia [illegible] i. die pno. ẽ. ad vs. [illegible] tiui. p. Dscrit [illegible] Ego qsi. y⁹ Aue maris. ℣. Elegit. ãn. Beata progenies. Psalmus Magnificat. Oratio vt supra. Hoc eodem modo dicantur matutinas hore et vespere per totas octauas nisi in do. preter ℟. ⁊ ℣. ad matu. ⁊ ãs super pos Bñdictus. et Mag. q mutãtur. ¶ Tertia die. ℣. Sãcta dei genitrix. Lectio. i

SCiens ergo domin⁹ hoc opus sui magni esse misterij: iussit seruare virgam ad monumentum. Mouebantur enim filii israel presentia virge sollicite querere qd significaret tam mirabile factum. ℞. Natiuitas gloriose. Lectio secunda.

Quod longe post aperire pergens diuin⁹ esayas: Egredietur (inquit) virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet: et requiescet sup eum sps dñi. ℞. Natiuitas. Lectio.iii.

Ad hec verba tanq̄ auditores eius dicerent. O presbyter esaya obscure loqueris. Dic nobis quesumus ipsam rem manifeste. Adiecit claritatem: et ait. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Tu. ℞. feria secundum ordinem. Cetera omnia vt supra in.ii.die. Super ps̄m. Benedictus.ān. Sancta maria. Ad.ii. vespe.oia fiant vt supra in.ii.die: preter. ān super p̄ Mag.ān. Sub tuam protectionem. Memo. de mar. protho, et iacincto.ān. Gaudent in celis. ℣. Letamini. Oratio.

BEatorum martyrum tuorū prothi et iacincti nos quesumus domine foueat preciosa confessio: et pia iugiter intercessio tueatur. Per dñm. ¶ Quarta die. Ad. Speciosa facta es et sua. Lectio.i.

FIlium quoq̧ virginis id est emanuelem preclare describēs esayas. Puer (inquit) natus est nobis: et filius datus est nobis. Et vocabitur nomen eius admirabilis: consiliarius, deus fortis, pater futuri secli, princeps pacis. ℞. Beata progenies. Lectio secunda.

Multiplicabitur eius imperium: et regni eius non erit finis. Quod ergo deus designauit miraculo hoc a secretis esayas prodidit vaticinio. Et quod vates cecinit: consequēter rei exitus comprobauit. ℞. Corde et animo. Lectio tertia.

Nam sicut illa virga sine radice sine quolibet nature vsu artisve adminiculo fructificauit: ita virgo maria sine coniugali opere filium procreauit Filium sane flore designatum, et fructu, flore propter speciē, fructu propter vtilitatem. ℞. Fer. secundum ordinem. Hac die et ceteris sequentibus diebus infra octa. dicātur āe. de octa. scilicet Hodie nata. vt̄s. in.i.noctur. et alie āe. que sequitur super ps̄os. Mag. et Benedict⁹. nisi in do. Memo. de mar. protho, et iacincto oīo vt̄s. Sequen. vero diebus infra octa. seruet. ordo de h̄. ℞. ad matut. que in precedenti tribus dieb⁹ si dies do. non inter ¶ Quinta die. Lectio prima.

NAta est igitur beatissima virgo maria sicut legim⁹ patre nazareno: matre bethleemita, quas vrbes christi natiuitati vel conuersationi destinatas esse prophete nō tacuerunt. Lectio secunda.

Descendit autem ab radice illius filius preclari abrahe: cui superna promissa fuerat benedictio omnium gentium in semine suo. Et ab stirpe dauid: quem deus propter notam sibi pro-

bi probitatem, egregia laude subli
mauit: dicens. Inueni virum, secū
dum cor meum. Lectio tertia.
De regali nempe tribu simul ⁊ sa-
cerdotali duxit originem: que sum-
mum regem, atq; pontificem erat
paritura. Non tamen hec idcirco di
ximus q; dominus qui peccato-
res vocare venerat: dedignatus sit
matrem suam peccatores habere
cognatos, inter quos speciosa velut
inter spinas lilium appareret.

¶ Sexta die. Lectio prima.

Hec itaq; electa et insignis in
ter filias non fortuitu quidē
aut solo placito parentum vt pleri-
q;: sed diuina dispensatione nomen
accepit ita vt ipsa quoq; vocabuli
sui figura magnum quoddam in-
nueret. Interpretatur enim maris
stella. Lectio secunda.

Quid ergo misticum interpretatio
gerat per similitudinem ostenda-
mus. Nautis quippe mare transe-
untibus notare op⁹ est stellā haud
longe a summo celi cardine choru-
scantem ⁊ ex respectu illius estima-
re atq; dirigere cursum suū vt por-
tum destinatum apprehendere pos
sint. Lectio tertia.

Simili modo fratres oportet vni
uersos christicolas inter fluctus hu
ius seculi remigantes: attendere
maris stellam hanc, id est mariam
que summo rerum cardini deo pro-
xima est: et respectu exempli eius
cursum vite dirigere. Quod qui fe-
cerit non iactabitur vane glorie vē
to nec frangetur scopulis aduerso-
rum nec absorbebitur scyllea vora-
gine voluptatū sed prospere veniet
ad portum quietis eterne. Tu. Si
dies do. infra octa. ante fest. exalta
tio sancte crucis contig. totum fiat
fest. de sancta maria hoc modo. Ad
i. vesp. añ. Natiuitas. ps. Dixit do
minus. capl'm. Ego quasi. Non dici
tur. R. Hy⁹ Aue maris. Idem can
tus dicitur super hūc hym ad vtras
q; ves. do. infra octa. ⁊ in octa, sicut
in. i. die. V. Sancta dei genitrix. añ
Natiuitas tua. ps. Magnifi, oro.
Supplicationem. Memo. de do. et
de trini. ⁊ proces. fiat ante crucem:
nisi aliqua dñi. oino differatur In
reuertendo de omnibus sanctis. añ
Saluator mundi. V. Letamini. or.
Infirmitatem. Ad matutinas to-
ta dicitur hystoria sicut in. i. die abs
q; R. Sole. et absq; R. io. Stirps.
nouem autem R. 3. ex t. Ad nutum.
tunc loco R. ij. Stirps iesse. et Ad
nutum do. dicuntur secundo R. in
feria suo ordine. Lectio prima.


Braham autem genuit
isaac: isaac autem genuit
iacob. Spiritualiter per
hos patriarchas ad no-
stram salutem christus veniens in
mundum: et horum omnium in se-
ipso gerens officium, in eorum in-
terpretatione omniū nostram vo-
luit designare salutem. Rm. Hodie
nata. Lectio secunda.

In abrahā q2 ipse est pater oim cre
dētiū: atq; oib⁹ clamare licitum est
⁊ dicere, abba pater. In isaac: quia
gaudiū est oim fideliū de quo ange
lus cecinit. Ecce āñūcio vobis gau
dium magnū: quod erit in populo.

℟. Beatissime. Lectio tertia.
In iacob supplantator: quia ipse subneruauit ⁊ contriuit dyabolum vastatorem humani generis et vasa eius dirupit. Moraliter quoqꝫ interpretationes nominum ad nostrā edificationem pertinere multis modis noscuntur. ℟. feria secundum ordinem. Lectio quarta.
Sicut xp̄s vbiqꝫ nostre salutis gerebat causā: ita ⁊ patriarcharū noīa nostrū designant profectum. In abrahā vt patres simus multarum virtutū: ⁊ hereditario iure maltiplicationem bonorū possideamus. ℟. Natiuitas gloriose. Lectio quinta
In ysaac: vt gaudium habeamus in domino: iuxta apostolicum Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. In iacob vt supplantatores simus vitiorū nostrorum ⁊ carnalium desideriorum ac dyaboli potestatem: immo sub pede calcemus ℟. Natiuitas. Lectio sexta.
In iuda: vt preueniamus faciem domini in cōfessione ⁊ confiteamur nomini eius, ⁊ laudemus eum in secula seculorum. In phares vero vt diuidamus nos ab impijs, actusqꝫ nostros ab eorum societate secernamus. Tu. ℟. feria secundum ordinem. Secundum Lucam. xi.
In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocē quedam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbyteri. Lectio. vii
Magne deuotionis et fidei hec mulier ostenditur: que scribis ⁊ phariseis dominum tentantibus simul ⁊ blasphemantibus tanta eius incarnationem pre omnibus cognoscit sinceritate: tanta fiducia confitetur vt et presentium procerum prouocet calumniam: et futurorum confundat hereticorum perfidiam. ℟. Beata progenies. Lectio. viii.
Nam sicut tunc iudei spiritus sancti opera blasphemando verum cōsubstantialemqꝫ patri dei filium negabant: sic heretici negando mariam semper virginem: spiritus sancti operante virtute, nascituro ex humanis membris vnigenito deo, carnis sue materiam ministrasse, verum consubstantialemqꝫ matri filium hominis confiteri non debere dixerunt. ℟. Corde et aio. Lc. ix.
Sed si caro verbi dei secundū carnem nascentis a carne virginis matris pronunciatur extranea: sine causa venter qui eum portasset, et vbera que lactassent beatificarentur. Qua enim consequentia eius lacte credatur nutritus: cuius semine negatur esse conceptus. Cum ex vnius eiusdemqꝫ fontis origine secundum phisicos vtriqꝫ liquor emanare probetur. ℣. Ad nutum. In laudib⁹ vna sola ān. dicatur capl̄m. ⁊c. sicut in. i. die. Ad primam et ad alias horas omnia fiant sicut infra octaua. Ad secundas vesperas omnia fiant sicut in prima die: preter ℟. cum hym. Aue maris stella. Deinceps vero non seruetur ordo dierum in ā. ⁊ ℟. ad matutinis cantandis: ⁊ in lectionis legendis, nec in ān. super Magnificat, et Benedictus

dictus. cantandis: sed supradictus ordo .ix. lectiões. R. antiphonarium seruetur in sequentes ferijs infra octaua. Ita tamẽ q in die lune semper dicantur .ix. l. R. de primo nocturno. ¶ In exaltatione sãcte crucis: ad vesperas ãn. Dulce lignum dulces clauos dulce pondus sustinuit que meruit portare precium huius seculi. psalmi feria. Capitulum. Ad Galathas. vi.

Michi autem absit gloriari: nisi in cruce domini nostri iesu christi: per quem michi mundus crucifixus est, et ego mundo. R. O crux viride lignum quia super te pependit redẽptor rex israel: o q dulce lignum, q dulces clauos q dulcia ferens pondera. O q preciosum lignum q preciosa gẽma: que christum meruit sustinere. V. Custodi domine gregem tuum quem redemisti christe per lignũ sancte crucis O q precio. Gloria pa. O q pre. Hy.

Impleta sunt que cõcinit: dauid fidelis carmine, dicendo nationibus, regnauit a ligno deus.

Arbor decora et fulgida: ornata regis purpura, electa digno stipite: tam sancta membra tangere.

Beata cuius brachijs, precium pependit seculi: statera facta est corporis, predamq tulit tartaris.

O crux aue spes vnica, hoc exaltationis die: auge pijs iusticiam, reisq dona veniam.

Te summa deus trinitas, collaudet oĩs spiritus: quos per crucis mysterij, saluas rege per secula. Amẽ. V. Hoc signum crucis. Et dicitur R. sine Alleluya. ãn. O crux benedicta que sola fuisti digna portare regem celorum et dñm. ps. Mag. Oratio

Deus qui vnigeniti filij tui domini nostri Jesu Christi precioso sãguine humanum genus redimere dignatus es: concede propicius: vt qui eius ad adorandam viuificam crucem aduenimt: a peccatorum suorum nexibus liberentur. Per eundem dominum. Memoria fiat de martyri cornelio, et cypriano solen. Oratio.

Infesta q̃s omnipotens deus vt sicut populus christian9 ad sanctorum sacerdotum suorum cornelij et cypriani, temporalem solennitatem occurrit: ita perfruatur eterna, et quod votis celebrat, pro comprehendat effectu. Per. Nota q quacunq feria fes. exaltationis sctẽ crucis cõtige. fiat pces. ãte crucẽ ad .i. vts. cãtãdo. ãn. O crux glīosa, o crux adorãda: o lignũ preciosũ et admirabile signũ per quod et dyabolus est victus: et mũdus christi sãguine redemptus. Que finiatur sẽper cum Alla. V. Dicite in nationibus. et dicitur R. sine Alla. Oratio

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti: vt inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: vt in resurrectiõis eius gaudijs semper viuamus. Per eundem. In redeundo de sãcta maria. ãn. Beata dei genitrix. V. Elegit eam. oratio Supplicationem. Si hoc festum in dñi. contigerit tunc fiat hic .i. memo. de do. et de trinita.

sub

sub silentio, dñs dicit. i. Benedicamus
Deinde meõ. solẽ. de mar. et postea
fiat proces. ante crucẽ vts. Et missa
do. in cpm. dz. Eodẽ modo fiat tam
de meõ. do. ꝙ de mar. qñ in xi. feria
idem fes. contingit. Vespere et ma=
tut. de sancta maria dñr extra cho=
rũ: sicut in predictis fes. infra octa.
sine aliqua memo. Compl. similiter
extra chorũ dicitur sicut extra octa
ua cum hac ãn. **Beata mater.** super
ꝓ. Ad matu. vero de sãcta maria ex
tra chorũ dicẽdas. inui. hy⁹. ãe. ⁊ ps.
sicut in fes. infra octa. cũ sicut in fe.
extra octa. vid. licet lectio. **Sancta
maria virgo.** cũ aliis lect. sequenti
cum ꝟ. ⁊ ℟. scdm ordinẽ noct. sicut
infra oct. cũ hym. ⁊ psal. sicut extra
octa. ãn. vero sup **Benedictus.** sicut
extra octa. tan [illegible] ad. i. de sãcta ma=
ria dicitur ãn. Natiuitas. ꝟ. Deus
in no. ps. Laudate do. oẽs gentes.
ps. Confitemini. cpz. In omnibus
℟. Aue maria. ꝟ. Sancta dei geni
trix. oro. Supplicationẽ. Ad. iii. et
ad alias horas oĩa fiant sicut extra
octa. cũ ãn. cpm. et oro de natiuita.
Ad comple. de die oĩa fiant sicut in
fest. trini. Ad matuti. inuitatoriũ.
Regem dominũ qui per crucis mi=
sterium redemit mundum. Venite
adoremus. ps. Venite. Hymnus.
Pange lingua gloriosi, preliũ
certaminis, ⁊ sup crucis tro
pheũ: dic triumphũ nobilẽ, qualiter
redẽptor orbis, immolatus vicerit
De parentis prothoplausti, frau=
de facta condolens: quando pomi
noxialis, morte morsu corruit: ipse
lignum tunc notauit, damna ligni
vt solueret.
Hoc opus nostre salutis, ordo de=
poposcerat, multiformis prodito=
ris: ars vt artem falleret, et mede=
lã ferret inde, hostis vnde leserat.
Quando venit ergo sacri, plenitu=
do tẽporis, missus est ab arce pris:
natus orbis conditor, atq; ventre
virginali, caro factus prodiit.
Gl'ia ⁊ honor deo, vsqz quo altissi=
mo, vna patri filioqz: inclyto para=
clyto: cui laus est ⁊ potestas, p eter
na secula. amẽ. ¶ In. i. noctur. ãn.
Adoramus te christe ⁊ benedicim⁹
tibi: quia per crucem tuam redemi=
sti mundũ. ps. Dñe dñs noster. ãn.
Per signum crucis de inimicis no=
stris libera nos de⁹ noster. ꝟ. Dñe
in vir. ãn. Nos aũt gloriari oportet
in cruce dñi nr̃i iesu christi. ps. Dñi
est terra. ꝟ. Hoc signum crucis. ℟.
Cum do. Lectio prima.
Tempore illo postꝙ con=
stantino augusto contra
maxencium tyrannũ pro
speranti ad bellum signo
sancte crucis celitus fuisset ostẽn=
sum: ⁊ ipso feliciter obtinente triũ=
phum ab helena matre dicti constã
tini sancta crux fuisset inuenta: re=
gina compos voti effecta: ita saluta
re lignum fecit secari per medium:
vt ⁊ crucem constantino polim de=
ferret ad filium et crucem hieroso=
lymis thecis argenteis conderet et
seruaret in loco (sapienti vsa consi=
lio) scilicet vt vbi fuerat membris
dominicis aptata supplicio: ibidem
glorificata veneraretur a populo.
℟m. Dulce lignum dulces clauos
dulce

dulce pondus sustinuit. Que digna fuit portare precium huius seculi. ℣. Hoc signum crucis erit in celo: cum dominus ad iudicandum venerit. Que. Lectio secunda.

Multorum itaqꝫ temporum labente curriculo cum exigente mole peccaminum flagellari permitteret domin⁹ populum suū christianum per seuiciam paganorum cosdroe quidam prophanus et impius regnum est adeptus persarum. Qui cum ad sepulchrum dñi voluisset accedere territ⁹ fugit, sed ligni tamẽ salutaris partem asportauit. ℟. Hoc signum crucis erit in celo: cum dominus ad iudicandum venerit. Tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri. ℣. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue et ceperit iudicare seculū per ignem. Tu manife. Lectio tertia.

Fecerat enim sibi turrim argenteam: in qua interlucentib⁹ gemmis thronum extruxerat aureum: qui filio suo tradito regno in phano huiuscemodi residebat, et crucem dominicam quasi collegam posuerat: ꝛ se ab incolis vt deum coli iubebat. ℟. Adoramus te christe ꝛ benedicimus tibi. Quia per crucem tuam redemisti mundum. ℣. Tuam crucem adoramus dñe tuā gloriosam recolimus passionem. Quia. Glria. Quia. In secundo nocturno. ãn. Salua nos christe saluator per virtutem sancte crucis qui saluasti petrum in mari miserere nobis. ps. Exaltabo. ãn. Saluator mūdi salua nos qui per crucē ꝛ sāguinem redemisti nos auxiliare nobis te deprecamur de⁹ noster. ps. Oēs gen. ãn. Adoremus crucis signaculū per qđ salutis sumpsimus sacramētum. ps. Jubilate. I. ℣. edis lec. fiant de mar. cum hoc. ℣. Exultēt iusti in ꝯspectu. Lectio quarta.

Temuit decius cesar beatissimum papam cornelium cū vniuerso clero suo: quem precepit per centum cellas in exilium deportari. Quo facto: multi christiani ad eū veniebāt, vna cum beato cypriano epo. Decius hoc audito: iussit eū capite puniri si sacrificare contemneret. ℟. Sancti tui dñe. Lectio. v

Cūqꝫ duceretur ad templum martis cerialis miles rogauit eum pro vxore sua: que quinqꝫ annis iacuit paralytica. Ad quam vir dei ingressus fusa oratiōe eam sanauit. Quo viso: ceteri milites credentes baptizati sunt. Decius hoc audiens: iussit omnes capite puniri si sacrificare contemnerent. Et decollati sunt vna cum beato cornelio promiscui sexus viginti et vnus: cum ipso et vxore sua, sub die octauo kalendarum octobris. ℟. Verbera carnificum. Lectio sexta.

Cyprianus bis exulans ab exilio reuocatus capite plecti iubetur. Ductusqꝫ ad locum: lacernā et birrum quibus indutus erat exuens, posuit ad genua sua. Tunicam suam dyaconibus tradidit: ꝛ spiculatori viginti aureos dari precepit. Manuqꝫ ppria oculos suos texit, et sic gladio percussus martyrium consummauit. ℟m. O veneranda

da martyrum. In tertio nocturno. Aña. Tuam crucem adoramus domine tuam gloriosam recolimus passionem miserere nostri qui passus es pro nobis. ps. Notus in iudi. Añ. Crux alma fulget per quam salus reddita est mundo: crux vincit, crux regnat, crux repellit omne crimen alla. ps. Cantate .i. añ. Crux fidelis inter omnes arbor una nobilis: nulla silua talem profert fronde flore germine dulce lignum dulces clauos: dulce pondus sustinens. ps. Dominus regnauit exultet. ℣. Adoramus te. Tres vltime lectiones de proprietate hystoria sine expositione euāgelium legantur. Lectio. vii.

Tempore illo eraclitus fide catholicus: arcem tenebat imperij. Pergēs itaqꝫ filiꝰ cosdroe contra eraclium iuxta danubium cum suo consedit exercitu. Tādem inspirāte clemētia saluatoris vtrisqꝫ principibꝰ placuit vt ipsi singuli in medio ponte fluminis dimicaturi, confligerent, et cui sors victoriā contulisset: tēpore sine damno vtriusqꝫ exercitus imperium vsurparet. ℟. Tuam crucem adoramus domine tuam gloriosam recolimus passionem. Miserere nostri qui passus es pro nobis. ℣. Adoramus te christe et benediximus tibi: quia per crucem tuam redemisti mundum. Miserere. Lectio. viii.

Cumqꝫ predicta pactio vtriqꝫ parti placuisset: in pōtis medio sunt congressi. Tandē fideli suo eraclio christus cōcessit de hoste triumphum. Tunc ipse cum suo exercitu regna que cosdroe tenuerat circumquaqꝫ perlustans ad sedem ipsius peruenit: eumqꝫ sedentem in throno repperit. Quem cum credere in Christum noluisset: eraclitus interfecit, filiumqꝫ eius paruulum baptizari fecit et lignū crucis quod impius abstulerat assumens hierosolymam properauit. ℟. O crux gloriosa: o crux adorāda, o lignum preciosum et admirabile signum. Per quod et dyabolus est victus et mundus christi sanguine redemptus. ℣. Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Jesu Christi. Per quod. Lectio nona.

Cumqꝫ per portā quam dñs intrauit quādo ad passionē venit ornamentis imperialibus decoratus, equo sedens voluisset intrare: repente lapides porte descendentes clauserunt se inuicem, et factus est paries vnus. Cumqꝫ in altum mirantes respicerent viderūt signum crucis in celo flammeo fulgētem. Tunc imperator depositis imperialibus insignijs: crucē domini in manu suscipiens properat ad portam vsqꝫ progrediens. Mox illo humiliter appropinquante, duricia lapidū celeste persensit imperiū statimqꝫ porta se surrigēs liberum intrantibꝰ patefecit ingressum. ℟. Per tuam crucem salua nos christe redemptor: qui mortem nostram moriendo destruxisti. Et vitam resurgēdo reparasti. ℣. Miserere nobis iesu benigne: qui passus es clemēter pro nobis. Et. Gloria. Aña. Dicite in nationibꝰ. ℣. Quia dñs regna-

regnauit a ligno, sine alla. In lau. an. O magnū pietatis opus mors mors mortua tunc qn in ligno mortua vita fuit. ps. Dñs reg. an. Ecce crucem dñi fugite partes aduerse vicit leo de tribu iuda, radix dauid alla. ps. Jubila. ã. O crux admirabilis euacuatio vulneris restitutio sanitatis. ps. Deus deus. ã. Super oia ligna cedrorū tu sola excelsior: in qua vita mundi pependit, in qua christus triumphauit et mors mortem superauit in eternum. ps. Benedicite. aña. Crux benedicta nitet dñs: qua carne pependit atqz cruore suo vulnera nostra lauit. p. Laudate. Cpm. Michi autem. Hymn9

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis, nulla silua talē profert: fronde flore germine: dulce lignum dulces clauos, dulce pondus sustinens. Sola digna tu fuisti ferre precium seculi, atqz portum preparare nauta mundo naufrago: quem sacer cruor perūxit fusus agni corpore. Gloria et honor. ℣. Omnis terra adoret. ãn. O crux benedicta quia in te pependit saluator mundi, et in te triumphauit rex angelorum. et dr sine alla. ps. Benedictus. or. Deus qui vnigeniti. Mē. solen. fiat de mar. cū oratione vīs. ves. Deinde de sctā maria fiat etiā solēnis mēo. cū vna ã. de noct. hyst. nati. erit alia ab ãn. prius dicta ad ves. de sctā maria ac etiam ab ã. posterius dicenda ad matu. de sancta maria scdz ordinē noctur. Sed si do. sit dicit ã. sicut in die nati. sup psal. Benedictus. sicut in do. preno tatur de do. fiat sub silen. mēo. et de trini. cum in do. hoc festum cōtige. ante mēo. de mar. Et cantetur tūc missa do. in cp. vt oportet. Ad. i. ãn. O magnum. ps. Deus in noie. ãn. Gratias. ps. Quicunqz. ℟. Jesu christe. cū Alla. Ad. iii. Ecce crucē. ps. Legem pone. cpm. Michi autē ℟. Hoc signum crucis erit in celo. cum alleluya. ℣. Cum dñs ad iudicandum venerit. ℣. Dicite in nationibus. oro. Deus qui vnigeniti fi. Ad sextam ãn. O crux. ps. Defecit Capitulum. i. Corinthiorum. i.

Verbum enim crucis pereūtibus stulticia est: his autē qui salui fiunt, id est nobis virtus dei est. ℟ m. Dicite in nationibus. Alla alla. Quia dominus regnauit a ligno. Alla alla. ℣. Adoram9 te christe. or. Deus qui vnigeniti. Ad. ix. ãn. Crux benedicta. ps. Mirabilia. Capm. i. Corinthiorum. i.

Nos autem predicam9 christum crucifixum iudeis quidem scandalum gentibus autē stulticiam: ipsis autem vocatis iudeis atqz grecis christū d ei virtutē atqz sapientiam. ℟. Adoramus te christe et benedicimus tibi. Alla alla. ℣. Quia per crucem. ℣. Omnis terra. or. Deus qui vni. Ad. ii. ves. ãn O magnum. ps. sex. cp. Michi aut. ℟. Per tuā crucem. hy9. Crux fidelis inter. ℣. Omnis terra adoret te deus. ãn. O crux splendidior cūctis astris mundo celebris hominibus multum amabilis sanctior vniuersis q sola fuisti digna portare talentum mundi, dulce lignū dulces clauos

uos dulcia ferens pondera: salua presentem cateruam in tuis hodie laudibus congregatam. sine alleluya. ps. Magnificat. oratio vt supra. Memo. de sancta maria solen. fiat cum hac ãn. Natiuitas tua. ℣. Sancta dei genitrix. or. Supplicationem. Deinde fiat solen. meo. de sancto nichomede mar. cum hac ãn. Hic est vere martyr. ℣. Gloria et honore coronasti. Oratio.

Adesto domine populo tuo vt beati nichomedis martyris tui merita preclara suscipiẽs: ad impetrãdam miam tuam: ad semper eius patrociniis adiuuemur. Per. Tamen si do. fuerit fiat mẽo. de sancto nichomede sub silentio: cũ mẽo. do. Ad cõple. oia fiant sicut in festo sancte trinita. Vespere de sctã maria extra chorum dicãtur hoc modo Super psal. hec sola ãn. Dei genitrix. ps. Dixit dñs. ⁊ ceteri ps. de sãcta maria. cpa. Ego quasi vitis. ℟. Ad nutum. Hy. Aue maris stella. ℣. Sancta dei genitrix. ãn. Natiuitas tua. ps. Magnificat. or. Supplicationem. Cõple. similiter extra chorũ dicatur sicut extra octa. cum hac ãn. super psal. Beata mater.

In octa. natiui. beate marie ad matutinas inuitato. triplex hy. ãe ps ℣. et tota reliqua hystoria cantetur sicut in dominica infra octaua prenotatur. Lectiones tamen hoc modo dicuntur. Lectio prima.



Notandum autem qp ipsi progenitores christi qui in genealogia eius ponũtur ⁊ annumerati sunt sine grandi mysterio ab euangelista assumuntur: maxime cum apostolus dicat. Omnia in figura contingebant illis. Lectio secunda.

Et sicut humanam natiuitatẽ christi precesserunt tempore: ita quoque testimonium illi dabant ex prefiguratiõe. Nam nullus eorum est qui non noie aut actu incarnationẽ significet christi: ⁊ ipsum esse demonstret qui in patriarchis prefiguratus ⁊ in prophetis promissus atque in apostolis predicatus est. Lectio. iii.

Igitur abraham iterpretatur pater multarũ gentium: vel pr̃ videns ppl'm. Quẽ significat hoc noie nisi illũ de quo sibi ita promissũ est: In semine (inquit) tuo benedicent oẽs cognationes terre. Et ysayas ait. Si posuerit quis pro pctõ aiam suam: videbit semen longeuũ ⁊ voluntas dñi in manu eius diriget. L. iiii.

Idẽ etiã ait. Tu (inquit) dñe pater redemptor noster a seculo nomẽ tuum: abraham nesciuit nos et israel ignorauit nos. Quomodo autẽ abraham actu significauerit christũ: testatur illũ quod dñi precepto exiuit de terra sua ⁊ de cognatiõe sua vt apud exteros locupletaretur et esset in gentẽ magnã. Tu. Lectio. v.

Hoc enim nũc cernimus veraciter impletum: cum christus relicta terra et cogitatione iudeorũ prepollet vt videmus in populis gentium. Isaac quoque qui interpretatur risus vel gaudium: significat illũ de quo dixit ad pastores angelus. Annuncio vobis gaudium magnum quod erit omni populo. Lectio sexta

Quomodo vero actibus suis ysaac significet christum: longum est per totũ enarrare cum pene oẽs actus eꝰ quos scriptura narrat cõueniãt mysterio ad xp̃m vt illud est qđ ma ctandus ipe ad aram portauerat li gna, sicut xp̃s passionis sue tp̃e cru cẽ proprio gestauit in corpe. Tres vltime lectiones de expositione euã gelium secundũ lucam. vt supra. in do. infra octa. legantur. ℣. Ora pro nobis. Ad laudes oẽs ãe dñr. Post matut. fiat mẽo. de s. nichomede, de do. si octa. in do. contige. Ad primã ꝛ ad alias horas oia fiãt sicut infra octa. Ad scđas vespe. oia fiant sicut in prima die preter ℟. quod non dicetur cum hym. Aue maris stella. Memoria de sancta Editha virginis non martyris. Oratio.

Deus qui fidelibus tuis castitatis exemplũ prebuisti: dum de virgine filium tuum dñm nostram nasci voluisti: sãcte edithe virginis tue precibus nobis mẽtis et corporis tribue puritatem, per quam a te nobis promissam percipiamus felicitatem. Per eundem. Deinde fiat memoria de mar. eufemia cum sociis suis. Oratio.

Presta q̃s domine precibꝰ nostris cum exultatione prouentum: vt quorum diem passionis annua deuotione recolimus: etiam fidei constantiam subsequamur. Per dominum nostrum iesum. ꝛc.

¶ Sancte edithe virginis. ix. lect. Ad matutinas. Lectio prima.

Interueniente sancto wiltonie pontifice ethelwaldo immo intercedente que fortis est vt mors christi dilectione regina wilfridis venerabilis sancte Edithe genitrix de mundiali regno et thalamo virginali sancte dei genitricis wiltonie successit monasterio. Pro auro texta purpura induitur nigra tunica: ꝛ pro regali diadema te fusco velatur flãmeolo. Lectio. ii

Que in tantum profecit post habitum religionis vt magistra efficeretur castitatis et virgineo contubernio eiusdem monasterij mater preficeretur. Huc igitur transfertur eius filia editha de sancta radice: vt virgula thuris et oliua speciosa propagata. Huc itaq̃ christianissimus rex edgarus pater sancte edithe aduenit cum principum patrumq̃ caterua populiq̃ affluẽtia velut ad Christi curiam et diuina sponsalia. Triũphat ciuitas in aduentu regio: patrem patrie et pacis principem amplectendo. Lectio. iii

Hic etiam edgarus tanq̃ pignus daturus ad nuptias vel suas oblaturus primitias accessit coram domino dat manus superno arbitrio: fit melchisedech deuotione cum regno consulit faciem domini tali officio. Protenditur pauimento insigne pallium ad gradus autentici altaris summe dei genitricis quasi ante thronum et pedes diuine maiestatis. Diuersa infunditur opulentia: temporalis ꝛ eterna. Tres medie lectiones fiant de martyrũ de communi hystoria plurimorum martyrum cum ãñ. ꝛ ℟. de tertio nocturno nisi quando hoc festum in se-

in secunda fer. tantū contigerit: tūc enim dñr ℣. et ℟. de. i. nocturno plurimorū martyrū: tres vltime lectiones de proprietate sctē edithe legantur sine expositione euāgelii. Lc. vii.

Rex coronulas aureas armillas, anulos, monilia, variarumqz rerum radiantia ornamēta virgini proposuit. Mater vero nigrū sanctimoniale velū psalterium et calicem cum patena dulce passionis inde subiungit. Orant oēs qui cōi vt prescius oim deus ostendere dignetur quam vitā indocilis etas electione libera sortiet. Lectio. viii

Uirgo sacra de medio splendentiū colorum solum velum et sāctitatis pignora suscipiens cetera seculi virginibus intacta reliquit. Tunc rex cum sorore de coniuge facta in conuentu angelorum et hominum paruulo christo paruulam suā desponsauit; vnde se dñicos soceros factos esse congaudebant. Lectio nona.

Collecta itaqz in ecclesie gremiū in virginale collegium a deo tota vita ei⁹ erat charitas, benignitas, ac hylaritas redolens in oēs: vt nichil aliud qz paradisus delectabilis, qz odor agri pleni, cui benedixit dño esse merito videret. Post matuti. fiat mēo. de mar. orō vt s̄. Hac die erunt vespere de sācta editha et mēo. de sancto lamberto episcopo et mar. Cetera de cōi vnius virginis non mar. ¶ Si aliquod fes. ix. lect. in aliqua fer. quattuor temporū cōtigerit: totum seruitiū fiat de festo, sed post missam de fest. fiat missa de ieiunio: vtraqz ad principale altare

Si vero aliquod festum. iii. lect. in aliqua predictorum quattuor tēporum septembris acciderit: fiant matuti. de fes. cum noctur. et missa de ieiunio: cum mēo. de festo ad missam de ieiu. nisi hyst. Peto dñe. per ebd. cantāda sit: tunc enim non dicātur de sācto. iii. lc. sed de fer. matu. fiāt vt per cātetur hyst. et fes. iii. lec. oino pretermittatur ad serui. de die: et cetera. ¶ Sancti lamberti episcopi et marty. cpm. Ois pontifex. Oratio

Sancti lāberti martyris tui atqz pōtificis dñe qs nos tibi commendet oratio: et sicut hunc diem eius gloriosa decorat passio: ita nos ipsius sēper muniamur suffragio. Per dnm. Ad matuti. inuitat o. simplex. iii. lc. Lectio prima.



Gloriosus vir dei lambertus sumpto episcopatu in timore dñi perfectus erat et quotidie in oibus operibus bonis augebatur. Cui igitur pro custodia regis sui multa supplicia tolerasset: insurrexerunt cōtra eum duo pessimi viri qui seculari potentia tumentes: res sue ecclesie iniuste inuaserunt. Lectio secunda

Cumqz eorum insolentiam nullus se dare posset: amici pōtificis ira repleti ignorante viro dei eosdem crudeliter interfecerunt. Erat autem eis quidam consanguineus nomine dodo: operibus plenus ac superbia tumidus qui necem predictorum in ipso sancto dei vlcisci animum apposuit. Lectio tertia.

Hic igitur collecta multitudine armatorum dum vir sanctus in quadam

iam dyocesis sue sede morarétur et matutinale officium noctu cum fratribus persoluisset: affuit armatus, qui clausas fores confringens sup sanctum virum vbi ora bat irruit. Sanctus igitur Lambertus letali mox ictu iaculatus beatis meritis ditatum celo reddidit spiritum. Cetera omnia de communi vnius martyris et pontifi. Quando vero dies do. in crasti. sancti Lamberti contigerit, tunc in ipsa dominica erunt vesperas de sancta Maria: cum pleno seruitio in crastino.


¶ Sancti Matthei Apostoli et Euangeliste duplex fest. Ad primas vesperas. an. Placentes deo facti dilecti quoniam gratia et misericordia est in sanctos eius: et respectus in electos illius. ps. feriales. Cpm.

Similitudo vultus quattuor animalium: facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quattuor, facies autem bouis a sinistris ipsorum quattuor, et facies aquile desuper ipsorum quattuor. Rem. Quattuor animalia ibant. Hymnus.

Matthee sancte bino pollens munere, sedulis Christum interpella questibus: vt nos in mundi gubernet turbinibus, ne post eternus sorbeat interitus. Annue Christe. V. In omnem terram. an. Ecce ego Johannes vidi ostium apertum in celo, et ecce sedes posita erat in eo, et in medio sedis et in circuitu eius quattuor animalia plena oculis ante et retro: et dabant gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum viuenti in secula seculorum. ps. Magnificat. Oratio.

Da nobis quesumus omnipotens deus: vt beati Matthei Apostoli tui et Euangeliste quam preuenimus beata solennitas, et deuotionem nobis augeat et salutem. Per. Memo. fiat de sancto Laudo episcopo et confessore. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui beati Laudi confessoris tui atque pontificis solennia agimus: eius intercessione eternam beatitudinem consequamur. Per. Ad comple. omnia fiant sicut in fes. sancte Trini. Ad matuti. inuitato. Regem euangelistarum dominum. Venite adoremus. ps. Venite. hy. Mathee sancte. ¶ In. i. noctur. an Conuocatis Jesus duodecim apostolis: misit illos predicare regnum dei: egressi autem Euangelizabant et curabant vbique. ps. Celi enarrant. an. Mittens dominus et alios ad predicandum, dicebat illis: messis quidem multa, operarij autem pauci. ps. Benedicam. an. Jesu Christi domini gratia credentibus populis: doctores et euangeliste sunt in mysterium fidei missi. ps. Eructauit. V. In omnem. Lectio prima.



Erant duo magi zaroes et Arpharat i Ethiopia: qui se deos esse dicebant: et credebat eis rex egiptus cum omni populo suo: ita vt ex longinquis regionibus Ethyopie venirent et adorarent eos. Faciebant enim gressus subito hominum

 figi:

figi: et immobiles stare quãdiu voluissent. Visus hominum et auditus a suo officio refrenabant. Imperabant serpentibus vt percuterent et ipsi incantando curabant. ℟. In visione dei vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone: nubesq magna et ignis inuoluens splendorq in circuitu eius. Et ex medio eorum similitudo quattuor animalium, et aspectus hominis erat in eis. ℣. De medio autem eius quasi species electri: hoc est de medio ignis. Et ex medio eorum. Lec. ij.

Curam ergo deus hominum gerens: contra hos magos misit dominus beatum mattheum Apostolum: qui eorum prestigia cepit deregere. Omnes enim quos illi figebant: hic in nomine Jesu christi soluebat. Quos illi ledebant: iste curabat, infirmos sanabat, demonesq fugabat. Et nõ solum eos curabat quos illi ledebant: sed et omnes qui ad eum ferebantur ab infirmitatibus diuersis, atq a demonibus obsessos. Suscepit autem illum in domum suam eunuchus ille: a Philippo dyacono baptizatus. ℟. Quattuor facies vni erant et quattuor penne vni, pedes eorum pedes recti, planta pedis eorum vt vituli. Et scintille quasi aspectus eris candentis. ℣. Sub pennis eorũ manus hominis in quattuor partibus. Et scintille quasi aspect9. L. iij.

In diebus illis. Mortuus est filius Eglippi: quẽ cum magi suscitare non posset: vocatus est Apostolus. Ingressusq ad defunctũ: expandit manus suas ad celũ: inuocato xpi noĩe, apphẽdensq manũ defuncti eũ suscitauit. Quo vidẽs rex credẽs in dñm baptizatus est cũ vxore sua et filia Ephigenia: q virginitatem suam deo dedicauit. ℟. Similitudo vultus animalium facies [illegible] et facies leonis a dextris ipsorũ quattuor, facies vero vituli a sinistris ipsorum quattuor facies autẽ aquile de sup ipsorũ quattuor. Et facies et penne extente desuper erant. ℣. Due penne singulorum iungebantur: et due tegebant eorũ corpora. Et facies. Gloria. Et faci.

¶ In secundo nocturno. ãn. Sapientiam diuini Euangelij eructuerunt abyssi: et annunciantes fecundati rore celesti mundo intonant. ps. Omnes Gentes. ãn. Labia eorum salutarem disseminauerũt scientiam: opus sanctum dignum benedictione plenum fecerunt: ministerium sibi traditum deuote impleuerunt. ps. Exaudi deus deprecã. ãn. Elegit eos ex omni carne: et dedit illis precepta et legem vite et discipline. ps. Exaudi deus orationem. ℣sus. Constitues eos principes. Lectio quarta

Baptizato igitur omni populo construxit rex ecclesiam: in qua sedit beatus Mattheus annis viginti tribus. Ordinauitq episcopos et presbyteros: et ceteros sacri ordinis ministros. Mortuo vero rege, regnauit Hyrtacus pro eo: qui cepit agere cum Apostolo vt Ephigeniam suo copularet coniugio. Cui Apostolus. Jube inquit

conuenire eam cum populo: et audias quanta bona loquar de bono coniugio: quoniam satis deo accepta sunt coniugia sancta. ℟. Facies et pennas per quattuor partes habebant. Incedentes non reuertebantur: sed vnumquodque ibat ante faciem suam. ℣. Pedes eorum pedes recti: planta pedis vt planta vituli. Incedentes. Lectio quinta.

Congregato igitur populo simul cum Ephigenia: cum apostolus multa de bono congiugio diceret adiecit. Si regis sponsam regis seruus vsurpare voluerit: viuus tradatur incendijs. Tu ergo rex Ephigeniam Christo dedicatã et regis celestis sponsam: quomodo tuo poteris copulare matrimonio? ℟. Similitudo aspectus animalium vt carbonum ignis ardẽtium et velut aspectus lampadarum. Ubi erat spiritus impetus: illuc gradiebantur cum ambularent. ℣. Et vnumquodque eorum ibat ante faciem suam. Ubi. Lectio sexta.

Iratus Hyrtacus hoc audiẽs abscessit. Cumque celebrata ab Apostolo missa vnusquisque ad propria remeasset: Apostolus iuxta altare remansit: vt vbi fuerat corpus domini ab eo confectum: ibi consummaret martyrium. Missus est igitur ab Hyrtaco spiculator: qui apostolum expansis manibus orantem: ictu gladij a tergo punxit: et sic martyrem fecit. Quo audito: discipuli beati Apostoli Martyrium eius cũ gaudio celebrarunt: et pax famule Christi Ephigenie et vniuerse ecclesie Hyrtaco mortuo confirmata est. ℟. Quattuor animalia ibant et reuertebantur in similitudinem fulguris choruscantis: et erat in medio. Splendor ignis. Et de igne fulgur egrediens. ℣. Erat autem quasi visio discurrẽs in medio quattuor animalium. Splendor ignis. Gloria patri. Et de igne.

¶ In tertio nocturno. ãn. Electi sunt in Christo ante mundi constitutionem vt essent sancti et immaculati in conspectu dei in charitate. ps. Confitebimur. ã. Sapientiam eorum narrent omnes populi et laudem eorum pronunciat omnis ecclesia sanctorum. ps. Dominus regnauit exul. ãn. Spiritu intelligẽtie repleuit eos dominus: et ipsi tanquam imbres miserunt eloquia sapientie sue. ps. Dominus regnauit irascantur. ℣. Nimis honora. Secundum Mattheum. ix.

In illo tempore. Cum transiret Jesus: vidit hominem sedentem in Theloneo Mattheum nomine: et ait illi. Sequere me. Et reliqua. Omelia venerabilis Bede presbyteri. Lectio septima.

Uidit saluator hominem nõ tam corporeo intuitu quam interne miserationis aspectibus: id est miseratus est eum pertinaci videlicet animo humanis tantũ studijs deditum: et temporalibus lucris inhiantem necdum euangelico nomine dignum. ℟. Cum aspicerẽ animalia apparuit rota vna iuxta ea quattuor habens facies. Et vna similitudo ipsarum quattuor. ℣sus

Aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris. Et vna simili=tudo. Lectio octaua.

Quod ob id vtique superna puidentia fieri disposuit nullum enormitas, aut innumerositas suorum scelerum a speranda venia reuocaret cum hunc tantis mundi nexibus absolutum tam celeste factum conspiceret vt communicato cum angelicis spiritibus vocabulo Euangelista nominaretur et esset Mattheum inquit nomine. Rm. Statura erat rotarum et altitudo horribilis: totumque corpus plenum oculis. Et aspectus earum et opera quasi si sit rota in medio rote. Vsus. Per quattuor partes ibant et non reuertebantur cum ambularent. Et aspectus. Lectio nona.

Mattheus Hebraice: Latine dicitur donatus. Quod profecto nomen illi apte congruit: qui dantum superne gratie munus accepit. Vocabatur et leui: quod interpretabatur additus siue assumptus. Quia per electionem assumptus est a domino: et additus est ad numerum gradus apostolici. Vidit ergo dominus publicanum: et miserando ait illi. Sequere me. Sequere autem dixit non tam incessu pedum: quam executione morum. Et surgens: secutus est eum. R. Cum ambularent animalia ambulabant et rote iuxta ea. Quocunque ibat spiritus. Illuc pariter et rote eleuabantur sequentes eum. Vsus. Cum eleuarentur animalia de terra eleuabantur et rote iuxta ea. Quocunque. Gloria. Illuc pariter. Vsus. Dedisti hereditatem. In laudibus. a. Dilecti deo et hominibus sancti Euangeliste qui ornauerunt tempora christi bono odore vsque ad consummationem vite. ps. Dominus regnauit. an. Dederunt in celebrationem operis sancti decus: ideo memoria eorum est in benedictione in seculum seculi. ps. Jubilate. an. Ex omni carne laudauerunt nomen sanctum domini vt amplificarent nomen sanctitatis. p. Deus deus meus. an. Impleuit eos dominus spiritu sapientie et intellectus: iocunditatem et exultationem thesaurizauit super eos. ps. Benedicite. an. Datum est opus eorum in veritate: ideo in terra sua duplicia possidebunt: et leticia sempiterna erit eis in Christo. ps. Laudate. Cpm. Similitudo. Hymnus. Exultet celum. Vs. Annunciauerunt. an. In medio et in circuitu sedis dei quattuor animalia senas alas habentia oculis vndique plena non cessant nocte ac die dicere, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens qui erat, et qui est, et qui venturus est. ps. Benedictus. Oratio.

Beati Matthei Apostoli tui et Euangeliste domine precibus adiuuemur, vt quod possibilitas nostra non obtinet: eius nobis intercessione donetur. Per. Memo. de sancto Laudo episcopo et confes. oratio vt supra. Ad. i. a. Dilecti deo ps. Deus in nomine. an. Gratias. ps. Quicunque. Ad tertiam. an. Dederunt. ps. Legem pone. cpm Similitudo.

militudo. ℣. et ℟. de communi apostolorum ad omnes horas dicitur. Ad vi. añ. Ecce omnia. ps. Defecit. Capitulum.

Similitudo vultus animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium et quasi aspectus lampadarum. Ad ix. añ Datum est. ps. Mirabilia. Capitulum.

Hec erat visio discurrens in medio animalium splendor ignis: et de igne fulgur egrediens, et animalia ibant et revertebantur in similitudinem fulguris chorus sanctis. Ad ves. añ. Juravit. ps. Dixit dominus. et alie añe cum suis psalmis de cõi apostolorum. Cap. Similitudo. Rm. Cum ambularent. Hymnus. Exultet celum. ℟. Annunciaverũt. ℣. Sapientiam antiquorum exquisierunt sancti Evangeliste: et Prophetarum dictis narrationem suam confirmaverunt. ps. Magnificat. Oratio. Beati Matthei. Memoria solennis fiat de sancto Mauricio sociisq; eius. Oratio.

Annue quesumus omnipotẽs deus ut nos sanctorum martyrum tuorum Mauricij, exuperij, candidi, victoris, vitalis, innocentij ac sociorum eorundem letificet festiva solẽnitas: ut quorum suffragijs nitimur: natalicijs gloriemur. Per. ¶ Sancti Mauricij sociorumq; eius martyrum. ix. l. oro. ut supra. Ad matutinas. Lectio. j.

Dioclecianus quodã Romane reipublice princeps cum Maximiano collega imperium tenuit: qui eundem Maximianum i Galliam persequi christianos destinavit. Cuius in adiutorium: legionem thebeorũ ire precepit. Que legio sex milia sexcentos sexaginta et sex viros validos, et armis instructos habebat: qui oẽs christiani erant. Lc. ij.

Maximianus autem octodorum venit ibiq; ydolis sacrificaturus: iussit omnem exercitum suum ad sacrificia convenire. Quod cũ ad noticiam Thebee legionis pervenisset: octodorum preteriens ad locum cui agaunum nomen est: celeriter properavit. Tu. Lectio tertia.

Erant autẽ in eadem legione primicerius Mauricius, signifer exupertius, et candidus senator. Hi viri in rebus bellicis strennui erant et virtute nobiles: sed fide nobiliores. Dictumq; est eis cesarem iussisse: omnes milites dijs offerre libamina, et ut ipsi octodorũ redirent. L. iiij

Tunc hi qui legioni preerant responderunt sed ad committenda sacrilegia octodorũ nolle redire. Quod cum Maximiano nunciatum fuisset: ira repletus iussit decimũ quẽq; funesta morte perire. Traduntur ergo neci: quos ordo repperit numerandi. Lectio quinta.

Sanctus vero Mauricius paululũ a satellitibus regijs segregatus convocata legione: ait. Gratulor virtuti vestre commilitones mei: q amore religionis nullam vobis preceptum cesaris formidinem attulit. Gaudentibus quodammodo animis tradi ad necem gloriosam cõmilitones vestros vidistis. Lec vj.

Milites igitur xpi a sancto Mauricio

ricio confortati: equali itaqꝫ omnes animo vna voce cesari renunciant: dicentes. Non inquiras longius latitantes: nos omnes christianos esse cognosce. Cum ergo hec cesari nunciata fuissent: precepit vt iterū decimum quenqꝫ trucidarent. L. vij

Peraguntur igitur iussa crudelia: et reliqui vt octodorū veniant iubentur ad sacrificādum. Sanctus vero Mauricius Cesari nunciauit: dicens. Milites sumus imperator tui sed tamē seruitutem liberam confitemur deo a quo vite exordium sumpsimus: sequi in hoc imperatorem non possumus vt auctorem nostrum negemus deum. Christiani sumus: persequi christianos non possumus. In superabiles huius legionis animos cognosce. Tela proiicimus: fide catholicū pecus est firmatum. Occide prosterne: resecandas gladiis ceruices prebemus intrepidi. Lectio octaua.

Cumqꝫ verba legionis cesari nunciata essent: ille quasi nichil sceleris perpetratum fuisset: ire prope exercitum iubet: et circumdari legionē imperat: nullumqꝫ de tanto sanctorum exercitu reliqui. Omnis etas sine discretione a carnificibus perimitur. Lauantur ergo corpora sāctorum: et deuote deo anime fideli mortis professione commendantur. Sicqꝫ interfecta est illa plane beatorum legio. Lectio nona.

Peracta tandem cede: inter omnes sanctorum percussores preda diuiditur sic: vt quicunqꝫ legionis illius militem iugulasset: iugulati spoliis vteretur. Hic autem tantum de numero illorum: et multitudine Martyrum nobis comperta sunt nomina: scilicet Mauricij, Exuperij, Candidi, Victoris, Innocentij, atqꝫ Vitalis. Cetera vero nobis incognita in libro vite sunt scripta. Cetera de communi plurimorum marty. ℭ Sancte Tecle virgini. iij. lecti. cum nocturno omnia fiant de communi vnius virgi. non marty. non dicitur Te deum. quādo fest. sancte Tecle virgi. in sabb. iiij. temporum euene. fiant matut. de sancta Tecla ꝛ missa de quattuor temporibus. ℭ Sancti Firmini episcopi et marty. iij. lect. cum oratiōe de communi. Cetera omnia fiant de cōi vnius marty. et pontif. Ad matu. inuitato. simp. Lectio. j.

Firminus vero cum esset decem et septem fere annorum: litteris et catholica doctrina instructus: cepit religionis studio pficere. Nā ad ecclesiam horis singulis inhyanter intēdens laudes et honores deo et sanctis eius reddere properabat assidue. Lectio secunda.

Cumqꝫ proficeret annos fere septem in religionis studijs: ꝛ sapientie gradibus ad virtutum culmina promineret: et honestus presbyter in senectutis sue tempore aggrauatus esset: sepe dirigebat eos per vicos et suburbana ciuitatis: vt predicationis verbo populum iam deo deuotū confirmaret ꝛ ad christiane religionis studium reuocaret. L. iij.

Considerans vero honestus grātiam

etiam spiritalem in eo esse: direxit eũ ad honoratum Tholosane urbis episcopum, qui eum in episcopatus gradum et gratiam: impositis manibus consecrauit. Confessus est igitur christum in martyrio beatus Firminus episcopis et martyrizatꝰ est in ciuitate Ambianensium: sub die decimo kal. octobris. Cetera de cõi unius mar. et pont. ¶ Sanctorum mar. Cypriani Justine virgi. iij. lect. inuitatorium dup̃. cum oratione de cõi. Ad matut. Lectio. j.

Cyprianus vero episcopꝰ sanctam Justinam virginem promouit in monasterio virginum Abbatissam: et constituit eam matrem in monasterio virginum. Multos etiam Cyprianus per verbum dei illuminabat et conuertebat augẽs gregem christo. Sanctus vero Cyprianus episcopus per epistolas suas omnes, ut Paulus Apostolus consolabatur ac confirmabat: et per ciuitates singulas multos conuertebat de errore. Lectio secunda.

Malignus autem serpens ut assolet scilicet dyabolus per suos impios homines Eutholimio comiti orientis suggessit ꝙ Cyprianus ep̃s doctor christianorum: ipse destruit gloriam deorum nostrorum et oẽm orientem seducit per magicas artes: cum quadam virgine noĩe Justina suadens dijs non immolare. lc. iij.

Ducti sunt igitur Cyprianus et Justina ad fluuium qui vocat̃ gallus: ut decollarentur. Theognitus vero quidã christianus videns Cy-

prianũ quia ducitur decollari: currens osculatus est eum. Ferinus q̃dam regis cognatus hoc videns iratus: Theognitũ iussit decollari. Sicq; Cyprianus, Teognitus, et Justina martyrium consummauerunt. Cetera de cõi plur. morũ mar.

¶ Sãctorum Cosme et Damiani fratrum martyrum. iij. lc. Oratio.

Magnificet te domine sanctorum martyrum tuorũ Cosme et Damiani beata solennitas qua et illis gloriam sempiternam et opem nobis in effabili tua prouidentia contulisti. Per dominum. Ad matutinas inuit. dup̃. Lectio. j.

Temporibus Dyoclecia ni et Maximiani imperatorum: facta est persecutio christianorum i ciuitate Egea. Sedens itaq; proconsul lysias pro tribunali: sibi Cosmã et Damianum iussit p̃ntari. Cũq; sacrificare nollent, iussit eos vinctos torqueri: et sic in mari iactari. Sed statim angelus domini affuit: qui vincula eorum dirupit, et eiecit eos de mari illesos. Lectio. ij.

Audiens ista proconsul furore cõmotus: iussit eos in carcerem recipi. Sequenti autem die iussit eos produci: ignemq; copiosum succendi, et in eum sanctos martyres iactari. Ipsi vero in eo steterunt illesi: ita ut nec capillus eorũ exustus esset ab igne. Lectio tertia.

Tunc iussit eos in equuleum suspẽdi et torqueri: crucifixosq; lapidari, sed Angelus domini eos custodiebat illesos. Videns autẽ proconsul

ꝙ nichil eis nocere posset: turbatus vsq3 ad mortem, capita eorum amputari fecit. Et statim carnifices accedentes gladio amputauerunt capita eorum. Et sic i pace sanctas animas deo reddiderunt: suscipientes victorie palmam. Rm. Hec est vera fraternitas. Cetera de communi plurimorum martyrum.

Sancti Michaelis Archangeli. Ad vesperas super psalmos. aña. Excelsi regis filium collaudant ciues celici: quem Cherubin et Seraphin sanctus proclamant seduli. ps. fer. Capitulum. Apocalipsis. j.

Significauit deus que oportet fieri cito loquens per angelum suum seruo suo Johãni: qui testimonium perhibuit verbo dei, et testimonium Jesu Christi in his quecunq3 vidit. Rm. Te sanctum dominum in excelsis. Vsus. Cherubin. Hymnus.

Tibi Christe splẽdor patris vita virtus cordium in conspectu angelorum: votis voce psallimus alternantes ꝯcrepando, melos damus vocibus.

Collaudemus venerãtes omnes celi milites: sed precipue primatem celestis exercitus Michaelẽ in virtute conterentem zabulon.

Quo custode procul pelle rex christe pijssime omne nephas inimici: mũdo corde et corpore paradiso redde tuo nos sola clementia.

Gloriam patri melodis personemus vocibus gloriam Christo canamus: gloria3 paraclyto qui deus trinus et vnus extat ante secula. Amen. V. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. R. Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo. ãn. Dum sacrum mysterium cerneret Johannes Archãgelus Michael tuba cecinit: ignosce domine deus noster qui aperis librum et soluis signacula eius alleluya. ps. Mag. Oro.

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominũq3 dispensas concede propicius, vt quibus tibi ministrantibus i celo semper assistitur, ab his i terra vita nostra muniatur. Per. Tunc eat processio ad altare eiusdem cantando. R. Fidelis sermo. V. Stetit Angelus iuxta aram templi. R. Habens thuribulũ aureũ in manu sua. Oro.

Beati Michaelis Archãgeli itercessione suffulti te domine supplices deprecamur: vt quos honore prosequimur: contingamus et mente. Per. In redeundo de sãcta Maria. Ad comple. omnia fiãt sicut in fest. sancte Trinit. Ad matut. inuita. Cuncta agmina Angelorum adorant regem celorum. Et inter eos egregius Michael Archangelus venite adoremus. ps. Venite. Hymnus. Tibi christe. In primo nocturno. ãn. Introibo i domum tuam domine et adorabo ad templum sanctum tuum. ps. Verba mea. ãn. Stetit Angelus iuxta aram templi habens Thuribulum aureum in manu sua. ps. Domine dominus noster. ãn. Ascendit fumus aromatum in conspectu domini de manu angeli. ps. In dño confido.

Vsus.

Usus Stetit Angelus iuxta aram templi. Lectio prima.

Novem esse Angelorum ordines testante sacro eloquio scimus Angelos, Archangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos, Cherubin, et Seraphin. Enumeratis nunc angelorum choris eorundem ministeria subtiliter exprimamus. Greca etenim lingua angeli nuncij vocantur. R. Factum est silentium in celo dum committeret bellum Dracho cum Michaele Archangelo. Et audita est vox milia milium dicentium. Usus Salus honor et virtus omnipotenti deo. V. Milia milium ministrabant ei et decies milies centena milia assistebant ei. Salus Lectio. ij.

Sciendum est quod angelorum vocabulum nomen officij est non nature. Nam illi sancti celestis patrie, semper quidem spiritus sunt sed tunc solum angeli vocantur cum per eos aliqua nunciantur, sed qui minima nunciant angeli: qui vero summa nunciant Archangeli vocantur. R. Stetit Angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua: et data sunt ei incensa multa. Et ascendit fumus aromatum de manu Angeli in conspectu domini. V. Factum est silencium in celo et accepit Angelus thuribulum et impleuit illud de igne altaris. Et ascendit. Lectio tertia.

Hi idcirco priuatis nominibus censentur ut signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Non enim ideo propria nomina sortiuntur ne eorum persone sine nominibus scire non possint in celo. Sed cum ad nos aliquid ministraturi adueniunt apud nos etiam nomina a ministerijs trahunt. R. Hic est Michael archangelus princeps militie angelorum. Cuius honor prestat beneficia populorum. Et oratio perducit ad regna celorum. V. Archangeli christi per gratiam quam meruisti te deprecamur ut eripias nos a loqueo mortis. Cuius. Gloria. Et. In iij. noc. an. Michael archangele venit in adiutorium populo dei. ps. Domine quis ha. an. Michael prepositus paradisi quem honorificant angelorum ciues. ps. Exaltabo an. Gloriosus apparuisti in conspectu domini: propterea decorem induit te dominus. ps. Omnes gentes. V. Ascendit fumus. Lectio quarta.

Michael quis ut deus. Gabriel autem fortitudo dei. Raphael vero dicitur medicina dei. Et quia angelorum nomina interpretando perstrinximus nunc superest ut ipsa officiorum vocabula breuiter exequamur. Uirtutes enim vocantur illi spiritus per quos etiam miracula frequenter fiunt. Potestates etiam vocantur hi qui hoc potentius ceteris in suo ordine perceperunt ut eorum ditioni virtutes aduerse subiecte sint et refrenate: ne corda hominum tantum tentare valeant quantum volunt. R. Uenit michael archangelus cum multitudine Angelorum cui tradidit deus animas sanctorum. Ut perducat eas in paradisum exultationis.

ultationis. Hus. Data est potestas Archangelo Michaeli sup animas sanctorum. Ut. Lectio quinta.

P Rincipatus etiam vocantur qui ipsis bonis Angelorum spiritibus presũt: et eis divina mysteria explenda disponunt. Dominationes autem vocantur: qui etiã potestates principatuum dissimilitudine alta transcendunt. Qui cum mira potentia preeminent: pro eo quod eis cetera agmina ad obediendum subiecta sunt dominationes vocantur. Rz. In tempore illo consurget Michael qui stat pro filijs vestris. Et veniet tempus quale nõ fuit ex eo quo gẽtes esse ceperunt usque ad tempus illud. Vs. In tempore illo salvabitur meus populus oĩs qui inventus fuerit scriptus in libro vite. Et veniet tempus. Lectio sexta.

T Hroni quoque illa agmina vocantur: quibus ad exercenda suo iudicia semper deus presidet: qui tanta deitatis gratia replentur, ut in eis dominus sedeat: et per eos sua iudicia decernat. Cherubin quoque plenitudo scientie dicitur. Et idcirco Cherubin vocantur quia tanto perfectiore scientia plena sunt, quanto claritatem dei vicinius contemplantur. Seraphin vocantur agmina: que ex singulari propinquitate conditoris sui incõparabiliter ardent amore. Quorum profecto flamma amor est. R. Fidelis sermo et omni acceptione dignus Michael archangelus qui pugnavit cum dyabolo. Gratia dei ille victor in celis extitit. Et ille hostis antiquus passus est ruinã magnam. V. Gaudent Angeli et exultant archangeli et collaudant christum regem virtutes celorum: quia qui seducebat omnes gentes perẽptus est a Michaele Archangelo. Gratia. Gloria. Et ille. In iii. noc. ãn. Concussum est mare et contremuit terra ubi Archangelus Michael descendebat de celo. Ps. Dñs regnavit exul. ãn. Data sunt ei incensa multa ut adoleret ea ante altare aureum: quod est ante oculos domini. Ps. Dñs regnavit irasc. ãn. Laudemus dominum quem laudant angeli quem Cherubin et Seraphin sanctus, sanctus, sanctus proclamant. Ps. Benedict⁹. V. In cõspectu ange. Secundũ matteu. xviij.

I N illo tempore. Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes. Quis putas maior est in regno celorum? Et advocans Jesus parvulum: statuit eum in medio eorum. Et reliqua. Omelia beati Maximi episcopi. Lectio septima.

S I diligenter audistis evangelicam lectionẽ: intelligere potestis que ministris dei reverentia debeatur: vel qua ipsos clericos invicem humilitate se oporteat prevenire. Ait enim dominus percunctantibus discipulis: quis eorum in regno celorum maior esset futurus statuto coram eis puero: Quicũque humiliaverit se sicut parvulus iste: hic maior est in regno celorum. Rz. In conspectu angelorũ psallam tibi: vos enim in cordibus vestris adorate et timete dominum. Angelus enim

enim eius vobiscum est. ℣. Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione. Angelus. L. vi.

Ex hoc intelligimus quod humilitate peruenitur ad regnum: simplicitate penetratur ad celum. Quicunque ergo cupit diuinitatis vestigia apprehendere: humilitatis ima sectetur. Quicunque vult fratrem suum preuenire regnando: prius illum preueniat obsequendo. Sicut ait apostolus. Honore inuicem preuenientes. ℟. In conspectu Angelorum psallam tibi: et adorabo ad templum sanctum tuum: et confitebor nomini tuo domine. ℣. Deus meus es tu et confitebor tibi deus meus es tu et exaltabo te. Et. L. ix.

Uincat ergo eum officiis vt possit vincere sanctitate. Si enim te non leserit fratris obsequium meretur vt diligas. Quod si forsitan lesit magis obsequium meretur vt vincas. Hec enim nostre christianitatis summa est vt amantibus vicissitudinem: ledentibus patientiam rependamus. Qui ergo fuerit patientior ad iniuriam, potentior constituetur in regno. Non enim ad imperium peruenitur celorum superbia: diuitijs, prefectura: sed humilitate: paupertate, lenitate. Arcta enim et angusta est via: que ducit ad regnum. Tam enim angusta est diuiti porta celestis: quam est camelo acus foramen exiguum. Unde ait dominus. Facilius est camelum per foramen acus transire: quam diuitem intrare in regnum celorum. ℟. Te sanctum dominum in excelsis laudant omnes Angeli dicentes. Te decet. Laus et honor domine. ℣. Cherubin quoque et Seraphin sanctus proclamant et omnis celicus ordo dicentes. Te decet. Gloria. Laus et honor. ℣. Ascendit fumus. ℟. In conspectu dñi. ¶ In laud. an. Dum preliaretur Michael Archangelus cum dracone: audita est vox dicentium salus deo nostro, all'a. ℣. Dñs regnauit. an. Dum committeret bellum draco cum michaele archangelo audita est vox milia milium dicentium salus deo nostro. ℣. Jubilate deo. an. Archangele michael constitui te principem super omnes animas suscipiendas. ℣. Deus deus meus. an. Angeli domini dominum benedicite in eternum. ps. Benedi. an. Angeli, archangeli: throni et dñationes, principatus et potestates virtutes celorum laudate dominum de celis alleluya. ps. Laudate. Capitulum. Significauit. Hymnus.

Christe sanctorum decus angelorum, rector humani generis et auctor: nobis eternum tribue benignus, scandere celum.

Angelum pacis Michael ad istam, celitus mitti rogitemus aulam: nobis vt crebro, veniant et crescant prospera cuncta.

Angelus fortis Gabriel vt hostem pellat antiquum volitet ab alto: sepius templum veniens ad istud, visere nostrum.

Angelum nobis medicum salutis mitte de celis Raphael: vt omnes sanet egrotos pariterque nostros, dirigat actus.

Hinc

Hinc dei nostri genitrix maria totus et nobis chorus angelorum semper assistat simul et beata concio tota. Prestet hoc nobis deitas beata patris ac nati: pariterque sancti spiritus cuius reboat in omni gloria mundo. V. Laudate dominum omnes angeli eius. R. Laudate eum omnes virtutes eius. sine Alleluya. ã. Factum est silentium in celo dum draco committeret bellum et michael pugnauit cum eo et fecit victoriam Alleluya. ps. Benedictus. Oratio. Deus qui mi. ¶ Ad i. ã. Dum preliaretur. ps. Deus in no. ã. Gracias. ps. Quicunque. R. Jesu christe. cum Alleluya. V. Qui sedes. ¶ Ad iii. ã. Dum committeret. ps. Legem pone. Cpm. Significauit. R. Stetit Angelus iuxta arã templi alleluya alleluya. Vsus. Habens Thuribulum aureum in manu sua. Vsus. Ascendit fumus. Oratio vt supra. ¶ Ad sextam. ãn. Archangeel. ps. Defecit. Capitulum. Apoc. xii.

Factum est prelium in celo Michael et Angeli eius preliabantur cum Drachone: et Draco pugnabat et angeli eius: et non preualuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in celo. R. m. Ascendit fumus aromatum. Alleluya. Alleluya. V. In conspectu domini de manu angeli. Vsus. In conspectu Angelorum. Oratio vt supra. ¶ Ad nonam. ãn. Angeli. ps. Mirabilia. Capitulum. Apo. viij.

Factum est silentium in celo dum Dracho committeret bellum: et Michael pugnauit cum eo et fecit victoriam. R. m. In conspectu Angelorum psallam tibi deus meus. Alleluya alleluya. Vsus. Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo. V. Laudate dominum omnes angeli eius. R. Laudate eum omnes virtutes eius. cum Alleluya. Hac die erunt vespe de sancto hieronymo: hoc mõ. Ad ves. sup psal. ã. Iustum deduxit. Cpz. Dedit dominus. et alia cpz. quere in festo sancti Augusti inante festum decollationis sancti iohannis Baptiste. R. Miles christi. Hy. Iste confessor. V. Amauit eũ. Confessor. ps. Magnificat. Oro.

Deus qui nobis beatum hieronymum confessorem tuum sacerdotemque tuum scripture sancte veritatẽ et mystica sacramenta reuelare dignatus es, presta quesumus: vt cuius natalicia colimus, eius semper et erudiamur doctrinis, et meritis adiuuemur. Per dominum nostrum Jesum Christum. Memoria de sancto Michaele solen. cum hac ãn. Michael, Gabriel, Cherubin, et Seraphin qui nõ cessant clamare quotidie dicentes: dignus es domine accipere gloriam Alleluya. V. Laudate dominum omnes angeli eius. Oratio. Deus qui miro ordine. Ad completorium omnia fiant sicut in festo sancte trinitatis. Ubi vero dedicata est ecclesia in honore sancti Michaelis archangeli: tunc erunt vespere de eo hoc modo. Ad vesperas de sancto Michaele. ã. Dum preliaretur michael ar. Psalmi feriales. Capitu. Significauit.

Significauit deus. ℟. Fidelis sermo. Hymnus. Tibi Christe. ℣sus. Laudate dominum omnes angeli eius. an. Michael, Gabriel, Cherubin, vt supra. ps. Magnificat. Oratio. Deus q̄ miro ordine. Memoria de sancto Hieronymo solen.

In festo sancti Hieronymi presbyteri et confessoris atq̧ doctoris. ix. lect. fiant duplex fest. Ad matucin. inuitatorium. Iustus florebit. ps. Venite. Hymnus. Iste confessor. &c. pi et ℣. de communi vnius confessoris et pontificis. Lectio prima.

Hieronymus vir in oppido stridonis quod a gothis versum est: dalmacie quondam pānoniocq̧ confinium fuit: patre eusebio natus est. Vestem Christi puer Rome suscepit: ibicq̧ litteris Grecis ac Latinis a primeuo erudit⁹ est. In arte quidem Grammatica donatum habuit preceptorem. In Rhetorica vero victorinum orationem. ℟m. Euge serue. Lectio secunda.

Postquam enim omne mundanarum litterarum studium adeptus est: probatissimorum monachorum habitū factumcq̧ imitatus est. Voluptatē corporis perenni frangens ieiunio. Post triennium quidem ex clericorum monachorumcq̧ ordinibus pro petulantia quoq̧ ingluuie discursantes ad effugandum ab vrbe Hieronymum qui vtrorumcq̧ eorum scribens vicia reprehenderat insidias parauerunt. ℟m. Iustus germinabit. Lectio tertia.

Egressus igitur Romam ad orientem tendens ad Gregorium Cōstantinopolitane vrbis Episcopum profectus est. Ubi sanctarum scripturarum studiis sufficienter eruditus: in Syriam perrexit. Ad deserta inde loca letus properauit: et post quadriennium in ibi completū Bethleem perrexit. ℟. Iurauit dominus. Cetera omnia ℟ia dicuntur per ordinem de cōi vnius cōfessoris et pontificis. Lectio quarta.

Bethleem igitur manens tantum nobis in diuine scripture translatione profecit: vt ad Hebreorum fontem pene non egeamus accedere. Litteris namcq̧ grecis latinis atq̧ hebraicis sufficienter edoctus: omnes veteris testamēti libros ex hebreo in latinum conuertit. Lectō. v.

Danielem quocq̧ caldaico stilo locutum: et iob iustū Arabico in Romanam linguam mutauit. Psalterium quocq̧ per ferias distinxit: et vnicuicq̧ feri nocturnum dedit. Euangelium Matthei ex Hebreo fecit esse Romanum Epistolas et Euangelia per anni circulum dicēda: et cetera ad officium pertinētia rationabiliter ordinauit. Lectio. vi.

Nunquam hereticis pepercit. Unde contra celsum porphirium et iulianum Augustum aliosq̧ contra Christum laerantes magno sudabat ingenio. Quantus fuerit iste sanctus: ex testimonio sancti Augustini probatur. Nam in libro primo cōtra errorem Iuliani Manichei, sic ait. Nec sanctum Hieronymum contemnendum arbitreris: qui ab oriente in occidentem ad instar solis

Remigii sociorūq̄ eius. Octo.
lis resplenduit. Hic vero sanctus expletis octogintaocto annis domino requieuit. Tres vltime lecti. legantur de expositione Euangelii. Secundum Matheum. v.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Uos estis sal terre: q̄ si sal euanuerit in quo saliet. Et reliqua. Omelia excrepta de diuersis tractationibus. Lectio. vii.

Predixerat dominus discipulos suos pro sui nominis confessione persecutionem passuros. Et vt eos cōsolaretur: subiunxit dicens. Uos estis sal terre. Acsi diceret. Illi persequentur vos, sed nolite timere: q2 sal terre vos eritis. Lectio octaua.

Per sal autem celestis sapiētia designatur. Sal autem per aquam & ardorem solis et flatum venti ex altera natura commutatur alteram. Sicq̄ Apostoli et Apostolici viri p aquam baptismatis et ardorem fidei et per flatum vēti idest donum spiritussancti ex terrena generatiōe in spiritualem sunt cōmutati. Lc. ix.

Salis natura hec est, humores exsiccat, fetorem aufert, vermes procreare nō sinit. Ita et celestis sapientia carnaliū cogitationum & delectationum humores exsiccat, male conuersationis fetorem aufert, libidinose cogitationis vermes procreare non sinit. Illum vermen extinguit de quo Esayas ait vermes eorum non morietur: et ignis eorū non extinguetur. In laud. a. Justū deb. ps. Dominus reg. et alie ae q sequuntur. cap. Dedit do. hy9. &c. de cōmis con. & pon. cū cap. sicut in fes. s. Scti Thome. herfor epi & cōfes. augu. Ad. n. vs. an. Justum deb. pi k r. cap. Dedit do. ꝟ. Sancte Hieronyme christi confess. hy9. Jesu redē. ꝟ. Justus ger. in. Iste est. b. Magorate. vbs. Mēo. de. s. remigio sociisq̄ eius epis et confessor. Oratio.

Exaudi quesumus dn̄e populum tuum cū sanctorum confessorū tuorum remigii, Germani, vedasti et bauonis episcoporum tibi patrocinio supplicantem: vt & tēporalis vite tribuas nos pace gaudere: et eternum reperire subsidiū. p Me. de s. meloro mar. cū a. et or. de cōi. ¶ Sctōr remi. germa. veda. et bauo. epor et cōf. Ad mat. &c. Tres pr. l. de de cōi plu. cōfes. et tres. med. l. de s. melo. de cōi vni9 m. & iii. vlt. l. de expo. eua. Sint lūbi. Et sic fiant ix. l. &c. de cōi plu. cōfes. cū supradicta or. scz. Exaudi qs de. Hac die erūt ves. de s. remigio sociisq̄ eius & me. de sctō thoma herford. nō sap. Mēo.

Deus qui ecclesiam tuā vbi pontificis Thome angelica puritate et virtutum gloria decorasti: concede nobis famulis tuis: vt eius suffragantibus meritis angelorum cū ipso mereamur agminib9 sociari. Per. Mēo. de sancto leodegario episcopo et martyre. Oratio.

Deus qui hodierna die beatū leodegarium martyrem tuum atq̄ pontificem gloria & honore coronasti: tribue nobis propici9: vt qui gloriam nō meremur indulgentiam ipso interueniente consequamur. Per. ¶ Scti Thome herfordē epi et confes. Nota q̄ hoc fes. sancti Thome ē fest. synodale: ideo

dicentur

dicentur hac die tm̃.iii.l. de s. leodegario cum inuit. simp. et cpm. Dis pontifex. nichil dicetur de scto Thoma extra dyoces. Herford. Ad matu. de sancto Thoma. Lectio prima

Beatus Thomas natione anglicus: Angelicus homo iste de nobilibus parentibus et catholicis originem trahens a primeua etate morum honestate preclarus. Sic in studiis litterarũ sollicitus profecit: q tam in humanis scientiis quam in diuinis honorem magisterii est adeptus. Lectio .ii.

Hic demum in ecclesia Herfordẽsi pastor effectus sp studuit de virtutem virtutem ingredi. Qui in virtutum culmine positus i templo dei sic effulsit: vt merito dici posset presulum gemma. Iura vero ecclesie sue viriliter defendebat indutus iusticia vt lorica. Lectio tertia.

Hic pontifex curam inopũ gerens in elemosynis ciborum pannorũq3 s semper propriis ministrans manibus. In iustis operibus semp deuotus: corpus macerabat propriũ multo ieiunio. Obitum suum sciẽs appropinquare: fratribus congregatis in vnum dixit dissolutionem sui corporis imminere. Sociis suis dans osculum pacis emisit spiritũ. Medie lect. de sancto Leodegario marty. et pontifi. Lectio prima.

Beatus Leodegarius ex nobilissima frãcorum progenie exortus: in Augustudunensi vrbe deo disponente pontifex effectus est. Quem ebroinus maior domus regie exosum habuit: q nec ei adulabatur vt ceteri, nec minas eius timuit. Mortuo autem rege: ebroinus pluribus exosus precib9 Leodegarii liberatus a morte, in Monasterio tonsuratus est. Sed quia Christo militare non potuit, secularia arma arripiens totum qđ passus fuit in Leodegarium vindicare disposuit. Lectio secunda.

Cunq3 hostilis ebroini exercitus irrumpere festinaret: timens vir sanctus ne quid damni commissus sibi grex pateretur: aptis claustris sponte se pro omnibus obtulit inimicis: qui mox ab eis capite oculos eruerunt. Lectio tertia.

Post hec in custodia positus: fame cruciatur et tamen incessanter gratias deo agebat. Quod cum cognouisset ebroinus: labia eius secari fecit. Sed cum nec sic a gratiarũ actione cessaret: iussit eum clam i abscondita siluarum duci: et ibi decapitari. Quo facto: a religiosis viris decenter est sepultus. Tres vlti. lc. de expo euange. Homo quidam peregre. Cetera de cõi cũ predicta oratiõe. ¶ Sctẽ fidis virginis et mar. iii. l. cp. Dñe deus meus. Oratio.

Deus qui pñtem diem beate fidis virginis martyrio facis esse solennem: presta ecclesie tue vt cuius meritis gloriatur: eius pcibus adiuuetur. Per. Ad matuti. inuitatorium simplex. Lectio .i.



Sancta Fidis Aganensium ciuitate fuit oriũda: nobilibusq3 parentibus procreata. Iuuenis q̃dẽ etate tempore passionis: sed sensu et

opere

opere senex apparuit pulchra facie sed pulchrior fide. Hanc preces sceleratissimus nomine Dacianus civitatem prefatā ingressus: suis aspectibus iussit presentari. Lctō ij.
Preses igitur ab illa interrogavit nomen: et cultum fidei sue. Virgo respondit. Fides vocor. Preses dixit. Quis est cultus fidei tue? Sācta respondit. Et ab exordio iuventutis mee christiana sum: et domino Jesu Christo devotissima mente deservio. Lectio tertia.
Tunc preses ira accensus iussit lectum ereum afferri, et illam super imponi: ac subter ignem poni. Multi autem sancte fidis videntes Cōstantiam: in christum crediderunt. Postea vero ducta est beata fides una cum beato Caprasio ac duob' fratribus Primo et Feliciano qui pariter sub una Christi confessione decollati sūt. De quorum passione pridie nonas Octobris nos gaudere voluit Christus: cui est honor in secula. Tu autem. Et cetera de communi unius virgi. et martyr.
¶ Sanctorum Marci, Marcelliani et Apulei martyrum novem lc. de communi plurimorum martyrū cum invitato duplici. Oratio.
Sanctorum martyrum tuorum nos dñe Marci, Marcelliani et Apulei beata merita prosequantur: et tuo semper faciant amore ferventes. Per dñm. Cetera de communi plurimorum martyr.
¶ Sancti Dionysij sociorumque eius martyrum. Ad vesperas. aña. Sancti per fidem. ps. ferie. cpm. Justorum anime. ℣. m. Letamini. ān.
Insignes preconiis alme tue nobilitatis consonant voces, collaudantes verbo supplici prosequamur: ave incliyte martyr angelorum consors, apostolorum socius, Prophetarum concivis et martyrum coheres: sācta Dionysi cum socijs tuis intercede pro nostra omniumque salute. ps. Magnificat. Oratio.
Deus qui hodierna die beatum Dionysium virtute cōstantie in passione roborasti: quique illi ad predicandum Gentibus gloriam tuam rusticum et eleutherium sociare dignatus es: tribue nobis quesumus ex eorum imitatiōe pro amore tuo prospera mundi despicere, et nulla eius adversa formidare. Per dominum. Ad matu. invitato.
Adoremus regem magnum dominum. Qui in sanctis suis semper est mirabilis. ps. Venite. Hymnus. Sanctorum meritis. In. i. noc. ān. Sanctus Dionysius qui tradente beato Clemente, beati Petri Apostoli successore verbi divini semina gentibus eroganda susceperat. ps. Beatus vir. ān. Quo amplius gentilitatis fervere cognovit errorem: illuc intrepidus ac calore fidei armatus accessit ac parisius domino ducente pervenit. ps. Quare fremuerunt. ān. Non veritus incredule gētis experere feritatem: quia virtutem suam preteritarum penarum recordatio roborabat. ps. In dño confido. ℣. Letamini. Lectio. i.
Preciosus domini Dionysius Athleta post passionem Petri et

et Pauli romam veniens: a beato papa clemẽte honorifice susceptus est. Qui dixit ei. In tui sortem apostolatus omnem galliam suscipe, opusqꝫ fac euangeliste: sociosqꝫ ei adhibens, data omnibus pace dimisit eos a se. ℟. Post passionem domini in vniuersis gẽtibus predicatio profutura successit: ita vt fide crescẽte multi mererentur fieri confessores. Quos catholica post modum gaudet ecclesia promeruisse martyres. ℣. Qui cum imminere suas cernerent passiones qui domino iesu christo docente didicerant repleti spiritussancti gratia docuerunt. Quos. Lectio secunda.

SAnct⁹ igitur dionysius quo amplius apud gallias feruere cognouit gentilitatis errorem: illuc intrepidus ⁊ fidei calore armatus accessit ⁊ parisius dño ducente peruenit. Ubi cum maximam christi gratiã in lucrandis populis fuisset adeptus: ecclesiam construxit et officia clericorum dño seruientium ibi constituit, probatasqꝫ personas honore secundi ordinis ampliauit. ℟. Gratias ago tibi dñe qui infestantis inimici iacula probationem fidelium tuorũ prestitisti esse ⁊ non vulnera: sed talem tuis martyrib⁹ tribuis pro labore mercedem. Ut nullum tuorum gaudeat fuisse hostis imbellem. ℣. Plus. Quinimmo perpetuum eis largiris triumphũ vt ecclesie tue semper sint in exemplum. Ut. Lectio tertia.

TAntas per illum domin⁹ dignabatur exercere virtutes vt rebellium corda non minus miraculis q̃ predicatione obtineret. Dirigitur a domiciano sisinni⁹ prefectus vt ydolis dionysium sacrificare compelleret: aut securi percuteret. ℟. Beatissimus dionysius christi martyr tradente beato clemente eroganda gentibus semina diuina suscepit. Et quo amplius gentilitatis errorem feruere cognouit. Illuc intrepidus ⁊ calore fidei armatus accessit. ℣. Et parisi⁹ dño ducẽte puenit: nõ verit⁹ icredule gẽtis expetere feritatẽ. Et quo. Gl̃ia. Illuc.

¶ In .ii. noc. ã. Ecclesiã illis q̃ necdũ in locis erat: ⁊ ppl'is ille nouã cõstruxit ac officia seruiẽtiũ clericorũ ex more ꝯstituit probatasqꝫ psonas honore scdi ordinꝫ ãpliauit. ps. Dñe q̇s habitabit. an. Cinctus ergo fide ⁊ misericordiam anteponens paulatim sociabat deo quos dyabolo subtrahebat. ps. Conserua. an. Miroqꝫ modo inermi viro non valebat plebs armata resistere. ps. Domini est terra. ℣. Exultent iusti in conspectu dei. Lectio quarta.

TUnc sanctus dionysius capitur: et cum sanctis rustico et eleutherio coram prefecto sistitur. Cui prefectus ait. Tu es ne ille senex: qui deorum culturas euacuas. Cui sanctus dionysius ait. Senex quidem sum corpore: sed feruore fidei ⁊ salutari confessione domini mei iesu christi maneo semper nouus: ⁊ nouos ei filios gignere nõ cesso. Tu autem. ℟. Tantas per illum domin⁹ dignabatur exercere virtutes. Ut rebellium corda non

minus miraculis q̃ predicationib⁹ obtineret. Vꝰ In quo lux celestis grãe ineffabiliter radiabat. Ut s. v.

P Refectus dixit ad beatum dionysium. Dic cuius numinis te profiteris esse cultorẽ. Tunc hi tres quasi ex vno ore responderunt. In hoc inquiunt manifestum est nos esse verissimos christianos: cum corde credamus, ore confiteamur, et opere pio colamus patrem ꝛ filiũ ꝛ spiritum sanctũ trinum et vnũ deum ac dñm. R. Dũ sacrum mysteriũ sanctus dionysius celebraret in carcere: apparuit ei dñs ies⁹ christus cũ multitudine angelorũ. Dãsqꝫ illi sctã dixit. accipe hoc care me⁹ qđ mox cõplebo tibi vna cũ patre meo. V. Mecum enĩ est maxima merces tua ꝛ his q̃ audierunt te salus in regno meo. Dansqꝫ. Lectõ. vi

I Ratus vero prefectus: iussit eos variis tormentis affici. Et cum nec sic a laude christi cessarent: in carcerem eos recludi fecit. Ubi cum beatus dionysius sacrum mysterium celebraret: hora qua frãgebatur panis sanctus: lux tanta resplẽduit super eum vt omnes qui aderant mirarentur. R. Mecum est maxima merces tua et his qui audierunt te salus in regno meo. Nunc facies fortiter. Et erit nomẽ tuum in laude. V. Dilectio et benignitas quam habes semper et pro quibuscunqꝫ petieris impetrabis. Nunc facies. Gloria patri. Et erit. ¶ In tertio nocturno. aña. Tantas per illum dominus dignabatur exercere virtutes vt rebellium corda non minus miraculis q̃ predicationibus obtineret. Ps. Exultate iusti. Añ. Dum sacrum mysterium beatus dionysius celebraret in carcere: apparuit ei cum multitudine angelorum dñs iesus christus. Ps Benedicam. Añ. Dansqꝫ illi sancta dixit. accipe hoc care me⁹ quod mox complebo tibi vna cum patre meo. Ps. Deus venerunt. V. Iustorum anime. Lectio septima.

I N predicta autẽ luce veniens dñs iesus christus: accepit panẽ sanctũ ꝛ dedit illi dicens. Accipe hoc care me⁹ quod mox ꝯplebo tibi vna cum patre meo: qm̃ mecum est maxima merces. tua et his qui audierunt te salus in regno tuo. Nũc facies fortiter: et erit nomen tuũ in laude. Dilectio ꝛ benignitas quam habes semp ꝛ pro quibuscũqꝫ petieris impetrabis. R. Adest nãqꝫ beati dionysii sacratissima dies in qua triũphans agonẽ expleuit. Et coronã victorie accipere meruit de manu dñi. V. Quẽ dñs post apł̃os sic honorauit: vt oẽm galliã ei⁹ apostolatu insigniret: quiqꝫ eam suo sanguine consecrauit. Et coronã. L. viii

P Ost hec adducti sunt beati martyres ad presẽtiam prefecti. Qui cum sacrificare nollent: ducti sunt ad locum decollationis. Ubi cuꝫ genibus flexis orationem fudissent protensis ceruicibus vno eodemqꝫ momento decollati sunt. Reddentesqꝫ terre corpora: beatas animas celo intulerunt. R. Uir inclyt⁹ dionysius martyr domini preciosus, succensus igne diuini amoris

ris cōstanter sustinuit supplicia pas sionis. Et per immanitatem tormē torum peruenit ad societatem an- gelorum. ℣. Cuius intercessio no- bis obtineat veniā: qui per tormen ta passionis eternam meruit pal- mam & sempiternam coronam. Et per immani. Lectio nona.

Quorum etiam capitibus abscisis lingue dñm fatebantur. Ad decla- randa quoque martyris dionysii me rita: sanctum cadauer se erexit & ca put proprium brachiis pendulis ce pit vectitare, et ad locum vbi nunc iacet portauit. ℟. Beatus dionysi- us rusticus & eleutherius in hac er- go fidei cōstantia pmanētes. Red- dentes terre corpa. Beatas aīas ce lo cū gaudio intulerūt. ℣. Beatorū aīe sctōrū dionysii rustici, & eleuthe rii, relictis glebis secuti sūt saluato rē. Reddētes. Gloria. Beatas. ℣. Justi aūt imperpetuū viuēt. ¶ In lau. ān. Hi scti viri a beati dionysii nūq̄ sustinuerūt abesse pñtia: quos inunū interrogatio pcussoris inue- nit. ps. Dñs reg. ān. In hac ergo fi- dei constātia permanētes reddētes terre corpora beatas celo aīas intu lerūt. ps. Jubilate. ān. Tali nāque ad dñm meruerūt professione migra- re vt amputatis capitib⁹ adhuc pu taretur lingua palpitans dño cōfi- teri. ps. Deus de⁹ me⁹. ān. Beata ni miū & deo nr̄o grata societas: inter quos nec prim⁹ alter potuit esse nec tertius, sed trinitatē confitētes: tri no meruerūt coronari martyrio. ps. Benedicite. ān. Et facta est comes multitudo celestis exercitus exani mi corpis beati dionysii caput pro- prium deportantis laudans deum et dicens: gloria tibi dñe. ps. Lau- date. Cpm. Justorum anime. Hy⁹ Rex gloriose martyrū. ℣. Mirabi- lis deus. ān. Adest namque bti diony- sii sacratissima dies: in qua trium- phās agonem expleuit: et coronam victorie accipe meruit de manu dñi ps. Benedictus. Orō. Deus qui ho dier. ¶ Ad .i. ān. Hi sancti viri. ps. Deus in no. Ad .iii. ān. In hac. ps. Legem pone. Capm. ℟. & ℣. de cōi pluri imorum martyrū. ad oēs hor. dñr. Ad .vi. ān. Tali namque. ps. De fecit in. Ad .ix. ān. Et facta est. ps. Mirabilia. Ad scdas vesp. ān. Hi sā cti viri. ps. fer. cpz. Justorū aīe. hy⁹. Rex gloriose marty. ℣. Mirabilis deus. ān. O beate dionysi magna est fides tua itercede pro nobis ad dñz deū nostrū vt qui qualitate tibi su- mus dissimiles sua gr̄a largiēte fa- ciat esse cōsortes. ps. Magnificat. orō vts. Memo. de sctō gereone so ciisque eius martyrum. Oratio.

Presta q̄s oīpotēs deus: vt sicut sctōrum martyrum tuorum Gereōis, victoris cassii, florētii, sociorumque eius: nos natalicia celebrāda non deserunt, ita iugiter suffragia comitentur. Per. ¶ Sancti gereonis sociorūque eius mar. lec. cū inuita. simplici om nia fiant de cōmuni plurimorū mar tyrum cū predicta oratione. Presta q̄s oīs deus. ¶ Sancti nichasii so- ciorumque eius marty. Oratio.

Deus qui sanctam nobis hu ius diei solennitatem: in

 hono-

honore sanctorum martyrum tuorum nichasii, quirini, et scuuiculi cõsecrasti: adesto familie tue precibus et dona, vt quorum festa celebramus eorũ merito et auxilio subleuemur. Per. Ad matut. iii. lect. cum inuitatorium duplex. Lectio prima.

Beatus Nichasius episcopus et quirinus presbyter scuuiculusque dyaconus, qui a beato clemente cum beato dionysio ad predicandum in gallias directi fuerant ad vrbem rothomagensium voto communi pergere decreuerunt. Quibus sisinnius a domiciano ad delendum nomen christianitatis directus sic ait. Estis ne vos seductores pessimi: qui cum sine illo quem parisius extinxi, ad euertendum populũ venistis. Lectio secunda.

Tunc sanctus nichasius ait. Non enim sumus seductores: sed reductores hominum ad cognitionem creatoris sui. Sisinnius vero ait. Quia ergo conuertitis populum: conuertite vosmetipsos ad culturam deorum nostrorum. Quod si nolueritis: in conspectu omnium quos decepistis male subiacti, peribitis de terra. Cui sãcti martyres: quasi ex vno ore dixerunt. Ne putes hoim stultissime et scelestissime nos minis tuis terreri. Quod enim minaris: diu est quod optauimus. Lec. iii.

Tunc sisinnius fecit eos decollari: et corpora eorum canibus et auibus derelinqui. Succedente vero nocturno silentio: sancti apprehensis propriis capitis capitibus peruenerunt ad fluuium cui vocabulum est etta. et transmeato vado: quod nũc vadum nichasii dicitur requieuerunt in insula eiusdem fluminis amenissima vbi ecclesia ad eorum honorem constructa est in possessione quondam sapientie matrone eorũ monitis ad fidem conuerse. Et cetera de cõi plurimorum martyrum.

Translatio sãcti edwardi regis et confes. dup. festũ. Ad ves. a. Amauit eum. ps. ferie. cpm. Iustum deduxit. R. Miles christi. Hy. Iste confessor. V. Amauit ãn. Similabo. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui beatũ edwardum regem confessorem tuum eternitatis gloria coronasti: fac nos quesumus ita eum venerari in terris, vt cum eo regnare possimus in celis. Per. Tunc eat proces. ad altare eiusdem cantando V. m. Sancte edwarde christi confessor. V. Ora pro nobis. Oratio.

Deus qui vnigenitum filium tuum dominum nostrum iesum christum glorioso regi edwardo in forma visibili demõstrasti: tribue q̃s: vt eius meritis et precibus, ad eternã ipsius dñi nostri iesu xp̃i visionẽ ptingere mereamur. Qui. In redeũdo de sancta maria. Ad cõpleto. oĩa fiant sicut in festo sctẽ trinitat. Ad matu. et ad oẽs alias hor. omnia fiant sicut de vno confessore et abba. exceptis cp. Lectio prima.

Preciosus athleta domini et rex insignis edwardus ex antiquis anglorũ regibus, generosa carnis ori-

origine prodiit ortibus. Cuius pater etheldredus extitit. Emma richardi ducis normannorum filia mater fuit. Editus ergo puer egregius edwardus maxima parentum enutritur diligentia: et in etate tenera sancti spiritus informatur disciplina. Lectio secunda.

Verum ingruente grandinosa danorum tempestate: ad auos suos in neustriam gloriosus puer traducitur, ne tam inmanem procella seuientium stu ctuum citius absorberet. Qua cessante a ducibus et pontificibus reductus in regno anglorum christus domini consecratur. Lectio. iii.

In die festiuitatis gloriose penthecostes rex edwardus in ecclesia beati Petri apud westmonasterium existens: circa horam qua victima agni paschalis percipitur a populo, prorupit in risum ita vt omnes mirarentur per circuitum. Post peracta solennia: quesita a suis tanti risus causa. Rex (inquit) dacie cui sweyno erat vocabulum: volens infinita classe anglie fines inuadere, cum de scapha ad nauem pedem extenderet: in mare demersus miserabiliter expirauit: quo michi celitus ostenso in huiusmodi gaudio tripudiauit mea intentio. Lectio quarta.

ERat etiam aliquando dictus rex in ecclesia predicta ante altare sancte trinitatis: et cum eo deuotus deo seruus comes leofricus. In illa quoque hora qua patri sacerdos immolat filium vidit altare super mensam dominicam eundem iesum christum. Qui dextera regem benedicens ex tensa, sua vtrisque manifestauit speciem: speciosamque visibilem exhibuit maiestatem. Cumque comes soli sibi visionem hanc ostensam loco se moueret: vt domino suo tanta gaudia communicaret. Respiciens eum rex premonet vt stet quemadmodum stabat. Sicut (inquit) stas: sicut me et experta. En quem vides video: et quem visibiliter cernis visibilem adora. Lectio quinta.

Duo viri ex anglia hierosolymam profecti: obuium habuerunt seniorem lactei candoris, reuerendique admodum vultus qui cum ab eis didicisset: cuius essent regionis incole, quis ve eorum rex esset: ait illis. Rogo vos fratres ad regem vestrum reuertimini: eique quod per vos mandauero nunciate. Ego sum iohannes apostolus et euangelista: qui regem vestrum propter castitatem diligo quia eum proximum deo cognosco. Lectio sexta.

Vice legationis mee ad ipsum fungi vos postulo: quem huiusmodi salutari conuenit intersignio. Cum iste ad celebritatem ecclesie cuiusdam dedicationis existeret: vt sub nominis mei titulo dedicari debuisset: in peregrini specie eidem regi apparui: et pro sancti iohannis amore beneficium elemosyne supplicaui, qui ad vocem meam pietatis motus visceribus, regium quem gestabat anulum de digito suo extraxit, michique munifica largitione consignauit. Lectio septima.

Hunc igitur ob amorem et deuotionem hominis dei vsque hodie conser

 uaui

uant eiq; mun⁹ remitto cuz gloria, infra tēpus modicum dona reddi-turus gratiora. Nam infra presentis āni dimidium immortali mecū vestietur sindone: qui gloriosa carnis presulget itegritate. Lectio viii.

Reuersiq; ad patriam prospero itinere legati apostolici regem adeūt introductiq; in cubiculum salutationē ex parte apostoli premittunt: anulum porrigunt et quecunq; sibi iniuncta fuerant per ordinem exponunt. Quibus auditis: rex sanctus vehementer exultans ait. Gratias (inquit) ago deo meo et sancto eius apostolo: qui vos de tam lōginqua peregrinatiōe reduxit ad patriam, et me ad palmam vocare dignatus est eternam. Lectio nona.

Rex vero gloriosus diem sue vocatiōis expectabat deuot⁹ seq; ita preparare satagebat ad exitū vt valla ri presentia sanctorū mereret angelo. Anno igitur dn̄ice incarnationis millesimo sexagesimoquinto in ipsa nocte qua virgo puerpera sine dolore regem celorū intacta progenuit aduersa corpis valitudine rex gloriosus affligit. Et nonis ianuarii diem clausit extremum: et secus altare beati petri apostoli suis dignam exequiis meruit sepulturam Ad eius tumbā diuersa fiunt a christo ipso intercedente miracula: et odoris eius suauitas et fragrantia membra reddit inualida celesti medicamine soli data. Ora pro nobis. In lau. Cpm. Justus cor suū. Ad. iii. cpm. Justū deduxit. Ad. vi. Cpm. Custodiuit eum Ad. ix. cpm Sapientia vendi. Ad. ii. ves. ān. Justum deduxit. minor pi. feria. cpm. Justus cor suum. R̷. Sancte N. christi confes. Hy⁹. Jesu redē. V. Justus germi. ā. Iste est qui ante or. Deus qui beatum. Memoria de sancto calixto papa et marty. Oratio.

Deus qui nos cōspicis ex nostra infirmitate deficere ad amorem tuuz nos misericorditer p sancti calixti martyris tui atq; pontificis exēpla restaura. Per eundē. Nota q qn̄ festum translationis sancti edwardi in sabba. contige. tunc do. sequens carebit vtrisq; vespere.

Sancti calixti pape et mar. Ad matuti. iii. lec. inuit. dup. Lectio prima.

Temporibus maximiani et alexandri facta est inquisitio in vrbe romana de christianis: vt cogerētur ydolis immolare. Tunc palmatius consul cum multitudine militum venit trans tyberim vbi erant multi christiani cum beato calixto papa inter quos erat beatus calopodius presbyter senex. Ingressi vero decem milites cenaculum subito ceci facti sunt: dicentes. Accendite luminaria: quia locus obscuratus est. Et ait calopodius. Deus qui videt omnia: ipse cecauit oculos vestros. Lectio secunda.

Palpantes igitur descēderunt de cenaculo cecati. Quod videns palmati⁹: timore perterritus fugiēs nūciauit hec alexādro. Currensq; palmatius ad beatū calixtū: cecidit ad pedes eius, rogans eum vt a cultura demonum eum liberaret. Quo bapti-

baptizato cum omni domo sua alexander hoc audiens: calopodium gladio ferire fecit et calixtum incarcerari. Lectio tertia.

Erat autem in eadem custodia miles quidam nomine priuatus: vlceribus et doloribus plenus. Hic misit se ad pedes sancti calixti petens ab eo baptizari. Qui mox vt baptizatus est: ab oibus vulneribus mundatus est. Hoc audiens alexander, fecit militem plumbatis deficere: et calixtum per fenestram domus precipitari: et ligato ad collū eius saxo in puteū demergi iussit. Cuius corpus austerius presbyter noctu cū clericis de puteo eleuauit: et sepeliuit in cemiterio calopodij via aurelia pridie idus octobris. Tu. Cetera de cōi vni9 mar. et pōti. cū oratione supradicta.

¶ Sancti vulfranni epi et cōfesso. ix. lec. fiant: oia de cōi vnius cōfesso. et ponti. etiam cum oratione de cōmuni: scilicet Da q̄s oīps de9.

¶ Sancti Michaelis in monte tūba. Ad ves. sup ps. an. Excelsi regis. ps. feria. Cap. m. Significauit. ℞. Archangeli Michaelis interuētione suffulti te dn̄e deprecamur. Ut quos honore prosequimur. Contingamus et mente. ℣ Perpetuum nobis domine tue miseratiōis presta subsidium: quibus et angelica prestitisti suffragia nō deesse. Ut. Gloria. Con. Hymn9. ℣. et an. sup ps. Magnificat. cum oratione sicut in alio festo. Memoria de sancto Wolfranno: oratio vt supra. Ad matutinas nouem lectionum fiant tota cantetur hystoria sicut in alio festo preter nouem. ℞. quod erit Archāgeli Michaelis. Lectio prima.

Postq̄ gens francorum christi gratia insignita: longe lateq̄z vndiq̄z per prouincias superborum colla perdomuisset Michael archangelus: paradisi prepositus qui prius ostenderat se velle venerari in monte gargano, multis indicijs ostendit qualiter debet honorari in loco hoc qui tumba ab incolis vocatur. Lectio secunda.

Hic vero locus olim opacissima silua claudebatur: sed postea eam flumine oceani vndiq̄z circundante in arene formam est redactus. Sed et mare recessu suo deuotis ppl'is bis in die iter prebet limina petētibus archāgeli Michaelis. Lectio tertia.

Iam videndum est qualiter idem locus angelica reuelatione dedicatus est. Postq̄ deo amabilis prefati loci episcopus Authbertus bis fuisset ammonitus in somnis: vt in dicti summitate loci edem in honore sancti Michaelis construeret: contigit thaurum cuiusdam, a fure ibi ad tempus abscondi. Tertio ammonitus est episcopus asperius vt eo loco edē construeret: quo thaurus erat absconse ligatus. Lectio. iiii.

Cunq̄z de loci requireret amplitudine et q̄titate: responsum accepit in somnis edificationis eum debere statuere modum quem videret iuuem cum pedibus in circuitu pertriuisse: iussumq̄ est vt suo domino restitueretur thaurus. Lectio. v.

Episcopus vero de visione certus predictum locum igressus: eū pur-

 gari

gari fecit et planari. In cui⁹ medio due preeminebāt rupes: quas cum multorum operantium nō possent remouere man⁹, vir quidam nomine bayno celitus admonit⁹ cū duodecim filiis suis dictum locum adiuit et sancti michaelis auxilio fret⁹ molem tante magnitudinis remouit: ita vt nullum pondus ibi esse videretur. Lectio sexta.

Cumque eps de magnitudine fabrice adhuc dubitaret: nocte media ros iacuit super verticem montis vbi autem fundamenta collocāda erāt siccitas fuit. Dictumque est episcopo. Uade: et sicut signatum videris fundamenta iace. Lectio. vii.

Tunc episcop⁹ gratias agens deo fabricam in culmine mōtis in modum cripte rotundam cētum vt estimatur hominum capacem ad similitudinem illius in monte gargano construxit. Lectio octaua.

Post hec monitu beati Michaelis missi sunt nuncij ad montem garganum pro pignoribus beati Michaelis deferendis. Qui ab episcopo loci et abbate venerabiliter recepti causam sui aduentus humiliter exposuerunt. Lectio nona.

Traduntur ei pignora pars videlicet rubei palioli quod ipse beat⁹ michael super altare: quod ipse manu construxerat posuit et pars marmoris supra quod stetit, cui⁹ vestigia vsque hodie superextant dicto loco. Authbertus vero episcopus dicta munera honorifice suscipiens opus consummauit: et officia duodecim clericorū ibi cōstituit. Duas villas de episcopatu suo eis pro sua traditit sustentatione. Ad lau. cēs āe. dicuntur. Ad. i. ān. Dum preliaretur. ps. Deus in no. ān. Te iure. ā. Qui cuncque. Ꝟ. Jesu christe, cum alla. ꝟ. Qui sedes. Ad alias horas omnia fiāt sicut in alio festo. Ad vesperas de sancto etheldred. Oratio.

Deus qui es spōsus virginū: et refrigerium continentiū et salus omnium te diligentium: concede propicius: vt qui btē virginis tue etheldrede translationis die veneramur: ei⁹ patrocinijs tue maiestatis clemētiam sentiamus. Per.

¶ Sancte etheldrede virginis non mar. ix. lec. omnia de cōi vnius virginis non mar. cū p̄dicta oratione.

¶ Sācti luce euāgeliste. Ad. i. vis. ān. Placentes. pi fe. capm Similitudo vultus. Ꝟm. Quattuor animalia. Hy⁹ Annue. ꝟ. In omnem. ā. Ecce ego. p̄. Mag. quere hec oia in fest. s. math. aplī et euang. Orō.

Interueniat pro nobis domine quesumus sāctus tuus lucas euangelista: qui crucis mortificationē iugiter in suo corpore pro tui nois honore portauit. Per. Memoria de sancta etheldred. deinde de sācto iusto martyre. Oratio.

Deus qui beato iusto talem fortitudinem tribuisti: vt in puerili corpusculo gloriosum pro amore tuo subiret martyrium: concede propicius: vt ipsius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absoluas peccatis. Per. Ad completoriū omnia fiant sicut in festum sancte trinitate. Ad matutinas nouem lectiones

ctiones tota canietur hystoria sicut in festum sancti mathei apostoli et euangeliste cum hym. de communi unius apostoli. Lectio prima.

Gloriosissimus euangelista Jesu christi lucas natione syrus: arte medicus, nichilominus discipulus apostolorum fuit quorum almificos actus prout vidit lucido disertoque sermone prosecutus est in breui libello quem ad charissimuz sibi theophilum scripsit: cuius quoque libri pulcha ichoatio videtur fore scilicet. Primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile: que cepit iesus facere et docere. Lectio. ii.

Denique paulum secutus in egregium doctorem gentium usque ad triumphum passionis eius quem cum apostolo suo petro rome excepe rat indiuiduus comes peregrinationis ac tribulationis eius, vbique cõstans permãsit. Cuius precipue peregrinationis et sacre doctrine gesta cum gestis aliorum annectens apostolorum librum vnum ad laudem nois christi ad memoriam ipsorum ac vniuersalis ecclesie sancte stabilimentũ conteruit. Lectio. iii.

Qui cum eundem gloriosissimum paulum doctorem gentium sequeretur per plurimas terre marisque tribulationes digne ab eo huiusmodi testimonio diligentie meruit laudari. Sic enim de eo scribens corinthiis ait. Salutat vos lucas medicus carissimus meus qui est in domino fidelis. Et timotheo illustri viro scribens dixit. Lucas mecum est solus. Lectio quarta.

Et in alio quoque epistole sue loco sic ait de eo inter reliqua salutationis verba. Ecclesie dei que est corinthi misimus etiam fratrem nostrum lucam cuius laus est in euangelio per omnes sanctas ecclesias. Vere omni ore laudabilis est iste: qui meruit a tanto apostolo laudari et predicari. Lectio. v.

Laudemus ergo eum cum illo et nos charissimi et consona voce cordis et oris veneremur, et verum medicum a deo missum animarũ predicemus: cuius omnia doctrine verba nichil aliud resonare videntur, nisi anime languentis medicinam veram. Lectio. vi.

Ab ipso ergo puericie sue tempore castus perseuerãs neque vxorem neque liberos dicitur habuisse. Sed apostolice predicationis opus exercens obijt septuagesimoquarto etatis sue anno plenus spiritu sancto. Cuius sacrum corpus in bithinia est humatum. Sed postea ad constantinopolitanam vrbem est translatum. Ibi multa et magna prodigiorum miracula ad laudem nominis sui per merita sancti euangeliste operari dignatur dominus noster iesus christus. Qui viuit et regnat cum deo patre in vnitate spiritussãcti deus per omnia secula seculorum. amen. Secundũ Lucam.

In illo tempore. Designauit dominus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse venturus.

rus. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape. Lectio septima.

Dominus et saluator noster fratres charissimi aliquando nos sermonibus aliquando operibus admonet. Ipsa enim facta eius precepta sunt. Quia dum aliquid tacitus facit quid agere debeamus innotescit. Lectio octaua.

Ecce enim binos in predicationem discipulos mittit. Quia eni duo sūt precepta charitatis: videlicet amor dei et proximi et minus quam inter duos charitas haberi nō potest. Lectō. ix.

Nemo enim proprie ad semetipsum charitatem habere dicitur: sed dilectio se in alterū extendit vt esse charitas possit. Binos ad predicādum mittit discipulos vt hoc tacite nobis insinuet quia qui charitatem erga alium non habet: predicationis officium nullatenus suscipere debet.

Ad lau. et ad om̄es alias horas omnia fiant vt supra dictum est cū oratione huius diei. Memoria de sācto Iusto orō vts. Ad. ii. vel. sup p. hec sola. an. Dilecti deo. ps Dixit dn̄s. et ceteri ps de apostolis. cpm Similitudo vultus. R Simile est. et c. vt supra dictum est. Et memo. de virgi. an. Cū ambu. V. Diffusa. or. de cōi vnius virgi. non marty. secundum picam Sarum: licet hic sequatur oratio de proprietate. Oratio.

Deus qui hodiernam diem venerabilem nobis in beate virginis fredeswide transitu contulisti: concede propicius: vt ipsius intercessione transire ad gaudia eterna mereamur. Per. ¶ Sancte fredeswide virginis non marty. ix lectiones omnia de communi vnius virg. nō marty. cum or. de communi secūdum picam Sarum. ¶ Sanctarum. xi. milium virginum tres lectiōes fiant cū oratione. Oratio.

Deus qui sanctam nobis huius diei solennitatē pro beatarum virginum martyrumque tuarum gloriosa passione fecisti: adesto familie tue precibus: et da, vt quarum hodie festa celebramus earum meritis et intercessionibus liberemur. Per eundem. Ad matutinas. Inuitatorium duplex. Lectō prima

Fuit in Britanie finibus rex quidam deo deuotus habens filiā nomine Ursulam. Cuius famam gentilis quidam potens tyrannus audiens: cum muneribus et blādiciis non proficeret, minis et terroribus eā accipere voluit in vxorē. Lectio. ii.

Condolens virgo paterne sollicitudini ait. Noli mi pater super hac re merore contabescere: sed x decem primeue etatis virgines michi perquire et tam michi quam singulis earū mille virgines dentur. Comparatisque nobis trieribus vndenis: triennij nobis dentur inducie. Quo facto concordi duorum regum studio naues ascendentes basileam applicuerūt: vbi relictis trieribus romam pedestres adierunt. Lectio tertia.

Perlustratisque ibi per aliquot dies sanctorum liminibus basileam reuertentes nauibus ascensis coloniam: vbi nunc corpora earum requiescunt peruenerunt. Et barbari qui

coloniam obsidebant cognita virgi nali constātia: in eas irruentes om nem illam gloriosam multitudinē crudeliter peremerūt. Et cetera de cōi plurimarum virginum. Si hoc festum in sabbato contigerit totum fiat seruitium de festum et comme. beate marie in aliqua fer. precedē. in eadē ebdoma. vbi conuenientius possit celebrari celebretur. Ista re gula habet intelligi si feria vacaue rit pro commemoratione celebran tur si feria nō vacauerit tunc in sab bato fiat seruitium de commemora tio beate marie. Si hoc festum in dominica euenerit fiat memoria de festo et medie lectiones de virgini bus. ¶ Sancti Romani episcopi & confessoris tres lectiones cum no. & cetere de cōmuni vnius confesso ris et pontificis cum hac oratione.

Deus cui beatus Romanus pontifex ita sanctitatis gra tia decoratus complacuit, vt tuo rum consortium in celis promerere tur sanctorum: da ecclesie tue quesu mus eius interuentu perpetuā con sequi leticiam, cuius depositionis diem gratulando celebrant solen nem. Per eundem dominum.

¶ Sanctorum crispini & crispinia ni martyris. ix. lectio. fiant. Oratio

Deus qui sāctis martyribus tuis Crispino et Crispinia no ad hanc gloriam veniendi copio sum munus gratie contulisti: da no bis famulis tuis nostrorum veniā peccatorum: vt sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omni bus mereamur aduersitatibus libe rari. Per eundem dominum. Me moria de sancto Johanne de beuer laco. ān. Confessor dn̄i. ℣. Amauit eum. Oratio de communi vnius co fessoris & pontificis. Lectio prima.



Crispinus et Crispi nianus suessionis ci uitatem ingressi ho spicium sue peregri nationis elegerunt Cognitaqꝫ gentili um crudelitate: labore manuum viuere cupientes, artem sutoriam didicerunt. Lectio secunda.

Maximianus hoc audiens pro eis perquirendis rictiouarum direxit: quos in predicta vrbe inuenit cal ciamenta pauperum sarcientes. Cunqꝫ eos a fide Christi non posset reuocare: fustibus eos cedi fecit, et ad singulorum colla molas suspen di iussit: et in fluuio sub glacie de mergi. Lectio tertia.

Post hec in pice, adipe et oleo fer uentibus eos precipitari iussit: qui bus ostensū est eos illucescente die victores a domino coronari. Maxi mianus autem satellitis sui rictio uari vtrumqꝫ gladio feriri iussit, et corpa canibus derelinqui que chri sto custodiente manserunt intacta. Et cetera de. i. noctur. Medie lect. de sancto Johanne de beuerlaco sci licet de communi vnius confessoris & pontifices. Tres vltime lectiōes de expositione euāgelii scilicet. De scendens Jesus. Et cetera de com muni plurimorum martyrum.

¶ Apostolorum Symonis & iude. Ad vtrasqꝫ vēs. ad matutinas, et

ad .iii. capitu. Ad romanos. viii.

Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his qui secũdum propositũ vocati sunt sancti. ℟. Qui sunt isti. Hymnus.

Beate symon et thadee, inclyte cernite nostros gemitias cum fletibus: quiqꝫ per lapsum meruimus baratrum per vos celorum mereamur aditum. Annue christe. Et dicatur in hoc hymno per horum tibi cara merita. Et cetera de cõmuni apostolorũ cum oratione.

Concede qs omnipotẽs deus: vt sicut apostolorum tuorum Symonis et Jude gloriosa natalicia preuenimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam ipsi pro nobis preueniant. Per. Ad comple. omnia fiant sicut in festo sancte trinit. Ad matutinas. Lectio. i.

Simon chananeus et Judas zelotes cum perside fuissent ingressi: inuenerunt ibi duos magos zaroen et arpharat: qui a facie sancti Matthei de ethyopia fugerant. Tempore illo dux regis persarum: alias babyloniorum contra indos qui fines perside inuaserant susceperat bellum. Quo deos suos consulente nullum ei dabant responsum. Lectio. ii.

Tunc indorum pontifices: in aliam ciuitatem perrexerunt. Quibus demon ibi manens ait. Dii vestri vobis responsum dare non possunt: quia apostoli dei viui vnus Symon, et alter Judas ibi sunt. Nullusqꝫ deus illis presentibus audet loqui. Tunc dux eos perquiri fecit. Quibus inuentis: quesiuit qui essent aut quare venissent. Lectio. iii.

Sanctus Symon respondit. Apostoli sumus Jesu Christi: salutisqꝫ vestre causa venimus vt deum qui in celis est possitis cognoscere. Cui dux waradag ait. Quoniam audio deos nostros non esse ausos vobis presentibus loqui, vos nobis predicite quos belli exitus habituri sumus. Lectio quarta.

Dixit et Symõ. Hodie intermitte profectione: et cras venient nuncij pacem nunciantes et tributum solitum referẽtes. Jussit ergo dux eos in crastinum custodiri. Crastina vero die hora tertia venerunt quos premiserat cum legatis indorum omnia sicut apostoli predixerant nunciantes. Lectio quinta.

Dux igitur duxit ad regem apostolos. Qui rogatu regis et ducis morabuntur in babylonia vno anno et mensibus tribus multa miracula facientes. Intra quod tempus vna cum rege et primatibus suis: quadraginta milia hominum baptizati sunt, exceptis mulieribus et paruulis. Quo facto: fugerunt predicti magi in ciuitatẽ Samır: et omnẽ populum contra apostolos incitauerunt. Lectio. vi.

Quo cũ peruenissent apti: tẽti sunt et ducti ad tẽplũ solis. Stabat aũt in vna ede tẽpli quadriga solis: et alia quadriga lune. Factoqꝫ silẽtio dixit symõ ad simulachrũ solis. Precipio tibi demon exi de simulachro solis: et com-

et comminue illud. Quod cū iudas simulachro lune dixisset: egressi duo ethyopes horribiles vultu: confringentes simulachra vlulatum dire vocis emittebant. Tunc omnes pōtifices in apostolos christi irruētes: interfecerunt eos. Tres vltime lectiones legātur de expositione euāgelii. Secundum iohannem. i.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicem. Et reliqua. Omelia excepta ex cōmentario beati augustini epi. Lectio. vii.

Merito magister bonus dilectionē sic sepe commendat tanq̄ sola precipienda sit: sine qua non possunt cetera bona prodesse, et que non potest haberi sine ceteris bonis quibus homo efficitur bonus. Lectio. viii.

Pro hac autem dilectione patienter debemus etiam mundi odia sustinere. Necesse est enim vt mundus nos oderit: quos cernit nolle diligere quod diligit. Sed plurimum nos de seipso domin⁹ consolatur: qui cum dixisset. Hec mando vobis vt diligatis inuicem, adiecit et ait. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Lectio nona.

Cur ergo se membrum supra verticem extollit? Recusas esse in corpore si non vis odium mundi sustinere cum capite. Si de mundo (inquit) essetis: mundus quod suum erat diligeret. Uniuerse vtiq̄ hoc ait ecclesie quam plerumq̄ etiam ipsius mūdi nomine appellat: sicut est illud, Deus erat in christo mundum reconcilians sibi. Item q̄ illud. Non venit filius hominis vt iudicet mundum: sed vt saluet mundus per ipsum. Cetera ad matutinas et ad oēs alias hor. de cōmuni apostolorum dicit capitulū. Scimus quoniam. Oratio.

Deus qui nos per beatos apostolos tuos Symonē et Judā ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorū gloriam sempiternam et proficiendo celebrare, et celebrādo proficere. Per. Ad secundas vespe. R. Ciues apo. vt supra in communi apostolorum.

Sancti quintini marty. iii. lc. cū noct. propter vigil. oia fiant de fes. ad veš. ad matuti. et ad alias horas vsq̄ ad missam que erit de vigi. or.

Sancti nos q̄sumus dn̄e martyris tui quintini venerāda festiuitas muniat: et fragilitati nostre subsidium exoret. Per dn̄m.

Ad matutinas. Lectio prima.

Sanctus quintin⁹ ad predicandum verbum dei in gallias directus in vrbe ambianēsium resedit: ibiq̄ domini fidem annunciare cepit. Tunc a Dom iciano directus est rictiouarus vt christianos puniret. Lectio secunda.

Ueniens itaq̄ rictiouarus ad ciuitatem ambianensium, et famam quintini audiens: comprehendi eū fecit et sibi presentari. Qui dixit. Quid passus es vt eum qui ab hostibus crucifixus est colas? Quintin⁹ respondit. Uera nobilitas est recognoscere factorem celi et terre et omni-

nium creaturarum. Lectio.iii.

Nunc rictiouarus ait. Quintine sacrifica diis: alioquin diuersis te penis faciam iterire. Quintinus ait. Fac quod vis: quia minas tuas nō timeo. Rictiouarus vero iussit eum cedi: & calcem, acetum et sinapium in os eius infundi. Et post multas penas iussit eum decollari. Quo facto columba candida ex eius collo exiens: celos penetrauit. Cetera de communi vnius martyris.

¶ In vigilia omnium sanctorum. Ad primas vespr. ān. Sancti dei omnes qui estis consortes supernorum ciuium intercedite pro nobis. ps. Laudate pueri. ān. O q̄ gloriosum est regnum in quo cum christo gaudēt omnes sancti amicti stolis albis sequuntur agnum quocunqȝ ierit. ps. Laudate dn̄m oēs gentes ān. Fulgebunt iusti & tanq̄ scintille in arundineto discurrent: iudicabunt nationes & regnabunt in eternum. ps. Lauda anima. ān. Sanctum et verum lumen et admirabile ministrans lucem his qui permā serunt in agone certaminis: recipient a christo splendorem sempiternum in quo assidue felices letantur ps. Laudate dn̄m qm̄. ān. Omnes electi dei nostri memoramini ante deum vt vestris precibus adiuti mereamur vobis adiungi. ps. Lauda hierusalem. Capitulum.

Ecce ego iohannes vidi angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei viui: & clamauit voce magna quattuor angelis quibus datum est nocere terre et mari dicens. nolite nocere terre et mari neqȝ arboribus quoadusqȝ signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. ℟m. Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius et qui timetis deū pusilli et magni. Quoniam regnauit dominus deus noster omnipotens. Gaudemus & exultemus & demus gloriam ei. ℣. Genus electum, gens sancta, populus acquisitionis memores memorum laudate deum. Quoniā. Gloria patri. Gaudeamus. Hymnus.

Iesu saluator seculi redēptis ope subueni: et pia dei genitrix salutem posce miseris.

Cetus omnes āgelici patriarcharum cunei: et prophetarum merita nobis precentur veniam.

Baptista christi preuius, et clauiger ethereus: cum ceteris apostolis nos soluant nexu criminis.

Chorus sacratus martyrum confessio sacerdotum: et virginalis castitas nos a peccatis abluant.

Monachorum suffragia omnesqȝ ciues celici: annuant votis supplicum & vite poscant premium.

Laus honor virtus gloria deo patri & filio: sancto simul paraclito in sempiterna secula. Amen. ℣. Letamini. ān. Beati estis sancti dei omnes qui meruistis consortes fieri celestium virtutum & perfrui claritatis gloria: ideoqȝ precamur vt memores nostri intercedere dignemini pro nobis ad dominum deum nostrum. ps. Magnificat. Oratio.

Domine deus noster multiplica super nos gratiam tuam et

am et sanctorum tuorum quorum preuenimus gloriosa solennia: tribue subsequi in sancta professione leticiam. Per eundem dominum.

Nulla fiat memoria ad has vesperas nec ad matutinas nec ad secundas vesperas nisi quando hoc festū in dominica contigerit tunc enim fiat memoria priuatim de dominica et de trinita. sed non fiat proce. Similiter fiat ad. ii. vespe. quando hoc fest. in sab. contige. Ad cōpletorium. añ. Sanctorum precibus cū ctorū redde salutem corporis et anime christe tuis famulis. ps. Cū inuocarē. hym. Tu in nob. Salua tor mundi. ꝟ. Custodi nos. añ. Lucem tuam. ps. Nunc dimittis. Ad matutinas Inuitatorium. Uenite adoremus dñm. Qui in sanctis gloriosus est. ps. Uenite. hy. Jesu saluator seculi. In primo nocturno. añ. Adesto deus vnus oṗs pater et filius et spiritus sanctus. ps. Dñe dñs noster. añ. Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. ps. Celi enar. añ. Laudemus dominum quē laudant angeli: quem cherubin et seraphin sanctus sanctus sanctus proclamant. ps. Benedic. i. ꝟ. Letamini in domino. ¶ Sciēdum est in hoc fest. seruetur ordo proposter in lc. legendis et ℟. cantandis ꝗtū ad dignitatem lec. et cantorum: ita tamen ꝙ excellentior persona. i. lec. legat. Et ita fiet descensus sicut in aliis festum duplex fit ascensus. Primum ℟. a duobus excellentiobus cantentur: et ita descensus modo lectio. ipsarum ordine seruato octaua lectio. legatur octaua ℟. cātetur sicut ibidem notatum sit nouem lectiones legat sacer. ix. ℟. iii. sacer. cantēt. cetera in superiori gra du. Benedictio. In caritate perfecta: confirmet nos trinitas sancta. Lectio prima de trinitate legatur ab excellentio. persona.

LEgimus in ecclesiasticis hystorijs ꝙ sanctus bonifacius qui quartus a beato gregorio romane vrbis episcopatum tenebat: suis precibus a foca cesare impetrauit donari ecclesie christi templum Rome quod ab antiquis patribus pantheon vocabatur, quia hoc quasi simulachrum omnium videretur esse deorum. In quo eliminata omni sparcicia fecit ecclesiam sancte dei genitricis atq omnium sanctorum Christi, vt exclusa multitudine demonum: multitudo ibi sanctorum a fidelibus in memoria haberetur. Sed fratres carissimi in omnium primordi.s sanctorum nos nominare laudare et glorificare cō decet eum qui cunctos condidit sanctos per quem omnia facta sunt et per quem cuncta subsistunt elementa: cuius maiestas nec incipit nec desinit in seculum vt merito omnis principium ac finis creature nominetur. Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi honor et gloria in secula seculorum. Amē ℟. Summe trinitati simplici deo vna diuinitas, equalis, gloria, coeterna maiestas patri prolique sancto qz flamini. Qui totum subdit suis orbē legibus. ꝟ. Prestet nobis gra

tiã deitas beata patris ac nati pariterqꝫ spiritus almi. Qui. Benedict⁹. Per intercessionẽ sue matris: benedicat nos filius dei patris. Lectio. secunda de sancta maria.

Beata quoqꝫ dei genitrix et semper virgo maria tẽplum dei viui, sacrarium spiritussancti, virgo ante partuꝫ, virgo in partu, virgo post partum, presentis diei solennitate cum suis virginibus expers nullo modo credenda est. Uerum quia non solum huius sancte genitricis dei sed etiam omnium sãctorũ honore hec dies dedicata est: nos fratres tantorũ patrocinia intercessorum tota mentis intẽtione queramus: vt eorum precibus ad eterna gaudia perducamur. ℟. Felix nãqꝫ es sacra virgo maria ꝛ omni laude dignissima. Quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu, sentiant omnes tuũ leuamen quicunqꝫ celebrant tuam solẽnitatẽ. Quia ex te. Benedictio. Ad societatem ciuium supernorum perducat nos rex angelorum. Amen. Lectio tertia. De angelis.

Omnipotẽtem deum itaqꝫ fratres laudemus ꝛ glorificem⁹ qui superna celorum regna spiritibus angelicis ad laudẽ et honorem nominis sui atqꝫ maiestatis in perpetuuꝫ miro ordine collocauit. De quibus plura loqui ptimescimus, quia soli deo scire est quomodo vel quemadmodum eorum nobis inuisibilis absqꝫ contagione seu diminutione in sua sola puritate consistat natura: sed tantum nouem esse ordines angelorum ad dei iudicia ac ministeria complenda: testante sacro eloquio cognouimus. ℟. Te sãctum dñm in excelsis laudant omnes dicentes. Te decet laus ꝛ honor dñe. ℣. Cherubin quoqꝫ ac seraphin sanctus proclamant: et omnis celicus ordo dicens. Te de. Gloria. Laus. In. ii. noct. ãn. Inter natos mulierum non surrexit maior iohãne bpptista. ps. Bonum est confi. ã. Estote fortes in bello ꝛ pugnate cũ antiquo serpẽte ꝛ accipietis regnũ etnũ alla. p. Bñdicã. ã. Isti sũt scti q̃ p deamore minas hoĩꝫ ꝯtẽpserũt scti martyres i regnũ eternũ exultãt cũ ãgelis: o q̃ preciosa est mors sctõꝝ qui assidue assistũt ãte dñꝫ et ab iuicẽ nõ sũt sepati. ps. Deus venerunt gen. ℣. Exultent iusti. Benedictio. Patriarcharum merita nos ducãt ad regna celestia. Lctõ quarta de patriarchis et prophetis.

Est adhuc fratres qđ de hac eadem tam pulchra atqꝫ preclara festiuitate loqui debeamus: que non solum angelicis spiritib⁹, verumetiam omnibus sanctis qui ab exordio mundi in terra sunt procreati honorabiliter dedicata consistit. Ex quibus primi fuerunt patriarche viri religiosi atqꝫ gloriosi in vita sua patres prophetarũ ꝛ apostolorum quorum memoria nõ derelinquetur: et nomen eorum manet in eternũ: quia deo digni inuenti sunt: hos sequitur electio prophetarum cum quibus locutus est de⁹, ꝛ ostendit illis secreta sua vt ventura tanq̃ presẽtia agnoscerent et nũcia-

clarent. Rm. Inter natos mulie-
rum non surrexit maior Johanne
baptista. Qui viam domino pre-
parauit in heremo. Vers. Fuit ho-
mo missus a deo cui nomen erat io-
hannes. Qui viam. Benedictio. A-
postolorum intercessio nos iungat
Angelorum consortio. Lectio quin-
ta de Apostolis.

Iohanni Athlete dei electo co-
cordat duodenus Apostolo-
rum numerus quos a primis mi-
raculorum Christi virtutibus ad
componendu noue fidei fundame-
tum erigendumqz adhuc tenere sur-
tum ecclesie diuina prouidentia ex
omnibus quos capiebat mundus
elegit: vt in omnem terram sonus
eorum predicationis exiret, et in fi-
nes orbis terre procederent verba
eorum. Qui vere vinee idest Chri-
sto tanquam palmites adheserunt
quorum fructus in sempiternum
permanens no marcescit quibus ip
se dominus locutus est dicens. Vos
estis lux mundi. Rm. Ciues Apo-
stolorum et domestici dei aduene-
runt hodie. Portantes facem et il-
luminantes patriam dare pacem
gentibus. Et liberare populum do-
mini. Versus Audite preces supplici-
um vite eterne poscentes premia q
sertis i dextris manipulos iusticie:
quicqz gaudentes aduenistis hodie.
Portantes facem. Benedictio. Mar-
tyrum constantia: nos ducat ad celi
gaudia. Lectio. vi. de martyribus.

Apostolis subiectum est tri-
umpha e martyrum nome
qui per diuersa tormentorum gene-
ra Christi passionem non lacessen-
tibus mentibus pectorum imi-
tabantur. Alij siquidem ferro per-
empti: alij flammis exusti. Alij fla-
gellis verberati: alij vectibus per-
forati. Alij cruciati patibulo: alij
pelagi periculo demersi. Alij viui
excoriati: alij vinculis mancipati:
alij linguis priuati: alij lapidibus
obruti. Alij frigore afflicti: alij fa-
me cruciati, alij vero trucatis ma-
nibus siue ceteris cesis membris
spectaculum contumelie in populis
nudi propter nomen domini porta-
tes. R. O constantia martyrum
laudabilis, o caritas inextinguibi-
lis, o patientia inuincibilis que li-
cet inter pressuras persequentium
visa sit despicabilis. Inuenietur in
laudem et gloriam et honorem. In
tempore retributionis. Vers. No-
bis ergo petimus pijs subueniant
meritis honorificati a patre qui est
in celis. Inuenietur. Gloria patri.
In tempore. In secundo nocturno.
Sint lumbi vestri precincti et lu-
cerne ardentes in manibus vestris
et vos similes hominibus expecta-
tibus dominum suum quando re-
uertatur a nuptijs. Ps. Exultate.
i. an. Virgines sancte dei orate pro
nobis vt scelerum veniam per vos
accipere mereamur. Ps. Eructauit.
an. Laudem dicite deo nostro om-
nes sancti eius: et qui timetis deum
pusilli et magni: quoniam regna-
bit dominus deus noster omnipo-
tens, gaudeamus et exultemus et
demus gloriam ei. Ps. Quadile.
R. Iustorum anime in manu dei

 sunt.

sunt. Benedictio. Sancti euangelij lectio: sit nobis salus et protectio.

Secundum Mattheum. v.

In illo tempore. Uidens Jesus turbas: ascendit in montem. Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suũ docebat eos. Et reliqua. Omelia venerabilis Bede presbit. L. vij.

Christi vero sacerdotibus atqz doctoribus siue confessoribus huius diei festiuitatem non ignotam esse credimus. Qui corda fidelium spiritualiter quasi ymbribus irrigant celestibus vt proferre feliciter inmarcessibilem bonorum operũ possint fructum. Qui talenta sibi tradita non solum reddere: verumetiam cum vsura sine fraude amplificare curauerunt. Quia bonum qđ per gratiam spiritussancti intelligendo didicere: non sibimet tantum profuturum: sed alijs subiectorum mentibus secundum Apostoli preceptum arguendo obsecrando, increpando, curamqz faciendo inserere nitebantur. R. Sint lumbi vestri precincti: et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominũ suum quando reuertatur a nuptiis. Vsus. Uigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Et vos simi. Benedictio. Chorus sanctarum virginum: intercedat pro nobis ad dominum.

Lectio octaua de virginibus.

Uidentur michi quinqz virgines significare quicqz partitam continentiam a carnis illecebris. Continendus est enim animi appetitus a voluptate oculorum et aurium a voluptate olfaciendi gustandi, siue tangendi. Sed quia ista continẽtia partim coram deo fit vt illi placeatur interiori gaudio partim coram hominibus. Quinqz dicuntur sapientes, et quinqz stulte: quia vtraqz continentia est: quamuis diuerso fomite gaudeat. Lampades autẽ sunt que manibus portantur: opera que secundum istam continentiam fiunt. Dictum est enim. Luceant opera vestra: coram hominibus. Ista lecti. legantur ab vno solo puero in superpellicio. Et interim procedant quinqz pueri de vestiario ordinatim in superpellicijs capitibus velatis amicti albis et cereos ardentes in manibus portantes ad gradum chori tenentes accedant. Finita itaqz lect. scz incipiant ad altare conuersi. R. Audiui vocem de celo venientem: venite omnes virgines sapientissime. Oleum recondite in vasis vestris: dum sponsus aduenerit. Et percantetur a choro quo facto predict. pueri simul cantent Vsus. Media nocte clamor factus est ecce sponsus venit. Chorus. Oleum. His finitis eodem modo et ordine quo accesserunt vsqz ad vestibulum redeant. Benedictio. Sanctorum meritis: mereamur gaudia lucis. Lectio nona de omnibus Sanctis.

Ergo agite fratres aggrediamur iter vite: reuertamur ad ciuitatem in qua scripti sumus et decreti ciues. Non sumus hospites

tes sed ciues sanctorum et do mestici dei: et illius heredes coheredes autem Christi. Huius nobis ianuas aperiat fortitudo et fiducia latum prebeat ingressum. Consideremus ergo inclytam vrbis illius felicitatem inquantum considerare possibile est. Ut enim vere est cõprehendere nullus sermo sufficiet. Dicitur de ea in quodam loco sic: q̄ aufugiet ab ea dolor, tristicia, ꝛ gemitus. Quid hac vita beatius, vbi non est paupertatis metus, nõ egritudinis imbecillitas? Nemo ibi leditur: nemo inuidet, cupiditas nulla inardescit: nullum cibi desideriũ, nulla honoris pulsat aut potestatis ambitio. Nullus ibi dyaboli met⁹: insidie demonum nulle, terror gehenne procul. Mors neq̄ corporis neq̄ anime: sed immortalitatis munera iocunda. Nulla erit tunc vsq̄ discordia: sed cuncta consona, cuncta conuenientia quia omnium sanctorum vna concordia. Pax certa et leticia continua: tranquilla sunt omnia et quieta. ℟ m Concede nobis domine quesumus veniam delictorum ꝛ intercedentibus sanctis quorum hodie solẽnia celebramus. Talem nobis tribue deuotionem. Ut ad eorum peruenire mereamur societatem. ℣ Adiuuent nos eorum merita quos propria impediunt scelera excuset itercessio, accusat quos actio: ꝛ qui eis tribuisti celestis palmam triumphi, nobis veniam non deneges peccati. Talẽ nobis. Gloria patri. Ut ad. ℣lus Iusti autem inperpe. In lau. ãn. Uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus stantes ante thronum. ps. Dominus regnauit. ãn. Et omnes angeli stabant in circuitu throni: et ceciderũt in conspectu eius in facies suas et adorauerunt eum. ps. Iubilate. ã. Redemisti nos domine deus in sanguine tuo ex omni tribu in lingua et populo et natione: et fecisti nos deo nostro regnum. ps. Deus deus meus. aña. Benedicite dominum omnes angeli eius agite diem leticie et confitemini ei. ps. Bened. ãn. Hymnus oibus sanctis eius filiis Israel populo appropinquanti sibi gloria hec est oibus sanctis eius. ps. Laud. Cap. Ecce ego Io. Hymnus.

Christe redemptor omnium conserua tuos famulos beate semper virginis placatus sanctis precibus.

Beata quoq̄ agmina celestiũ spirituum preterita presentia futura male pellite.

Uates eterni iudicis Apostoliq̄ domini: suppliciter exposcimus saluari vestris precibus.

Martyres dei inclyti confessoresq̄ lucidi: vestris orationibus, nos ferte in celestibus.

Chorus sanctarum virginum clericorumq̄ omnium: simul cum sanctis oibus consortes christi facite.

Gentem auferte perfidam credentium de finibus: vt Christo laudes debitas persoluamus alacriter.

Gloria patri ingenito, eiusq̄ vnigenito: vna cum sancto spiritu, in sempiterna secula Amen.

Vsus. Mirabilis deus. an. Te glo-
riosus Apostolorum chorus: te pro-
phetarum laudabilis numerus: te
martyrum candidatus, laudat ex-
ercitus, te omnes electi voce confi-
tentur vnanimes beata trinitas v-
nus deus. ps. Benedictus. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus:
qui nos omnium sanctorum
merita sub vna tribuisti celebritate
venerari: quesumus, vt desideratam
nobis tue propiciationis abundan-
tiam multiplicatis intercessoribus
largiaris. Per. Ad primam. an.
Vidi tur. ps. Deus in nomine. Ad
terciam. an. Et omnes Angeli. ps.
Legem pone. Capitulum. Ecce ego.
Rx. de communi plurimorum mar-
tyrum ad omnes horas dicuntur. Ad
vi. an. Redemisti. ps. Defecit. Cpm.
Audiui numerum signato-
rum centum quadraginta
quattuor milia signati ex tribus fi-
liorum Israel. Ad nonam. an. Vi?.
ps Mirabilia. Capitulum.
Vidi turbam magnam quam
dinumerare nemo poterat
ex omnibus gentibus et tribubus:
et populis, et linguis stantes ante
thronum in conspectu agni amicti
stolis albis et palme in manibus eo-
rum. Ad ii vesperas. a. Vidi tur-
bam. ps. Confitebor. Credidi. In
conuertendo. Eripe me. ps Lauda
Hierusalem. Cpm. Ecce ego Johan.
Ym. Iusti in perpetuum viuent et
apud dominum est merces eorum.
Et cogitatio eorum. Apud altissi-
mum. Vsus. Ideo accipient regnum
decoris: et dyadema speciei de ma-
nu domini. Et cogitatio eorum. Glo-
ria laus et honor decus potestas et
iubilatio patri genito et spiritu san-
cto. Apud. Hymnus. Christe rede.
Vsus. Mirabilis deus. an. Salua-
tor mundi salua nos omnes sancta
dei genitrix virgo semper Maria
ora pro nobis. precibus quoque san-
ctorum Apostolorum martyrum, et
confessorum, atque sanctarum vir-
ginum suppliciter petimus: vt a ma-
lis omnibus eruamur, bonisque om-
nibus nunc et semper perfrui me-
reamur. ps. Magnificat. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus. &c.
Finitis his vesperis omnium san-
ctorum: statim incipiant festiue ve-
sper. mortuorum in conuentu. an.
Placebo domino in regione viuo-
rum. ps. Dilexi. Ultimus v. scilicet
Placebo. huius psalmi non psalla-
tur: sed statim loco ae. cantetur se-
cundum vsum Sarum. a. Heu me
quia incolatus meus prolongatus
est. ps. Ad dominum cum tribula.
an. Dominus custodit te ab omni
malo: custodiat animam tuam do-
minus. ps. Leuaui. an. Si iniquita-
tes obseruaueris domine: domine
quis sustinebit. ps. De profundis.
an. Opera manuum tuarum do-
mine ne despicias. ps. Confitebor.
Vsus. A porta inferi. Rx. Erue do-
mine animas eorum. Sub silentio
dicitur. an. Audiui vocem de celo di-
centem: beati mortui qui in domi-
no moriuntur. ps. Magnificat. Ky-
rie eleyson. Christe eleyson. Kyrie
eleyson. Pater noster. et Aue Ma-
ria. In pronunciatione. Et ne nos.
dicitur

pleatur iste. ps. Lauda anima mea. Finito psalmo. tunc enim dicat sacerdo. executo or. officij V. cum oratione: loco nec habitu mutato V. Requiem eternam dona eis domine. Rm. Et lux perpetua luceat eis. V. A porta inferi. Rm. Erue domine animas eorum. Vsus. Credo videre bona domini. Rm. In terra viuentium. Vsus. Dominus vobiscu. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animab9 omnium fidelium defunctorum: remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt: pijs supplicationibus consequantur. que terminetur sic. Qui cu deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus: per omnia secula seculorum. Amen. Non dicatur hic Dominus vobiscu3. sed statim idem sacerdo. dicat Requiescant in pace. Chor9 Amen. Deinde dicat compl. de die vts. ad. i. vs. an. Sanctorum precibus. ps. Cum inuocarem. Hymnus. Saluator. V9. Custodi nos. an. Lucem tuam. ps. Nunc dimittis. Pro corpore presenti cuiuscunq3 fuerit dicitur oratio ista: tam ad Placebo. quam ad Dirige. or. maior videlicet. Oremus.

Deus cui ppriu est misereri sp et pcere, te supplices dep. camur p aia famuli tui N. q hodie de hoc sclo migrare iussisti: vt no tradas ea in man9 inimici nec obliuiscaris in finem: sed iubeas illam ab angelis sanctis suscipi: atq3 ad regionem viuorum perduci: et quia in te sperauit et credidit, sanctorum tuorum mereatur societate letari. Per.

¶ In die tricenali de quocuq3 fue. vel comeo. vnius defuncti dicatur ista oratio ad Placebo. cu oratione

Deus cui proprium est misereri semper et percere: propiciare anime famuli tui vel famule tue et omnia eius peccata dimitte, vt mortis viculis absolutus, vel absoluta: trasire mereatur ad vita. Per. ¶ In aniuer. de quocuq3 fue dicitur ista oro ad Placebo. tm or.

Deus indulgetiarum domine: da anime famuli tui vel famule tue N. cuius anniuersariu depositiois diem commemoramus refrigerij sedem: quietis beatitudinem, luminis claritatem. Per do.

¶ Pro episcopis defunctis dicitur ista ad Placebo. tantum. Oratio.

Deus qui inter Apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali dignitate censeri fecisti: presta quesums: vt quorum vicem ad horam gerebant in terris: eoru3 perpetuo consortio letentur in celis Per. ¶ Pro fratribus et soro. defunctis dr ista oratio ad Placebo. tm.

Deus venie largitor et humane salutis auctor quesumus clementia tuam: vt nostrarum congregationum fratres et sorores qui ex hoc seculo transierunt, intercedente beata maria semper virgine: beato Michaele Archangelo, cum omnibus sanctis ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Per dominum. oratio generalis. ad Placebo. tantum. Fideliu

vsqz ad matutinas. nõ dicat. Dñs vobiscũ nec Requiescant i pace. Sed excepto comme. animarum. statim sine inuita. et sine ps. Uenite. incipiatur ã. super ps. tamen ãn. Dirige. non dicatur tantum post Placebo. vt in xl. et quando orationes predict. dicuntur in fi. vt ab hac die animarũ vsqz ad. iiii. fer. ante pascha. tunc oratio. Fideliũ. sic terminatur. Qui cum deo. vt supra ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. sine Dominus vobiscum. post oratio. ¶ In die animarum ante matuti. pulsatis cãpa more dominicali. Ad matutinas sine Domine labia. et Deus in ad. et sine ps. Uenite. incipiatur in superiori gradu ãn. et fiant. ix. lecti. ãn. Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam meam. ps. Uerba. ãn. Conuertere domine et eripe animam meam: quoniam non est in morte qui memor sit tui. ps. Domine ne. i. ãn. Nequando rapiat vt leo animam meam dum non est qui redimat, neqz qui saluum faciat. ps. Deus deus. ℣. A porta inferi. ℟. Erue do. Pater noster. Et ne. Non dicatur Iube domine. nec Tu autem. Nunquam benedictio a lectore paratur in istis lectionibus. lec. i.

Parce michi domĩe: nichil enĩ sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum. Uisitas eum diluculo: et subito probas illum. Usqzquo nõ parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam saliuam meam. Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum. Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum michimetipsi grauis. Cur non tollis peccatum meum et quare non aufers iniquitatem meã. Ecce nunc in puluere dormio et si mane me quesieris non subsistam ℟. Credo qꝫ redẽptor meus viuit et i nouissimo die de terra surrecturus sũ. Et in carne mea videbo deũ saluatorẽ meũ. ℣. Quẽ visurus sum ego ipse et non alius: et oculi mei conspecturi sunt. Et in carne. Job. x. Lectio secunda.

Tedet aĩam meam vite mee: dimittã aduersũ me eloquiũ meum. Loquar in amaritudine aie mee: dicam deo: noli me condẽnare. Indica michi cur me ita iudices. Nunquid bonũ tibi videtur si calũnieris et opprimas me opus manuum tuarũ: et consilium impiorꝫ adiuues. Nunqd oculi carnei tibi sunt aut sicut videt hõ et tu vides. Nũqd sicut dies hois dies tui: et anni tui sicut humana sunt tpa. Ut queras iniquitatem meam: et peccatuꝫ meum scruteris. Et scias quia nichil impium fecerim: cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. ℟. Qui Lazarum resuscitasti a monumẽto fetidum. Tu eis dñe dona requiem et locum indulgẽtie. ℣. Qui venturus es iudicare viuos et mortuos et seculũ per ignẽ. Tu. lec. iii.

Manus tue dñe fecerunt me: et plasmauerunt me totum in circuitu: et sic repente precipitas me. Memento queso qꝫ sicut lutum feceris me: et in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et

sicut

sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnib9 vestisti me: ossibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiã tribuisti michi: et visitatio tua custodiuit spiritum meum. R. Domine quando veneris iudicare terram vbi me abscondam a vultu ire tue. Quia peccaui nimis in vita mea. V. Commissa mea pauesco et ante te erubesco dũ veneris iudicare noli me condemnare. Nota. Sciendum est q quãdo corpus adest pñs cuiuscunq fue. et in anniuer. eorum tũ et in die animarũ repetantur. iii vi. et ix. R. Et q̃cunq R. a. ii. cantatur. In. ii. noc. añ. In loco pascue ibi me collocauit. ps. Dñs regit. añ Delicta iuuentutis mee, et ignorãtias meas ne memineris dñe. ps. Ad te do. le. V. Credo videre bona dñi in terra viuentiũ. R. Dominus illu. V. In memoria. Job. xiii. L. iiij.

Quãtas habeo iniquitates et peccata: scelera mea atq delicta ostende michi. Cur faciem tuã abscondis et arbitraris me inimicũ tuum? Contra folium qd vento rapitur ostendis potentiã tuam: et stipulam siccã persequeris. Scribis eñi contra me amaritudines: et cõsumere me vis peccatis adolescẽtie mee. Posuisti i neruo pedem meũ: et obseruasti oẽs semitas meas et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumẽdus sum, et quasi vestimentum qd comeditur a tinea. R. Heu michi dñe: q peccaui nimis in vita mea: quid faciã miser vbi fugiã nisi ad te deus meus miserere mei. Dũ veneris in nouissimo die. V. Anima mea turbata est valde: sed tu domine succurre ei. Dum vene. Job. xiiij. Lectio. v.

Homo natus de muliere breui viuens tempore: repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur et cõteritur et fugit velut vmbra: et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi apire oculos tuos: et adducere eum tecum in iudiciũ? Quis põt facere mundũ de immundo cõceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breues dies hominis sunt: numerus mensiũ eius apud te est. Cõstituisti terminos eius qui preteriri non poterũt. Recede ergo paululum ab eo vt quiescat donec optata veniat: et sicut mercenarij dies eius. R. Ne recorderis peccata mea dñe. Dum veneris iudicare seculũ per ignẽ. V. Dirige dñe deus meus in cõspectu tuo viam meã. Dũ. L. vi.

Quis michi hoc tribuat, vt in iferno ptegas me: et abscõdas me donec ptrãseat furor tu9; et cõstituas michi tẽp9 in quo recorderis mei? Putas ne mortu9 hõ rursũ viuat? Cũctis diebus qbus nũc milito expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: et ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidẽ gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. R. Dñe secundum actum meum noli me iudicare: nichil dignum in conspectu tuo egi. Ideo deprecor maiestatem tuam. Vt tu deus deleas iniquitatẽ meã. V. Amplius laua me domine ab

 iniusticia

iniusticia mea, et a delicto meo mūda me; quia tibi soli peccaui. Ideo.
℣ In tertio nocturno. āā. Cōplaceat tibi dn̄e vt eruas me dn̄e ad adiuuādū me respice. ps. Expectans. an. Sana dn̄e animam meam: q2 peccaui tibi. ps. Beatus qui intelligit. an. Sitiuit anima mea ad deum viuum: quando veniam et apparebo ante faciem domini. ps. Quemadmodum. Requiem eternā. l. vij.

SPiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur: et solum michi superest sepulchrum. Non peccaui: et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me domine et pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei trāsierunt: cogitationes mee dissipate sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus dom⁹ mea est: et in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi. Pater meus es: mater mea et soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc prestolatio mea: et patientia mea. Tu es domine deus meus. ℟. Peccantem me quotidie et non penitētem: timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redemptio: miserere mei deus et salua me. ℣sus. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua libera me. Quia in inferno. Lectio octauo.

PElli mee consumptis carnibus adhesit os meum: et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Misereminí mei: miseremini mei: saltem vos amici mei: quia man⁹ domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus et carnib⁹ meis saturamini. Quis michi tribuat vt scribantur sermones mei. Quis michi det vt exarentur in libro stilo ferreo et plumbi lamina vel celte sculpantur in silice. Scio enim q̄ redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum, et rursum circundabor pelle mea: et in carne mea videbo deum saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse: et oculi mei conspecturi sunt, et non alius. Reposita est hec spes mea: in sinu meo. ℟. Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. versus. Qui Lazarum resuscitasti a monumento fetidum: tu eis domine dona requiem. Et lux perpetua. Lectio nona.

QUare de vulua eduxisti me. Qui vtinam cōsumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi nō essem de vtero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui. Dimitte me vt plangam paululum dolorem meum antequam vadam et non reuertar ad terram tenebrosam: et operiam mortis caligine. Terram miserie et tenebrarum: vbi vmbra mortis et nullus ordo: sed sēpiternus horror inhabitat. ℟. Libera me domine de morte eterna: in die illa tremenda. Qn̄ celi mouēdi sunt et terra. Dum veneris iudicare seculum per ignem. ℣. Dies illa dies ire calamitatis et miserie

miserie dies magna et amara valde. Quando. Et dicatur vsqȝ Dum veneris. V. Ardentes anime flent sine fine ambulantes per tenebras dicuntqȝ singule ve ve ve, quante sunt tenebre. Dū veneris. V. Creator omnium rerum deus qui me de limo terre formasti, et mirabiliter sāguine proprio redemisti: corpusqȝ meum licet modo putrescat de sepulchro facies in die iudicij resuscitari: exaudi, exaudi me, vt animam meam i sinu Abrahe patriarche tui iubeas collocari. Dū veneris. Deinde repetatur R. Libera me, quādocunqȝ corpus adest pñs: et in omnibus anniuer. et trigintal. et quādo vltimo fit seruı. mor. añ pasche. semper erit vltimū R. Libera me. cum his. iij. V. Dies illa. Quando. et dr vsqȝ Dum veneris. V. Quid ergo miserrimus quid dicā vel qd faciam dum nil boni perferam ante tantum iudicem. Dum. V. Nunc Christe te petimus miserere quesumus qui venisti redimere perditos noli dānare redēptos. Dum. Deinde repetatur R. Libera. quod per totum annum obseruetur quando. cunqȝ dicitur R. m. Libera. Idem modus et ordo seru. hic qui in anniu. episcoporum per oīa. de quorum anniuer. supra dictum est i do. i. aduē. do. post. ti. vel. lc. vero in pulpito legantur. In oī. iij. et. vj. fer. per annum qñ fiunt vig. mor. cum ix. pis et. iij. lc. tñ tunc erit. iij. R. Libera me domine de vijs inferni. Qui portas ereas confregisti, et visitasti infernum et dedisti eis lumē vt viderent te: qui erant in penis tenebrarum. V. Clamantes et dicentes aduenisti redemptor noster. Qui. Nō repetatur R. Et notandum est qp sp in vigi. mor. cum. ix. pis. et. iij. lc. tñ dr hec sola ā. sup p. añ. lc. scz Dirige et tunc dr hic V. tñ scz. Complaceat tibi domine vt eruas me. R. Domine ad adiuuandum me respice. Ante lc. vero dicat facerd. V. Requiescant in pace. Amen. Iste V. dr semp ante lau. mortuorum mō nisi ab hac die animarum vsqȝ ad. iiij. fer. ante pasc. Nam tunc non sequentur lau. continue sicut in hac die animarum, Ab hac die vsqȝ ad. iiij. feriam ante pasc. non sequātur lc. continue corpus presens sue . siue non: sed semp post vlt. R. statim dr Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. vis. dicto mō. Pater noster. sine. Et ne. Deinde dr Exaltabo. i. sum nota more solito cum V. et orone que dicture sunt ad l. alio tpe. lc. vero tūc dñr post matut. de die et de s. maria et tunc post p. Bñdic. dr Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleysō more solito. et Pñ noster. et Et ne. cū ps. Voce mea. ii. cū V. et or. q dicebantur ad Placebo. Deinde dr ps. Ad te leua. A pasc. vero vsqȝ ad fes. oim sctorū dñr Placebo et Dirige. et l. stati post ves. de die et de s. mar. qñ in quentu dñr. In pasc. tpe dñr iij. l. cū. iij. R. et. iij. pis. et cū. iij. ais sup p. añ lau. qualiscunqȝ noc. dr et oēs ãe super p. ad ves. scz Placebo. dñr et oēs ãe sup p. in lau. dñr. Post oct. pasc. in quacunqȝ fer. inchoetur offi. mortu. incipiatur a. i. noc. et compleantur

plesutur duo sequen. noc. in eodem ebdo. si fieri pot; sin autem possit si ue non. Deinceps sequet ordo noc. sed ferie in hoc tempore: ita tamen q corpore presenti cuiuscunq3 fue. et in anniuersa. et in triginta. episcoporum in predicto tempore semper dicuntur [illegible] Sciendum est q in tempore pasc. semper erit. iii. R3. Libera me dne. cum his. iij. versibus scilicet Dies illa. Quid ergo. Nunc Christe. In die animarum ante lau. V. Requiescant in pace. Amen. In laud. an. Exultabut domino ossa humiliata ps. Misere. a. Exaudi domine orationem meam ad te omnis caro veniet. ps. Te decet. an. Me suscepit dextera tua domine. ps. Deus deus. an. A porta inferi erue domine animam meam. ps. Ego dixi. an. Omnis spiritus laudet dominu. ps. Laud. V. Requiem eternam. an. Ego sum resurrectio et vita qui credit in me etia si mortuus fuerit viuet: et omnis qui viuit et credit in me no morietur in eternum. ps. Benedictus. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. [illegible] nunciatione. Et ne. ps. Exaltabo. Deide dicat sacer. loco vel [illegible] tato. V. Requiem eternam. A porta inferi. Credo videre. Dne exaudi. Dns vobiscu. oro. Fidelium. tantu nec habitu mutatio eodem mo per oia quo prenotatu est ad Placebo. et [illegible] dictis statim dnr matu. de sancta maria in conuentu more solito. et post. i. collectam videlicet. Concede nos fa. fiat meo. de mart. Eustachio sociisq3 eius cu a. Isti sunt. V. Mirabilis deus. Oro.

Da nobis quesumus domine sanctorum martyrum tuorum Eustachij cum sociis suis intercessione letitiam et pace: vt quorum gaudemus triumphis: protegamur subsidiis. Per. Non dicitur ps. Ad te leua. nec vlla psra. fiat i choro hac die q3 quasi festiuum festum ht. Ad. i. nec ad alias horas dr Deus in ad. nec hy9 sed statim incipiatur in superiori gradu an. Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. ps. Deus in nomine. Beati immaculati. Retribue. Finitis his sine Gloria. repetita an. post ps. statim sequitur. Kyrie el. Xpe el. Kyrie el. Pater nr. Et ne. Sed libera. Requie eterna. A porta inferi. Erue. Credo videre. Dns vo. oro. Fidelium. que terminetur Qui cum deo. Requiescant i pace. Amen. Non dr Dns vobiscu post oronem. Hoc mo dne et finiuntur oes hore hui9 diei. Post prima vero in cpm. intrent more solito. et post lect. de martyrologio dicat sacer. V. Preciosa est in conspectu dni cu hac oratione tm. Sancta maria mater: que terminetur sic. Qui in trini. perfe. vi. et regn. deus per oia secula seculorum. Amen. Dns vo. Et cum. Benedicamus dno. Deo gratias. Hac die dnr oes hore ante missam. Si hec commeo. animaru in do. contig. differatur vsq3 in cras. et hyslo [illegible] inchoetur ipsa do. cum meo. tantum de mart. Eustachio sociisq3 eius ad matu. et ad

missam. Orationes mor. post k. pro corpore psnti. oratio. Deus cui proprium maior. In anniuersa. vero de quocunque fue. dicitur oro. Deus cui proprium minor. In trigin. vo de quocunque fuerit dr ad id. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus cui nunquā sine spe mie supplicatur, propiciare anime famuli tui vel famule tue vt qui de hac vita in tui nominis confessione decessit: sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per dnz. Per episcopis defunctis ad laudes. Oratio

Deus cuius misericordie nō est numerus suscipe pro animabus famulorum tuorum pontificum preces nostras: et lucis eis leticieque regionem in sanctorum tuorum societate concede. Per. Pro fratribus et sorori. ad id. dr Oratio.

Inclina domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animas famulorum famularumque tuarum quas de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione constituas, et sanctorū tuorum iubeas esse cōsortes. Et sic terminetur: Per christum dominū nostrum. Oremus. Deinde dicitur oratio pro familiaribus priuati ad placitum: quibus expletis sequatur oratio genera. in audiētia. Oratio.

Animabus quesumus domine omnium fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantium vt eas et a peccatis omnibus exuas, et tue redemptionis facias esse participes. Qui cum deo patre.

Requiescant in pace. Amen. Sine Dominus vobiscum. Sciendū est quod quando corpus est psns nisi fuerit eps vel aliquis magnus: semp dnr quatuor orationes tā ad Placebo. quam ad Dirige. sub vna conclusione. Prima pro corpore presenti, secunda pro episcopis, iii. pro fratribus et sororibus. iiii. generał. Itē in omnibus anniuersarijs semper dicuntur quattuor orationes tam ad Placebo. quam ad Dirige. sub vna terminatiōe. Prima anniuersalis oratio. ii. oratio pro episcopis iii. pro fratribus et sororibus. iiii. generał. Similiter fiat in tricenali ita tamen qd. i. oratio fit pro tricenali. Ita quando vigil. mortuorum fiunt cum ix. lect. tantum dicuntur iii. orationes tam ad Placebo. quā ad Dirige. prima pro episcopis, secunda pro fratribus et sororibus, tertia generalis. ¶ Sancte Wenefrede virgi. et marty. Ad. i. vesp. ān. Hec est virgo. et fer. cp. Domine deus. Rꝫ. Regnum mūdi. Hymnus. Virginis proles. ℣. Diffusa. Cetera omnia de communi vnius virg. et marty. secundum picam Saruꝫ. tam ad vesp. quam ad matutinas licet hec sequatur ān. super p̄s. Magnificat. cum oratio et ℣. de proprietate. a. Aue gemma claritatis ad instar carbunculi, aue rosa paradisi more fragrans balsami Wenefreda virgo felix gloriosa meritis assistentis tuis festis celi iūge gaudijs. ps. Magnificat. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus qui beatam Wenefredā virginitatis

ginitatis premio decorasti: fac nos quesumus eius intercessione mundi huius blandimenta postponere: et cum ipsa perennis glorie sedem obtinere. Per. Ad matutinas .ix. l. fiant. Lectio prima.

Venerabilis dei seruus Bennous a nobilibus viris scilicet Bengo patre: et perhen matre iuxta sabriaum in prouincia que dicitur powis oriundus: a primordiis infantie duos vel tres dies cum noctibus ieiunans peruigil in orationibus vix ad prandium ab ecclesia poterat diuelli. Qui parentibus relictis monachus effectus diuersis in locis ecclesias construxit: et fratres deo dignos diuinis obsequiis mancipauit: sibi prouisam a deo quesiturus mansionem. Ducente vero illum spiritu sancto: peruenit ad predium cuiusdam nobilissimi viri nomine Tenith. Qui filius vnius potentissime senatoris a rege seculi Ciliuth nomine, omni honestate conspicuus apparebat. Ad hunc vir dei cum aduenisset quod secreto voluebat in pectore nobili viro aduocato secretius propalauit. Domine ad te sum celesti instinctu destinatus: non sine certa causa tue tuorumque salutis si meis acquieueris petitionibus. Peto itaque quatenus de possessione tibi a progenitoribus deriuata partem deo et michi concedas: vt ibi ecclesiam fabricem pro te et omnibus christicolis deo seruituris. Lectio .ii.

Cuius petitionibus vir nobilis quasi celitus admonitus benigne annuens villam in qua ad eum venerat dei seruitiis liberam: et de se et de omnibus successoribus eius concessit ab omni expectatione solutam. Sicque nutu dei vir sanctus in breui animum illius obtinuerat vt statim de illo loco ad alium sua suppellectilia transferret: et filiam nomine Wenefredam, quam sue posteritatis spem habebat vnicam ad christi honorem et ad morum honestatem illi committeret informandam. Sancto dei itaque basilice construende propus diligentissime accelerante et Christi mysteria dietim deuotissime celebrante: ille nobilis vir Tenith ex aduerso non longe inde sua figens tabernacula mente sincera Christi seruitio adherebat cum vxore deuota. Lectio tertia.

Wenefreda vero celesti dogmate mox inebriata: omnia Christi mandata que a doctore suo predicabantur, ardenti desiderio et auribus patulis hauriebat tenaci memorie condebat in proximo operibus exhibitura quod tunc in animo congerebat. Omnem vero virum abdicare disponebat: sed hoc parentibus suis innotescere formidabat. Illos offendere non sibi idoneum fore credebat: deo funditus coniungi salutiferum esse sciebat. In hoc igitur certamine spirituali virginis animus non modico distrahebatur anfractu. Non immemor tamen virgo doctoris sui predicantis renunciare patri et matri et christum sequi: eum conscium sui audacter fecit esse secreti. Lectio .iiii.

O Pater inquit sanctissime, impetra michi ab vtroque parente omnem

nem seculi luxum amodo licere abdicare: et virginitatem meam celesti sponso integram cõseruare. Hec audiens vir sanctus: facillime quod petebat obtinuit ab vtroqꝫ parente. Tum quia illius funditus inhiabant consilio. Tum etiam quia illos imbuerat diuini nectaris plenitudo. Parentes igitur onere deposito illam nubendi seculo ceperunt rerum suarum opulentiã christi pauperibus erogare. Puella desiderium suũ adepta: se semper extendens ad interiora soli deo inhians nullaqꝫ admittens terrena pedibus beati viri assidebat votiua sitibundo hauriens corde: que de sponsi sui moribus alebat. Cum autem in exercitiis que ad salutem anime pertinent studiosissime inuigilaret cernens dyabolus in illa prouincia virtutem suam eneruari totus contra eam insurgere cepit. Lectio. v.

Quadam autem die dominica virginis parentibus ad ecclesiam pergentibus vt dei mysteriis et sancti viri interessent predicationibus virgine Wenefreda quodam corporis incommodo domi remanere coacta: ecce quidam iuuenis nomine Cardodocus regis alani filius palatium patris ingrediens, eam solam repperit: statimqꝫ de concubitu sermonum inferuit dicens se regis filium diuitiis et honoribus refertum, et illam affluenter locupletaturam si sue volũtati daret assensum. Illa vultu demisso rubore suffusa: dissimulans animi propositum simulauit primo se grauiter ferre qꝫ incomptam inuenisset. Petiit vt saltem modicum pateretur: donec a thalamo decentius redisset. Hec dicẽs solummodo ad horam euelli ab eo querebat. Quod tandem procus temeratius concessit. Lectio. vi.

Illa vero mox thalamum ingressa ex altera parte camere versus ecclesiam iter arripuit: que fuga mox iuueni innotuit. Ille vero arrepto gladio velociter insequens apprehendit eam in descensu cuiusdam montis ante ostium ecclesie: et his verbis allocutus est. Olim te amaui: et legalibus amplexibus te michi contingere desideraui. Quare te petentem contemnis, aut statim michi cõsenties, aut vitam isto gladio consummabis. Illa prius ad ecclesiam lumina vertens et neminem aspiciens: furibundo confidenter respondit. Regis eterni filio iuncta matrimonio nullum alium admissura sum dum vixero. Exime gladium et vt placet vtere: nec mine nec blandicie separabunt me ab illius amore. Ille vero extracto gladio caput eius amputauit. Mox vero vbi caput virginis ad terrã corruit: fons hominibus et pecoribus saluberrimus vbertim emanauit. Sine expositione. Lectio septima.

Corpore vero virginis ĩ loco quo ceciderat remanente caput ipsius de procliui ruit ĩ ecclesiam inter pedes astantium. Unde stupefacti et attoniti tam parẽtes quam alii accurrunt quam totius rem certius cognituri, virginemqꝫ deuotam cõperientes esse decollatam: lamentabilem

bilem prodiderat clamorem. Quē vir sanctus audiens: ad cetum peruenit astantium. Uirginem quoqꝫ quam deo consecraturus erat: peremptam cernens et peremptorem illius gladium suum per herbam tergentem adhuc madidum cruore conspiciens: his verbis impium est aggressus. O prolis inquit regie dignitatis homicida celestis: cur non penitet te tantum scelus perpetrasse? Pacem conturbasti et ecclesiā tuo sacrilegio fedasti, nec diei dominice reuerentiam exhibuisti. Nunc ipsum deum meum deprecor quatenus que tu indigne commisisti digna recompēsatione recipias. His dictis iuuenis ad terram corruens: ilico expirauit. Mirumqꝫ dictum corpus defuncti liquefactum in conspectu astantium disparuit: multis asserentib⁹ tellure dehiscēte fuisse absorptum, & cum spiritu suo in baratro demersum. Lectio. viij.

Dehinc sanctus caput virginis deosculans: et suo ordine cōponens reliquo corpori adegit, et pallium suum supersternens ad altare missam celebraturus accessit. Qua peracta ad corpus remeans: hoc sermone ad populum usus est. Scitote carissimi hanc dei virginem votum sanctimonialis fecisse, & intercepta morte tempus exsoluendi non habuisse. Unde condecet nos humi pcumbentes deuotius deum pro ea interpellare: multas in posterum per eam habituri commoditates. Ipse vero manus ad celum expandens: dixit. Domine Jesu Christe pro cuius amore hec virgo terrena respuens: celestia concupiuit quam quā non ignoremus ipsam pro tuo nomine passam: in celestis gaudiis finibus repositam: nostro vlterius non indigere contubernio tamē votorum bonorum affector clementissime precipe: vt anima huius puelle rediuiua gratia tue nomine nomē tuum magnificet adhuc in tua plebe: et post longa vite spacia multiplicato bone conuersationis fenore ad te redeat sponsum suum vnicum dei patris filium cum quo et cū spiritu sancto viuis et gloriaris deus per infinita secula seculorū. Cumqꝫ omnes respondissent Amen: puella quasi a somno educta resedit: tergens et emundans faciem suam a puluere et sudore, surgensqꝫ i ecclesiam intrauit & deo gratias inde libauit. Porro vbi caput ipsius collotenus resectum, et postea virtute diuina compactum fuerat: albedo quedam a modum filio locum sectionis semper obducebat. Lectō. ix.

Homines autem illius prouincie qui nondum deum cognouerant videntes infausti iuuenis confusionem et gloriose virginis resuscitationem: pedibus beati viri Bennoi pvoluti dei mysteriis petierunt imbui. Quos ille deuote suscipiens: sacri baptismatis vnde purificauit, & diuinis sermonib⁹ instructos in dei seruitio confirmauit. At dei virgo Wenefreda tota die scti veri pedib⁹ adherens: illius sermonibus sedula intendebat, et se velare cū suis parentib⁹ obnixe deposcebat. Uir aūt

sanctus

sanctus coram parentibus et multis alijs eam sacro velamine indutam cōsecrauit: atqꝫ regularis propositi disciplinis plenissime informauit: que statim totius virtutis arcē aggrediens, in breui totius ordinis adepta est peritiā. Unde vir dei admodum letificatus: parentes in vnum conuocatos ꝛ alios dei seruos sic est affatus. Uos inquit hactenꝰ meis petitionibus et concilijs prōptos exhibuistis: nūc vero in vobis exuberantibus dei beneficijs incedite vigilanter preostensam vobis viā salutis. Et quā alias vocat me deus ꝛ me ad presens cariturī estis filie vestre admonitiōibus solerter intēdite et exemplis. Ad virginem conuersus ait. De meis exercitijs succedere precepit deus: ꝛ virgines in dei seruitio hic tecum mansuras cōgregare. Hic vero annis septem peractis te diuinitus admonitam: oportebit alium inuiscere locū. Cetera de cōi omnius virginis et mart.

¶Sancti Leonardi confessoris et abbatis: ix. lectiones fiant. Oratio.

Preces nostras q̄sumus domine celesti dono prosequere: vt qui de beati Leonardi confessoris tui atqꝫ Abbatis patrocinijs gloriamur: eius meritis, atqꝫ suffragijs apud te semꝑ adiuuari mereamur. Per. Lectio prima.

Beatus igitur Leonardus temporibus Anastasij Imperatoris in Prouincia Gallicana claris parentibus collateralibus Clodouei regis Francie extitit oriundus. Quem Clodoueus quondam paganus: sed per predicationem sancti Remigij Remensium archiepiscopi ad fidem cōuersus de sacro fonte leuauit. Le. ij.

Puer autem Leonardus factus adolescēs relicta regali militia spiritu tactus diuino sequi voluit Archiepiscopi Remigij vestigia. Cuius doctrinam et morum honestatem sequens plurimis miraculis choruscabat. Lectio tertia.

Hic cum a rege impetrasset vt omnes quos i ergastulis visitaret soluerent: vbicunqꝫ incarceratos audisset ad eorum liberationem impiger currebat. Crescenteqꝫ fama eius multi ad eum confluentes gratia recuperande sanitatis redibant ab eo sani. Lectio quarta.

Uolens ergo famam hominum declinare et soli deo seruire: adijt siluam nomine Pauuz. Quo cum rex et regina venandi causa aduenissent: contigit reginam partu periclitari. Cui cum medici non possent subuenire: satellites siluam vlulatibus repleuerunt. Lectio quinta.

Uir dei hoc audiēs: mox aduenit. Cunqꝫ pro ea orationem ad deum fudisset: regina ilico et optatū partum habuit et remedium a doloribus sensit. Quo viso rex: munera ꝑciosa viro dei obtulit: q̄ omnia vir sanctus recusauit. Dedit igitur sibi rex tantum de eadem silua: quātum vnius noctis spacio cum asello suo circuire potuisset. Lectio vj.

Sanctus ergo Leonardus construxit in eodem loco oratoriū in honorem

norem beate Marie quod appellauit nobiliacum: eo ꝙ a nobili rege donatum esset. Congregatisqꝫ ibi fratribus multo tempore vixit. Ubi propter aque penuriam fontem indeficientis aque a deo suis precibus impetrauit. Multisqꝫ clarus miraculis in domino obdormiens: in eodē loco sepultus est. Tres vltima lecti. de expositione euangelii Nemo ac. Cetera de communi huius confes. et Abba. ¶ Sanctorum quattuor corona. marti. &c. Oratio

Presta quesumus oīpotens deus: vt qui gloriosos martyres tuos Claudiū: Nicostratum simphorianum, castoriū, atqꝫ simplicium fortes in sua confessione cognouimus pios apud te in nostra intercessione sententiamus. Per. Ad matutinas inui. dup. Lectio. i.

Tempore quo Diocletianus perrexit in pannoniam ad metalla de montibus abscindenda inter montes metallicos inuenit claudium, nicostratum, simphorianum, castorium atqꝫ simpliciū magna peritia artis illius imbutos: sed occulte christianos. Quibus inuidētes socii, accusarunt eos ꝙ essent christiani. Lectio secunda.

Imperator hoc audiens iussit lāpadio tribuno eos audire: et in quo reatus inueniret pena ferire. Qui iussit sanctos dei sibi presentari: et ostendit eis omnia genera tormentorum dicens. Nisi antiquis numinibus sacrificaueritis his penis peribitis. Sancti martyres dixerūt. Minas tuas non timemus. Irat⁹ lampadius iussit eos iam scorpionibus mactari. Lectio tertia.

Eadem hora lampadius arrept⁹ a demonio expirauit. hoc audiens imperator iussit loculos plumbeos fieri et sanctos dei viuos inclusos in fluuium precipitari. Quos Nichodemus christianos post quadraginta dies leuauit: et etiam in domo sua reposuit. Cetera de communi plurimorum martyrum. ¶ Sancti Theodori martyris tres lectiones fiant. Oratio.

Deus qui nos beati Theodori martyris tui cōfessione gloriosa circundas et protegis: presta quesumus, eius nos imitatione proficere, et oratione fulciri. Per. Ad matuti. inuitat. simp. Lectio. i.

Temporibus Maximiani et Maximi Imperatorum tentus est Theodorus et cum eo multi alii ad militandum in legione maritimorum. Qui cum ydolis sacrificare contēneret: adductus est ad brincā prepositum: et ait. Ego christianus sum et immolare simulachris preceptum non accepi. Lc. ii.

Iratus preses brincas: pluribus cum tormentis afficit. Sed cum eum sic superare non posset dictauit sententiam dicens. Theodorum preceptis imperatorum non obtemperantem: sed in christum credentem igni iubeo tradi, qd et factū est. L. iii.

Magnum enim miraculum flamma in specie camere facta: corpus circumuallauit et erat quasi non corpus ardens: sed quasi panis qui coquitur.

coquitur. Beat⁹ vero martyr erat in medio flamme: & sine afflictione laudans deum, et ita reddidit celo spiritum. Cetera de cōi vnius mar.

Sancti martini epi & cōfessoris ad .i. vespas. an. O beatum pontificem qui totis visceribus diligebat christum regem: & non formidabat imperij principatum o martine dulcedo medicamentum & medice: o sāctissima anima, quam & si gladius percussoris non abstulit: tamen palmam martyrij non amisit. ps. feria. Cpm. Ecce sacer. ℟. Beatus martinus. Hy⁹. Iste confessor. ℣. Amauit eum. an. O martine o pie: q̄ piū est gaudere de te, o martine prophetis compar, apostolis cōsertus: presulum gemma: fide & meritis egregie pietate misericordia charitate ineffabilis succurre nobis nūc & ante deum. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propicius: vt intercessione beati Martini confessoris tui atq3 pontificis cōtra omnia aduersa muniamur. Per dominum.

Memo. de scto mēna mar. Oratio.

Presta q̄s omnipotēs deus: vt qui beati Menne martyris tui natalicia colimus: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per. Tunc eat procel. ante altare sancti Martini cantando ℟. Martinus abrahe. ℣. Ora pro nobis. Oratio.

Deus qui es bonitatis auctor & bonorum dispensator concede propicius: vt qui beati martini confessoris tui atq3 pontificis solennitatem veneramur, eius patrocinio atq3 suffragio, maiestatis tue propiciationem consequamur. Per christū. In redeundo de sancta maria. Ad matut. inuit. Martinus ecce migrat hic pauper celo diues. Quem sanctorum concentus christo psallens deduxit nos celestibus hymnis laudemus in hunc deū. ps Venite. Hy⁹. Iste confessor. In .i. noct. an. Sanctus Martinus obitum suum longe ante presciuit: qui & discipulos in vnū congregauit, atq3 sui dissolutionē imminere predixit. ps. Beatus vir. an. Cum repente viribus corporis cepit destitui: tunc meror et luctus omnium vox plangentium vnaq3 precātium ne pastor oues deseras. ps. Quare fremuit. an. Scimus quidem te pater desiderare christū, sed salua sūt tibi premia tua nostri potius miserere quos deseris pater. ps. Domine qd multi. ℣. Amauit eum. Lectio .i.



Martinus sabarie pannoniorum oppido oriūdus fuit: sed intra Italiam ticini alitus est parentib⁹ non infimis, gentilib⁹ tamen. Qui q3 militie cingulo a perfido iuliano addictus est, licet inuitus. Ipse enī armatam militiam in adolescentia secutus est sub rege constantino: deinde sub perfido iuliano iuxta parentum suorum nobilitatem nō tamen spōte fruebatur. Nam cum decem esset annorum: inuitis parentibus ad ecclesiam confugiens, seq3 cathecuminum fieri postulauit. Sed

vir sanctus magis elegit deo celesti seruire: q sub imperatore militare terreno. Vers. Hic est Martinus electus dei pontifex. Cui dominus post apostolos tantam gratiam cōferre dignatus est: vt in virtute trinitatis deifice mereretur fieri trium mortuorum suscitator magnificus. Sācte trinitatis fidē Martinus confessus est. Cui. Lectio .ii.

Hic etiam Martinus benignus, patiens atq humilis: nondum in christo regnatus opem ferebat miseris. Alebat egētes: nudosq vestiebat. Quodam aūt tempore cu adhuc esset cathecuminus martino hiemali frigore cum nichil haberet preter clamidem qua indutus erat: media eiusdem clamidis parte abscissa, nudū pauperē quendam vestiuit. Qua etiam nocte sequente dominum Jesum christum inter angelicos exercitus vestitum aspexit: audiuitq dominum voce clara dicentem. Martinus adhuc catheciminus hac me veste contexit. Rm. Dum sacramenta offerret beatus Martinus. Globus igneus apparuit super caput ei9. V. Dū enim preces ad deū emitteret: & pro vniuerso grege sibi cōmisso deprecaretur. Globus igneus. Lectio .iii.

Cum autem esset annorum duo de viginti: ad baptismū conuolauit, nec tamen statim mi- litie renūciauit tribuni sui precibus deuictus cui contubernium familiare prestabat, qui transacto tribunatus sui officio: renunciaturum se seculo pollicebat. Qua expectatione Martinus suspensus per biennium fere postea q est baptisma cōsecutus: solo scilicet nomine militauit. R. Beatus Martinus obitum suum longe ante presciuit: dixitq fratribus. Dissolutionem sui corporis imminere. Quia indicauit se iā resolui. V9. Viribus corporis cepit repente destitui: cōuocatisq in vnū discipulis suis. Disso. Gloria. Quia. In .ii. noctur. ān. Domine iam satis est q hucusq certaui sed quo adipse iusseris militabo ac si parcis etati bonum est michi hos pro quib9 timeo ipse custodias. Ps. Cum inuocarem. ā. Artis febre fatiscentes spiritui seruire cogebat stratuq suo illo nobili cilicio recubās nec terram videre iam dignatus est: celo totus inhiabat. Ps. Verba. ān. Sinite me (inquit) celu videre: vt spiritus dirigatur ad dominum nichil in me reperiet inimicus sed sinus abrahe me suscipiet. Ps. Dominus do. V. Justum deduxit. Lectio quarta.

Relicta tandem militia: hylarium pictauie vrbis episcopum adijt: & apud eum aliquandiu commoratus est. Eo tēpore ei quidam catheciminus adhesit cupiēs sanctissimi viri instrui disciplinis. Paucis quippe interpositis diebus graui lāguore correptus absente sācto viro: subita morte preuētus est. R. Dixerunt discipuli ad beatum Martinum: cur nos pater deseris, aut cui nos desolatos relinquis. Inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. V. Scimus quidem pater desiderare te christum sed salua

sunt

sunt tibi premia sua nec dilata mi- nuent: nostri potius miserere quos deseris. Inuadent. Lectio quinta.

Reuersus post triduum Martinus exanime corpus inue- nit: et fusa ad deum oratione, eum vite restituit. Qui et baptizatus est ab eo: et postea multis vixit annis. Sub eo tempore Martinus ad epi- scopatum turonice ecclesie peteba- tur. ℟ Domine si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso propter eos subire laborem. Fiat voluntas tua. ℣ Jam enim domine satis est q huc usque certaui: sed quo ad ip- se iusseris militabo. Ac si parcis e- tati bonum est michi. Fiat volun- tas tua. Lectio sexta.

Iamque sumpto episcopatu qua- lem sibi deus gratiam prestitit: nō est nostre facultatis reuoluere. Idē ipse cōstātissime perseuerabat q prius fuerat. Eadē in corde eius humi- litas: eadē i vestitu ei⁹ vilitas erat. Adeo vero oīa scilicet maiora sūt in eo: q vt verbis explicari queāt. Nā nulla hora, momētumque preterijt: quo nō aut orationi, aut lectiōi va- caret. ℟ Oculis ac manib⁹ in celū sēper intentus. Inuictū ab oratiōe spiritū nō relaxabat. ℣ Nichil eni terreni aliqū negocij diuino a tepo- nēs officio semeterque semetipsū ad ea q supna sunt extendens. Inuictū. Gloria. Inuictū. In iii. noctu āN. Media nocte dñica factus diceesit quē celi ciuis sanctorum obuiāt: multi au dierūt voces sublimium, q et vitro pu- tior, lacte candidior, carne quoque mo stratus est gēma sacerdotū. ps Dñe quis hā. āN. Glorificati hominis vi- derunt gloriam qui affuerunt: iam caro quā cinis semper obtexerat ita resplendiuit: vt quodā resurrectio- nis dec⁹ extincta preferret. ps Dñe in vir. āN. Adest multitudo mona- chorum ac virginū qui speciali glo ria precipue flebant: cum sentirent magis esse gaudēdum si rationem vis doloris admitteret. Psalmus. Domini est terra. ℣ Justus vt palma. Lectio septima.

Martinus autem obitum su- um longe ante presciuit. Di- xitque fratribus suis dissolutionem sui corporis imminere. Interea cau- sa extitit: qua cōdatensem dyocesim visitaret. Nam clericis illius eccle- sie inter se discordantibus pacem re formare cupiens: licet finem dierū suorum non ignoraret: proficisci ta- men ob illam causam non recusa- bat. Bonam hanc virtutum suarū consummationem existimans: si pa- cem redditam ecclesie reliquisset. Igitur ali qdiu sanctus Martin⁹ in ecclesia ad quam ierat commora- tus pace inter clericos restituta: cū iam regredi ad monasterium cogi- taret viribus corporis cepit repen- te destitui. Conuocatisque discipulis in vnum: indicauit se iam resolui. ℟ O beatum virum in cuius transitu sanctorum canit numerus. Ange- lorum exultat chorus: omniumque celestium virtutum occurrit psal- lentium exercitus. ℣ Ecclesia in- sitis virtute roboratur: sacerdotes dei reuelatione glorificatur: quem Michael assumpsit cum angelis.

Angelorum. Lectio octaua.

Tunc vere meror et luctus omnium vox vna plangentium. Cur nos pater deseris, aut cui nos desolatos relinquis: Inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. Tunc ille motus his fletibus: vt totus semper in domino misericordie viscersbus affluebat lachrymasse perhibetur. Conuersusqꝫ ad dominum: hac tãtum flentibus voce respõdit. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso pro eis laborem: fiat voluntas tua. ℟. O q̃tus luctus erat omnium: q̃ta precipue merentium lamenta monachorũ. Quia ⁊ pium est gaudere martino, et pium est flere martinum. ℣. Beati viri corpus vsqꝫ ad locum sepulchri hymnis canora turba prosequitur. Quia et piuz est gaudere. Lectio nona.

Unqꝫ in orationibus et vigilijs fatiscentes artus spiritui seruire cogebat nobiliqꝫ stratu suo in cinere ⁊ cilicio recubans: a discipulis rogaretur vt saltem vilia sineret stramenta supponi. Non decet (inquit) filij christianum: nisi in cinere mori. Et ego si aliud vobis exemplum relinquo, ipse peccaui. Post hec vidit dyabolum prope assistere cui ait. Quid hic stas cruenta bestia: Nichil in me funestum reperies: sed sinus abrahe me suscipiet. Et hec dicẽs octogesimoprimo etatis sue anno media nocte dominica inuictum ab oratione spiritum domino exhalauit. ℟. Martin⁹ abrahe sinu letus excipitur. Martinus hic pauper et modicus. Celũ diues ingreditur: hymnis celestibus honoratur. ℣. Martinus episcopus migrauit a seculo viuit in christo gẽma sacerdotum. Martin⁹. Gloria. Celum. ℣. Ora pro nobis. In lau. ãn. Dixerunt discipuli ad beatum Martinum cur nos pater deseris, aut cui nos desolatos relinquis: inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. ps. Dominus regnauit. ãn. Domine si adhuc populo tuo sũ necessarius non recuso laborem fiat voluntas tua. ps. Jubilate. ãn. O virum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincẽdum: qui nec mori timuit, nec viuere recusauit. ps. Deus deus meus. ã. Oculis ac manibus in celum semper intentus: inuictum ab oratione spiritum non relaxabat alleluya alleluya. ps. Benedicite. ã. Martinus abrahe sinu letus excipitur: Martinus hic pauper et modicus, celum diues ingreditur hymnis celestib⁹ honoratur. ps. Laudate. cpm. Ecce sacer. hy⁹. Jesu redemptor. ℣. Justus germinabit. ãn. O q̃tus luctus omnium, q̃ta precipue lamenta monachorũ ac virginum chorus quia et pium est gaudere martino: ⁊ pium est flere Martinum. ps. Benedictus. or. Deus qui conspicis. Memoria de sancta Menna mart. or. vt supra. Ad primam. ãn. Dixerunt discipuli. ps. Deus in nomine. Ad tertiam ãn. Domine si adhuc. p. Legem pone. Capm. Ecce sacer. ℟. ⁊ ℣. de cõmuni vnius confessoris ⁊ põtificis ad oẽs horas dicuntur ⁊ capm. Ad

vi. an. O virum. ps. Defecit. v. Benedictionem. ad. ix. an. Martinus ps. Mirabilia. hym. Cognouit eu. Ad. ii. ves. an. Dixerunt discipuli. ps. feria c hym. Ecce sacer. hy. Jesu redemptor. v. Justus germi. an. O beatum virum cuius anima paradisum possidet: vnde exultant angeli, letantur archangeli chorus sanctorum proclamat: turba virginu inuitat, mane nobiscum in eternu. ps Magni. vers. Hoc eodem modo dicuntur ves. quotidie per octa. qn de sancto Martino fit serui. excepto q ae. sup ps. Magni. et Bndictus mutant. Quotidie infra octa. sancti Martini qn de eo agit: hoc modo fiat serui. Ad matu. inuita. Martinus ecce. ps. Venite. hy. Jste confes. ¶ Jn. i. noct. Martinus adhuc cathecuminus: hac me veste contexit. ps. Beatus vir. a. Scte trinitatis fide Martinus confessus est: et baptismi gratia recepit. ps. Quare fre. a. Beatus martinus dixit iuliano: xpi eni su miles, pugnare michi no licet. ps. Dne qd. a. Ego signo crucis no clypeo ptectus aut galea hostiu cuneos penetrabo secur. ps. Cu inuo. a. Confido i dno q filia mea precib tuis reddita sit sanitati. ps. Verba. a. Tetradi cognita dei virtute ad baptismi gra peruenit. ps. Dne dns nr. a. Dns iesus christ non se (inqt) purpuratu: nec diademate renitente venturu esse predixit. ps. Dne qs ha. an. Du sacramenta offerret btus Martinus: globus igne apparuit super caput eius. ps. Dne in vir. an O ineffabile viru per quem nobis tanta miracula chorusca nt. ps. Dni est terra. v. Amauit eum. ¶ Lectio. de miraculis vel de vita sancti Martini legantur per totas oct. qn de eo fit seruit. Lectio prima



Ccidit autem dum beatus Martinus iter ageret: vt cuiusdam gentilis corpus qd ad sepulchru superstici oso funere ferebatur obuium haberet: qui cu videret linthea mina corpori superiecta vento volitari prophanos sacrificiorum ritus agi credidit. Eleuato ergo cruce signo iussit plebem stare, onusq deponere. Cuius mandatum plebs preterire non poterat: donec cognita virtute corpis dedit eis abeundi et tollendi potestatem. Jta eos et cu voluit stare compulit: et cu voluit abire permisit. v. et R. secundum ordine nocturno dicunt. Lectio secunda.

Jtem du in vico quodam templu antiquum diruisset: et arborem pinum phano proxima vellet excidere obstitit ei loci antistes cum turba gentilium, qui dixit eam succidi no debere :quia domui erat dedicata. Tuc ait ei vnus. Nos eam succidemus tu ruente accipe: et si tecum est deus tuus, euades ipso autem hoc pmittente: succidunt ipsi leti. Martinus vero eo loco ligat erat: quo arborem casuram nemo dubitabat Quam super se ruentem signo crucis opposito diuersa in partem ruere fecit: que omnes circunstantes pene prostrauit. Quo viso: omnes baptizati sunt. Lectio. iiii.

Cum in vico quodam phano anti

quo ignem immisisset: agente vento in proximā domū, flāmmarum globi ferebant. Quod videns Martinus tectum ascendens: flammis se opposuit. Cuius virtute cōtra vim vēti reversus ignis: tecta innocua nō ledebat. Ps. Te deū. V. Ora pro no. In lau. quotidie hec sola. ā. Dixerunt discipuli. ps. Dñs regnauit ps. hy. ℞ V. sicut in. i. die. Ne sequentes āe. dicūt quotidie infra octa. sup pos Benedictus. et Magnificat. vel ad memo. de sancto martino cū de aliquo festo fit seruitiū. ān. Sacerdos dei Martine: aperti sunt tibi celi, et regnū patris mei. ān. Sacerdos dei Martine, pastor egregie: ora pro nobis deum. ān. Sanctus martinus obitū. in. Cū repente virib⁹. Iste āe. q̄ sequunt de noc. infra octa. sancti Martini: qū fit de eo memo. semp fit cum hoc V. tam ad vespe. quam ad matuti. scilicet. Ora pro nobis: preterq̄ ad. ii. vesp. scti Hugonis: tūc enim dicatur V. Amauit. videlicet ad memo. de sancto martino Orō Deus qui conspi. Memo. cōsue. dicatur quia cho. no regit. ¶ Notandū est vbi infra oc. sancti martini de eo plenū serui. fieri nō poterit. ppter fest. loci: vel propter aliquā aliā rationabilē causā: tunc ān. Martinus adhuc ca. ꝛ oēs āe. ibidem de noctu sequen. scilicet post ān Sacerdos dei mar, aperti. ꝛ post ā Sacerdos dei mar, pastor. Ad memoria de sancto Martino dicatur infra octaua ꝛ semper cū predi. V. ꝛ oratione tam ad vesperas q̄ ad matutinas. Ad primam. ān. Dixerunt discipuli. ps Deus in nomine. Ad. iii. ꝛ ad alias horas omnia fiant sicut in. i. die. ꝛ cet. ¶ Sancti Bricij episcopi ꝛ confessoris. Ad vesperas āe. ps. feria. Capitulum Ecce sacerdos. Hymnus. ꝛc. de cōmuni vnius cōfessoris et pontificis cū hac oratione. Oratio.

Conserua q̄s domine populū tuum intercessione beati Bricij confessoris tui atq; pontificis, in tuo amore confisum vt mereamur ipso intercedente consortes fieri celestium gaudiorum. Per. Memoria de sancto Martino ān. Sacerdos dei mar, pastor. Deinde memoria consuete dicuntur. Ad matutinas iii. lec. fiant sine regi. chori. V. Amauit eum dominus. Lectio prima.



Bricius cū esset prime etatis beato martino multas inferebat īsidias. Unde cuidā infirmo sctū martinū querēti ait. Si delirū illū q̄ris: ecce celū solito sicut amens respicit. Quod cum postea se dixisse negasset: ait ei Martinus. Obtinui apud deum vt post me episcopus fias: sed scias te in episcopatu multa aduersa passurum. Bricius hoc audiens: deridebat eum. Multaq; opprobria martinus passus est ab eo. Sed nō mouebatur sepe illud commemorans. Si christum iudam passus est cur ego non patiar Bricium. Lectio. ii.

Igitur post decessum beati Martini adeptus Bricius episcopatum orationi vacabat. Quia q̄uis superbus

bus esset & vanus: castus tamen erat. Tricesimo autem ordinationis sue anno mulier ad quam cubicularij vestimenta abluenda portabāt concepit et peperit: et omne crimen turonēses super episcopum referūt, volentes eum lapidare. Ille viriliter hoc negans: afferte (inquit) michi infantem. Oblatoque triginta dies ab ortu habente: ait. Adiuro te per christum, si ego te generaui: coram cunctis edicas. Qui ait. Non es tu (inquit) pater meus. Lectō. iii.

Cumque populus hoc magicis artibus ascriberet: Bricius prunas ardentes in byrro suo usque ad sepulchrū bti Martini portauit. Quib⁹ proiectis vestis inusta apparuit, et ait. Sicut hoc vestimētum ab igne est illesum: sic corpus meum a tactu mulieris est impollutum. Populis vero non credentibus multis affectus iniurijs ab episcopatu deijcitur: romam petens, & papa cuncta referēs. Septimo igitur anno cum auctoritate papa in sede sua turonis receptus est: post septem annos in domino quieuit. Cetera de communi vnius confessoris et pontificis. ℣. Iustum deduxit. In laudib⁹. ān. Post excessum beati Martini episcopi: beatus Bricius cathedram episcopalē suscepit. ps Dn̄s regnauit. ān. Tricesimo ordinationis sue anno oritur contra eum lamentabile crimen nam quedam mulier que cubicularijs vestimenta abluebat: cōcepit & peperit, et omne crimen episcopo obijciunt. Psalmus. Iubilate. ān. Illo quoque negante iussit afferri sibi infantem: cumque fuisset oblatus triginta ab ortu habens dies: ait ad eum Bricius adiuro te per deum vt si ego te generaui coram cunctis edicas. Psalmus. Deus deus. ān. Respondēs autem infans coram omni populo beato viro dixit. tu nō es (inquit) pater meus. Psalmus. Benedict⁹. Antipho. Sanctus Bricius satisfaciens populo: prunas ardentes ab vrbe in byrro suo deferens, et ante sepulchrum beati Martini coram populo proijciens vestimentum suum inustum apparuit. ps. Laudate. Capitulū. Ecce sacerdos. Hy⁹. Iesu redemptor. ℣. Iustus germinauit. ān. Populis autem non credētibus & ab episcopatu eum proijcientibus romam petiit flens & eiulans atque dicens: merito hec patior quia peccaui in sanctum dei. Psalmus. Benedictus. Oratio. Conserua quesumus domine. Memoria de sancto Martino. Ad primam. aña. Post excessum. ps. Deus in nomine. Ad tertiam. ān. Tricesimo. ps. Legem pone. Capitulum. Ecce sacerdos. R. & ℣. de communi vnius confessoris et pontificis ad omnes horas dicuntur. Similiter et capitulum. Ad sextam. aña. Illo quoque. Psalmus. Defecit. Capitulum. Benedictionem. Ad nonam. ān. Sanctus Bricius. Psalmus. Mirabilia. Capitulum. Cognouit eum. Si hoc festo sancti Bricij in dominica contigerit totum fit officium de festum et de dominica. Ad Primā vesp. sup pos. ā. Iustū deduxit.

maior psalmi ferie. Capitulū. Ecce sacerdos. R̄z. Miles christi. Hymnus et cetera de communi vt supra. Oratio. Conserua quesumus dn̄e. Memoria de sancto martino: et postea de dominica. Deinde de trinitate et processio ante crucem. Ad matutinas tres prime lectiones de propriis lectionis sancti Bricii cum R̄. et R̄. de primo noctur. communis hystoriis vnius confessoris et pontificis. Et tres medie lectiones de sancto Martino cum R̄. Iustum deduxit et tamen R̄. de primo nocturno hystoria sancti Martini. Tres vltime lectiones de expositione euangelium. Homo quidam nobilis. cum R̄. et R̄. de tertio nocturno communis hystoriis vnius confessoris et pontificis. V̄. Ora pro nobis. Ad laudes omnia fiant vt supra. Ad primā. an̄. Te iure. Psalmus. Quicunque. Ad omnes alias horas omnia fiant vt supra dictum est. Ad secundas vesperas. a. Post excessum. Psalmus. Dixit dominus. et ceteri psalmi de dominica. Capitulū. Ecce sacerdos. Hymnus. Iesu redemptor. V̄. Iustus germinauit. an. Iste est qui. Psalmus. Magnificat. Oratio vt supra. Si dies dominica in tertia die vel in die Sancti Bricii aut in quattuor die euenerit fiant medie lectiones de sancto martino: ceteris autem diebus tantum memoria. Tamen in festum sancti Machuti episcopi fiant medie lectiones de sancto Martino quocumque die contigerit. ¶ Lectiones de sancto Martino. Lectio prima.



Tetradius quidam consularis habens seruum demoniacum ad quem nullus ausus fuit accedere: rogauit Martinum ad domū suam in qua erat demoniacus descendere: qui dixit. Si seruum videro liberatum: christianus ero. Quo promisso: Martinus seruum liberauit: et tetradium in christum credentem postea baptizauit. Lectio secunda.

Cum Martinus domum cuiusdā ingrederetur: in limine restitit videns in atrio demonem. Qui eius iussu egressus de familia quēdam arripuit: qui dentibus obuios quosque laniare cepit. Populo in fugam verso: Martinus i eius os digitos intulit dicens. Tu si potes hos deuora. Quo non valente cum per os exire demon non posset: fluxu ventris eiectus est. Lectio iii.

Cum portam ciuitatis Parisiensis Martinus ingrederetur: leprosum deformem osculando et benedicendo a sua mundauit lepra: sed et fimbriam vestimenti eius: vel fila cilicii multos sanare morbos sepe compertum est. ¶ Sancti Machuti episcopi et confessoris nouem lectiones fiant. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus populi tui preces exaudi: vt intercessione beati Machuti confessoris tui atque pontificis cuius hodie annuā festiuitatem recolimus: eius temporalibus incrementis: eterne prosperitatis capiamus augmētū. Per.

Per. Ad matutinas. Lectio prima



Gloriosus confessor christi Machutus britannica prosapia generosus: generosior sanctis extitit moribus. Qui cum in puericia litteratorie traderetur discipline sub brandano eo tempore viro sanctitate et scientia famosissimo et superiores industria et inferiores se humilitate superabat. Nichil quippe voluptati consentiens: creber in vigiliis, assiduus in orationibus, et in ieiunijs precipuus persistebat. Lectio .ii.

Interea defuncto regionis illius episcopo audita Machuti fama populi vndique confluunt, Machutum rapiunt: et licet inuitum, licet obnixe reclamantem, licetque sese ad hoc opus indignum et inutilem dicentem: Gunim castri tamen vrbis in qua pater eius comes fuit episcopum faciunt. Lectio .iii.

Hoc igitur pondus (vt dictum est) inuitus suscipiens: tamen honorem dicit esse contumeliam et sublimitatem cathedre violentiam sibi factam. Accersis itaque paucis secretorum conscijs nauim furtim ascendit: et ventis se pelagoque committens prout nutui diuino placeret nauigauit.

Tres medie lectiones de sancto martino cum hoc R. Iustum deduxit dominus. et cum .iii. R. secundum ordinem in nocturno hystoria sancti martini. Lectio quarta.

Multi sunt qui virtutes beati martini scripserunt: e quibus primus fuit sulpicius qui Martino adhuc viuente librum vnum de miraculis eius et duos post mortem scripsit quos dialogos voluit vocitari. Lectio .v.

In quibus nonnulla de virtutibus heremitarum anachoritarum vel dem sulpicius inseruit: sed in nullo inferiorem nostrum potuit reperire Martinum. Paulinus vero Nolane vrbis episcopis in quinque libris illa comprehendit miracula: que post eius transitum demonstrantur. Lectio sexta.

Ait enim paulinus. Cum energumini per cancellos basilice aereo veherentur volatu: et sepe in puteum qui in ipsa habetur basilica impulsu demonis iactarentur inde extracti videntibus populis sani sunt reperti. Tres vltime lectiones de proprietate sancti machuti legantur sine expositione euangelii. Lectio .vii.

Beato igitur Machuto mox dum in altum tenderet angelica legatio occurrit: et quo tendat quem ve portum teneat, et a quo suscipi debeat indicauit. Monstrat enim eum fines gallicane britannie petere: et ad insulam in qua aaron vir angelice vite erat applicaret et cum eo aliquandiu habitare mandauit. Quibus incunctanter vt indicata sunt impletis: letatur aaron de tanto hospite, Machutus de amica societate: volat fama per vrbem fit concursus populi nouum hominem visuri noua verba audituri. Lectio .viii.

Sed dum sermo predicationis protenditur: ecce defunctus quidam ante ecclesiam deportatur. Quem vir dei aspiciens accedens ad corpus orauit. Oratione finita simul surgunt

gñt et sanctus de pulvere: et mortu-
us de morte. Baptizatis igit civib9
machatus velit nolit ibi episcopus
cõsecratur. Interea surrexit contra
eum populus dicens q contra au-
ctoritatem mutauit sedem suam.
Sed non mutauit sedem: quia non
auxit cupiditatem lugetq britan-
nia exulem quem sanctimonia gau
det habere hospitem. Lectio nona.
Terra quoq omni fertilitate pri-
uata, gẽs fame oppressa clamat me
rito se perire: quia patronum san-
ctum nesciuit retinere: necessitate
compulsi virum dei quidam eorum
adeunt, miseriam exponunt et vt
eis misereatur gemitibus depreca
tur. Quo reverso totius prosperita
tis integritas populo reformabat.
Qui tandem triduo correptus fe-
bre in cilicio et cinere recubans: in
celum totus suspensus deo spiritu
exhalauit. Cetera de communi vni
us confessoris et pontificis. ¶ San
cti Edmundi episcopi et confessoris
nouem lectiones. Oratio.
Deus qui largissime bonitatis
consilio ecclesiam tuam bea
ti Edmundi confessoris tui atq põ
tificis preclare vite meritis decora
sti: et gloriosis letificasti miraculis,
cõcede propicius nobis famulis tu-
is. vt et ipsius in melius reforme-
mur exemplis, et ab omnibus eius
patrociniis protegamur aduersis.
Per christum dominum nostrum.
Memoria fiat de sancto Machuto
Oratio vt supra. Et deinde me-
moria de sãcto Martino. Tunc eat
processio ad altare sancti Edmun-
di cantando ℟. Sancte Edmunde
Christi confessor. Dum ℣. canitur
thurificet sacer. altare sãcti Edmũ-
di: deinde imaginem et postea dicat
sacerdos modesta voce sine ℣. Ora
pro nobis sancte Edmũde. Oratio.
Plenam in nobis eterne sal-
uatoris tue virtutis operare
medelã: vt qui beati Edmundi con
fessoris tui atq pontificis merita
veneramur ipsius adiuti suffragi-
is, a cunctis animarum nostrarum
languoribus liberemur. Per xpm.
In redeundo de sancta maria. Ad
matutinas. Lectio prima.



Nouum matris ec-
clesie gaudium no-
ui sancti celebritate
leti referimus grã-
de a celesti collegio
de college noui con
sortio agi festum exultanti animo
nunciamus. Gaudet quidem eccle-
sia se talem, ac tantum produxisse fi
lium qui et alios sacro conuersatio
nis dirigat exemplo: et percepto iã
beatitudinis premio firmã eis spẽ
tribuat de salute. Lectio secunda.
Gaudet celestis patria nobilis ha
bitatoris aduẽtu exultant ciues ce
libes de celebris aggregatione con
ciuis, de condigno celi consorte nu-
per ipsis adhibito psallunt sancti.
Exurgite igitur et vos fidei zelato
res: et vna cum ecclesia matre no-
stra ingenti leticia exultate q no-
uellus nobis apud deum patronus
accreuit. Lectio tertia.
En siquidem iste est beatus Ed-
mundus archiepiscopus cantuari-
ensis

ensis qui salubriter pensans ad factorem suum facturam affectu dirigi naturali naturamque lapsam reparatorem debere cognoscere primum creatorem et redemptorem suum affectuose quesiuit. Recte namque intentionis lumen baiulans ad ipsum creatorem perfectorum operum processit gressibus salutis semitam altis et splendorem vite ac doctrine claritatem demonstrans. Etenim ut de suis actibus aliquid referamus: quanto maiore proficiebat etate: tanto pleniore cognitione in amore dei exarsit. Et ne feruor spiritus socie carnis extingueretur ardore carnem asperitate cilicij edomans districtis eam macerauit ieiuniis dum a multis permissis elegit cibariis abstinere. Lectio quarta

Somni quoque prolixitatem odiens diuturnis vacabat vigiliis: et excusso torpore orationi sedule insistebat. Contriuitque fragile carnis vasculum: ut in eo thesaurum anime sibi creditum cautius conseruaret. Doctor vero preclarus ac predicator eximius et auditorum mentibus scientie lumen infudit, et pectoribus fidelium amoris viciorum tribulis semina virtutum eiecit. Lectio quinta.

Hic Jesum credulitate firma cognoscens: studuit se suo nomini coaptare. Ut sicut vocabatur Edmundus: sic se vel a criminum labe mundum, vel e mundo abdicatum seu extra mundi amplexus positum operum testificatione probaret. Lectio sexta.

Unde tanquam spiritualis omnino Edmundus a carnis contagiis in extremis agens: et corpus Christi sibi delatum reuerenter adorans hec verba protulisse demonstratur. Tu es in quem credidi, quem predicaui quem docui: et tu testis es michi: quia nichil aliud volo quam tu vis: fiat voluntas tua. ¶ Secundum matheum. xxv. Math. xxv. b.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Non legatur expositio sed de proprietate sic.

Uerum cum adhuc viuens dei ecclesiam preclaris illustrasset meritis beatus Edmundus: mortuus sue sibi claritatis radios non subtraxit. Sed cum functus hac vita verius viueret quam vixisset eam post modum illustrauit fulgure luminis plenioris. Non enim voluit dominus sanctitatem mundo supprimi tanti viri: qui sicut pluralitate innotuerat meritorum: sic miraculorum diuersitate pateret ut qui tota ipsum deuotione coluerat iam secum regnans venerabiliter coleretur. Lectio octaua.

Nam et cecis lumen claudis restituit gressum, et alicuius linguam natura diutina taciturnitate ligauerat: liberam loquendi tribuit facultatem, leprosum quendam mundauit paralitici membra firmauit, ydropicumque curauit. His et quam plurimis

nis alij choruscauit miraculis: quorum seriem non duximus presentibus inserendã. Exultet pleno gaudio fertilis cantantria ꝙ ab ecclesie sue area tam purum granum transmisit ad horreũ sũmi regis. Lectio .ix.

Letetur et pontiniacense monasterium ꝙ talium et tãtorum patrum meruit honorari presentia: dum vnus ibi diu degens illud sue vite nobilitauit moribus. Et alter illuc accedens ipsũ celo reddita anima sui corporis thesauri ditauit: vt quasi impleret quod beat⁹ martyr thomas post lõgam morã quã exilij sui tempore in eodẽ contraxerat monasterio cũ ipsis monachis de multa honorificentia sibi ab eis exhibita respõdere nõ valẽt dixisse asseritur ꝙ ibi aliqs esset successur⁹ qui dignaꝫ ipsis retributionẽ repẽderet pro eodem. Cetera omnia de cõmuni vnius confessoris ⁊ põtificis ⁊ tantum mẽo. de sctõ martino. ¶ Sancti Hugonis epi ⁊ cõfesso. ix. lect. Oratio.

Deus qui beatuꝫ Hugonem confessorem tuum atqꝫ pontificem eminentia meritorum ⁊ claritate signorum excellẽter ornasti, concede propicius: vt eius exempla nos prouocent, et virtute illustrent Per dominum nostrum. Memoria de sctõ Edmundo confesso. cum ista. añ. Iste est. ℣. Iustus germinabit. Deinde fiat mẽo. de sctõ Aniano epõ ⁊ confes. añ. Similabo eũ viro. quere hanc añ. ad .ii. vespe. vnius abbatis. ℣. Iustum deduxit. Orõ.

Deus qui nos beati Aniani confessoris tui atqꝫ pontificis natalicia gloriosa celebrare concedis: tribue quesumus eius nos semper ⁊ beneficiis preueniri ⁊ orationibus adiuuemur. Per christuꝫ dominum nostrum. Postea fiat memoria de sancto Martino. Ad matutinas. Lectio prima.

Sancte recordationis hugo quondam lincolniensis episcopus de remotis finibus in partibus Burgundie non procul ab alpibus extitit oriundus: nobilitate generis satis clarus: ⁊ originem ducens a parentibus ordinis militaris. Qui ab annis teneris litteris addictus: cum decennium attigisset monasterio traditus est disciplinis regularibus imbuendus. Factus vero canonicus regularis cum quindecim esset annorum officium prioratus cuiusdam celle suscepit: que sub eius regimine tam in temporalibus ꝙ in spiritualibus floruit eleganter. Lectio secunda.

Domare dum voluisset ampli⁹ carnem suam ad ordinem cartusiensium domino disponente transiuit: vbi cum extraneis se benignum et affabilem exhiberet: post modicum temp⁹ domus curator est effectus. Interea rex Anglie Henricus domum carthusiensis ordinis construxit in Anglia: ad cuius regimẽ vir precibus regiis multiplicatis assũptus est curator mẽoratus. Qui sctitatẽ priorẽ nouis meritis amplians regis gratiam obtinuit: ita vt ad ecclesie lincolnie regimen quod idem rex in manu sua diu tenuerat:

rege procurante per electionem canonicam vocaretur. Lectio tertia.

Presentata igitur sibi electione alt & pontificalis officij dignitatem nõ suscipere: nisi prioris cartusie assensus preueniret. Quo obtento cum sibi de vnamini cõsensu capituli lincolnie constaret: tunc primo consentiens episcopus consecratur. Nocte vero sequenti audiuit vocem dicentem sibi. Egressus es in salutem populi tui: et in salutem cum Christo tuo. Potestatis aũt secularis in ecclesiam seuientis impetus a deo cõstanter elidere consueuit: et vt rerum et corporis sui periculum contemnere videretur: vnde et ecclesiã a seruitute liberauit et iura amissa plurima recuperauit. Tres medie lectiones de sancto Aniano cum R. & V. de secundo nocturno communis hystoria vnius confessoris & põtificis. &c. tamen vbi festum sancti Hugonis est duplex festum nunq̃ fiet medie lectiões de sancto Aniano: & tunc diuidantur tres prime lectiones in vi. Lectio quarta.

In illo tempore cum hunnanorum exercitus a partib9 orientalibus ad depopulandã omnẽ prouinciam exisset: et cum sceleris eorum aduersus galliam dira procella detonaret beatus Anianus episcopus aurelianẽsis ciuitatis vt bonus pastor ouium amore tenebat. Qui celestis tramitis tenẽs ingressum atq̃ per omnipotentis infusionem parracliti que euenire deberent prescius metuens sue plebis excidium diuinum nutum precibus suo oui lipetit suffragium: qui sibi credentibus omnia prestat. Lectio quinta.

Cum beatus Euortius antistes ecclesiam aurelianensem a pauimentis in magnam ecclesie fabricam cõstruxisset: visum est huic sctõ Aniano eius successori post multum temporis multisq̃ episcopis decedentibus pro tante fabrice decore tectis depositis: fabricam ipsam altius sublimare. Quo incepto ellio vir quidam qui reliquis artificibus preerat dum per tegmen curreret pede lapso ita corruit vt nullo modo posuit resopire. Lectio sexta.

Sanctus Anianus hoc videns festinanter ad eum cucurrit: & vbi vidit eum vsq̃ ad mortis crudelitatem deductu imposito signo crucis ori eius & corpori: apprehendit manum eius. Qui statim omnino sanus surgens: locum de quo cecidit iterato conscendit. Postea sanctus Anianus multis virtutibus clarus: in domino obdormiuit. Tres vltime lectiones de proprietate sancti Hugonis sine expositione euangelij. Lectio septima.

Sanctus iste Hugo dum viueret domos leprosorum per quas transibat ingredi consueuit: & cum eo iubente viri fuissent a feminis separati: oẽs viros leprosos q̃tũcunq̃ deformes osculari solebat. Lectõ. viii.

Videns hanc humilitatem Wilhelmus quondam lincolnie ecclesie cãcellarius vir vtiq̃ valde litteratus et bonus voluit experiri si ex hoc opere elatio tanger et animam viri iusti, dixitq̃ ei. Martinus leprosum oscu-

osculando sanauit: vos leprosos quos osculamini non sanatis. Qui statim respondit. Osculum Martini carnē leprosi sanauit: osculū vero leprosi animā meā sanat. Lectio ii.

Solebat autem pontifex ille dum viueret sepeliendis mortuis diligens humanitatis officium exhibere: vnde dn̄s retributione cōdigna honorabilem ei tribuit sepulturam. Eo nanqꝫ die quo corpus eius sepeliendum ad lincolniēsem ecclesiam est delatum: rex Anglie & rex Scocie cum tribus archiepiscopis, baronibꝰ et populi multitudine apud lincolniam huic sepulture specialiter conuenerunt. Memoria fiat de sancto Aniano cum hac. ā. Iste est qui ante. ℣. Iustus vt pal. Oratio. Memo. de sancto Martino. cetera oīa ad vtrasqꝫ vespe. & ad matut. & ad alias horas de cōi vnius cōfessoris & pontifi. Ad ii. vespe. de sancto Hugone fiat mēo. de oct. scti Martini. ā. O Martine. ℣. Amauit. Oro.

Concede quesumus oipotēs deus vt beati Martini confessoris tui atqꝫ pontificis frequentata solēnitas: ad perpetuam populo tuo proficiat salutem: & quem sepius veneramur in terris: semper habeamus patronum in celis. Per

¶ In octaua sācti Martini ad matutinas inuitatoriū hyꝰ, āe & ps. sicut in die. ℣ꝰ. Amauit eum dominus. Tres lectiones fiāt. Lectio prima.

Miracula que dominꝰ noster iesus christꝰ per beatum Martinum antistitem suum in corpore positum operari dignatus est: quotidie ad corroborandam fidem credentium confirmare dignatur. Ille nūc exornat virtutibus eius tumulum qui in eo operatus est cū esset in mūdo. Et ille etiam prebet per eū beneficia christianis: qui tunc misit eum presulē gentibus perituris. ℟. Hic est Martinus electus dei. Lctō. ii.

Nemo ergo de anteactis virtutibꝰ dubitet cum presentium signorum cernit munera dispensari: dū videt claudos erigi, cecos illuminari, demones effugari: et alia queqꝫ morborum genera ipso medicante curari. ℣. Dū sacramēta. Lectio tertia

Beatus igitur Martinus apud sabariam pannonie ortus ad saluationem gentium gallicarum domino disponente dirigitur. Quas virtutibus & signis illustrans: in vrbe turonica episcopatus honorem inuitus populo cogēte suscepit. In qua gloriosam agens vitam per quinquennium quinqꝫ bis insuper geminatis mensibus cum decem diebus octogesimo etatis sue anno media nocte dominica quieuit in pace. ℟. O beatum virum Martinum antistitē. Qui nec mori timuit: nec viuere recusauit. ℣. Beatus Martinus obitum suum longe ante presciuit: dixitqꝫ fratribus suis dissolutionē sui corporis imminere. Qui nec. Gloria. Qui. Si octaua sancti Martini in sabbato contigerit hoc preceð O beatum. in illo anno omnino pretermittatur. ℣ꝰ. Ora pro. In lau. hec sola. āa. Dixerunt. ps. Dn̄s regnauit. cpl'z. ℂ. sicut in i. die

cum

cum Oro. Concede qs. ¶ Sancti Edmundi regis et marty. ad vespe. super pos feria. An. Iste sanctus. ta men si hoc fest. et fest. sancti Clementis in una ebdo. contigerit tunc ad has vespe. dicitur. an. Beatus vir qui suf. capim. Iste sanctus. R. Percepturus. Hy. Martyr dei. V. Gloria et ho. an. Ave rex gentis Anglorum miles regis angelorum: o Edmunde flos martyrum velut rosa vel lilium funde preces ad dnm pro salute fidelium. ps. Magnificat. Oro.

Deus ineffabilis mie qui btissimum regem Edmundum tribuisti pro tuo noie inimicum moriendo vincere concede propicius huic familie tue: ut eo interveniente mereatur in se antiqui hostis incitamenta superando extinguere. Per. ¶ Tunc eat process. ad altare eiusdem cantando R. Btus vir qui suf. V. Ora p no. or. Presta qs ops deus. Quere in coi unius mar. In redeundo de sctam ma ria. Ad matu. ix. lect. fiant. Lec. io. i.

Provincie que et Anglia nuncupatur prefuit sanctus Edmundus ex antiquorum saxonum nobili prosapia oriundus: qui a primevo etatis tempore cultor veracissimus fidei extitit xpiane. Eodem tempore impius hynguar cum altero hubba noie conat est in exterminium adducere oes fines britannie. Lectio. ii.

Idem vero hynguar post multorum interfectionem evocans quosdam plebeios quos suo gladio credidit esse indignos sciscitatus est ab eis ubi eorum rex tunc vitam degeret. Audivit enim q rex Edmundus florenti etate et robustus viribus bello per omnia strenuus esset. Qui eo tpore morabatur in villa que eglisdone nominatur. Lectio. iii.

Consueverit enim eadem danorum natio nunq palam cum hoste contendere: nisi insidiis prevento. Qua propter unum de commilitonibus dirigit ad Edmundum qui exploret que sit ei summa rei familiaris. Ipse autem cum multo comitatu subsequitur: ut improvisum facilius suis legibus subiugaret: mandaverat autem inique legationis bamlo tyrannus iniquior: ut incautum taliter alloquatur. Lectio quarta.

Terre marisqz metuendus dominus noster hynguar terras subiugando sibi armis sed huius provincie optatum littus cum multis navibus hyematurus applicuit: mandans ut cum eo antiquos thesauros et paternas divitias sub eo regnaturus dividas vel morte morieris. .v.

Audito nuncio rex ingemuit consulens unum de episcopis suis quid super his respondere deberet. Qui timens pro vita regis ad consentiendum plurimis exhortatur exemplis. Rex paululum conticuit et sic demum post multa devota verba nuncio respondebat. Hoc dicas domino tuo Noveris q pro amore vite temporalis christianus rex Edmundus se non subdet pagano duci: nisi prius compos effectus fuerit nostre religionis. Lectio sexta.

Vix egresso nuncio. Ecce hynguar obvius

obuius illi iubet breuiloquio vti. Quo verba regis referente: imperat tyrannus circunfundi omnem turbam seruorum interius solumque regem teneant, quā suis iniquis legibus cognouerat iam rebellem. Tunc sanctus edmundus capitur ꝛ vinculis constrictus sistitur ante ducem. Lectio septima.

Tandem fatigatus acri instantia perducitur ad arborem vicinam ad quam aduersarij eum ligantes sagittis confodiunt: in quo vulnera vulneribus locū dabant, dū iacula iaculis imprimebant. Cumque nec sic a laude dei cessaret: iter verba orationis capite truncatus est. Lctō. viii.

Dani vero relinquētes corpus caput in siluam recedentes asportauerunt: atque inter densa veprium fructecta occultarunt. Quibus abeuntibus christiani corpus inuenientes: caput quesierunt, atque vbi es aliis ad alios in silua clamantibus caput respōdit her, her, her: quod est hic, hic, hic. Ne ea repetere destitit donec oēs ad se perduxit. Lectio. ix.

Huic etiam miraculo dominus addidit aliud: dum celesti thesauro insolitum custodem dedit. Immanis siquidem lupus caput sanctum inter brachia complectens ab omnibus feris ꝛ auibus intactum custodiuit: et deferentes illud ad corpus vsque ad locum sepulchri humiliter sequebatur. Quo cū corpore sepulto lupus nullum ledens: ad siluam rediit festinanter. Rem. Perceptu. rus. Cetera de communi vni⁹ martyris. ¶ Sancte Cecilie virginis ꝛ martyris. Ad primas vesperas in per psalmos feria ān. Triduanas a domino poposci inducias: vt domum meam ecclesiam consecrarem. Capitulum vnius virginis et martyris. ℞ Cecilia me misit. Hymn⁹. Virginis proles. ℣. Diffusa est gratia. an. Virgo gloriosa semper euangelium Christi gerebat in pectore suo: et non diebus neque noctibus a colloquiis diuinis et oratione cessabat. ps. Magnificat. Oratio.

Deus qui nos annua beate Cecilie virginis et martyris tue solennitate letificas: da vt quam veneramur officio: etiam pie conuersationis sequamur exemplo. Per dominum. Ad matutinas Inuitatorium. Christum venerātes. ps. Venite. Hymn⁹. Virginis proles. ¶ In primo nocturno. ān. Cecilia virgo almachium exuperabat tyburcium et valerianum ad coronas vocabat. ps. Domine dominus noster. ān. Expansis manibus orabat ad dominuz vt eam eriperet de inimicis. ps. Celi enar. ān. Cilicio cecilia membra domabat: deum gemitibus exorabat. ps. Domini est terra. ℣. Diffusa est. Lectio prima.



Beata Cecilia virgo clarissima abscōditum euangelium christi semper gerebat in pectore suo: ꝛ non diebus neque noctibus a colloquiis diuinis et oratione cessabat. Hec valerianum habebat sponsum: qui etiam in amore eius perurgens diem cōstituit nuptiarum.

ptiarum. Cantantibus igitur orga nis cecilia in corde suo soli deo de cantabat: dicens. Fiat dñe cor meū et corpus meum immaculatum: vt non confundar. ℟. Cantantibus organis cecilia virgo in corde suo soli domino decantabat: dicens. Fiat domine cor meum & corpus meum immaculatum, vt non confundar. Vꝰ Biduanis ac triduanis ieiunijs orans suam domino pudiciciam commēdabat. Fiat. Lectio. ij.

Venit ergo nox in qua cum suscepisset vna cum sponso suo cubilis secreta: ait ad eum. O amantissime iuuenis: est secretum quod tibi confiteor. Angelum dei habeo amatorem: qui nimio zelo custodit corpus meum. Hic etiam si senserit ꝙ tu me vel leuiter polluto amore contingas: statim circa te suum furorem exagitabit, & amittes florem tue gratissime iuuentutis. Si autem cognouerit ꝙ me immaculato amore diligas: ita te quoqꝫ diliget sicut et me. ℟ Virgo gloriosa sempar euangelium christi gerebat in pectore. Et non diebus nequis noctibus cessabat a colloquijs diuinis et oratione ℣ Cilicio cecilia membra domabat: deum gemitibus exorabat. Et. Lectio. ter.

Valerianus igitur timore domini correptus: dixit. Si vis vt credam sermonibus tuis: ostende mihi ipsum angelū dei. Que ait. Si purgatus fueris: poteris eum videre. Qui ait. Quis me purgabit vt videam angelū? Cui illa. Vade ad vrbanum episcopum: hic te purgabit & induet te vestimentis nouis cum quibus mox vt ingressꝰ fueris cubiculum meum, videbis sanctum Angelum etiam affectum amatorem tui et omnia que ab eo poposceris impetrabis. ℟ Cecilia me misit ad vos. Ut ostendatis michi sāctum Urbanum. Quia ad ipsum habeo secreta que perferam. Vsus. Tunc Ualerianus perrexit: et inuentis pauperibus dixit, Cecilia me misit ad vos. Ut ostēdatis. Gloria patri. Quia ad ipsum. In secundo nocturno. ān Biduanis ac triduanis ieiunijs orans: suam domino pudiciciam commendabit. ps Eructauit. ān Fiat domine cor meum & corpus meum immaculatum vt non cōfundar. ps Deus noster re. ān Domine Jesu Christe seminator casti consilii suscipe seminum fructus quos in Cecilia seminasti. ps Fundamenta. versus Specie tua. Lectio quarta.

Pergens ergo ad episcopum Ualerianus: omnia verba Cecilie, dixit et. Episcopus gratias agens deo ipsum baptizauit: et in fide diligenter instructum, remisit ad Ceciliam. Uemens ergo Ualerianus indutus candidis vestimentis: Ceciliam intra cubiculum orantem inuenit, et iuxta eam Angelum stantem, duas coronas ferentem in manibus suis rosis et lilijs albescentes, quarum vnam dedit Cecilie et alteram Ualeriano, dicens. Istas coronas mundo corde et corpore seruate. Ualeriano quoqꝫ dixit, Tibi deus concessit pe-

 titionem

titionem tuam. Qui ait. Peto vt saluetur frater meus. Angelus hoc audiens: ait. Sicut te per famulam tuam Ceciliam lucratus est dominus ita per te quoque tuum lucrabitur fratrem: et cum eo ad martyrii palmam attinges. R. Beata Cecilia dixit Tyburcio: hodie te fateor meum esse cognatum. Quia amor dei te fecit esse contemptorem ydolorum. V. Sicut enim amor dei fratrem tuum michi coniugem fecit: ita te michi cognatum fecit. Q. amor dei. Lectio quinta.

Cum igitur de fide sermocinarentur: superuenit Tyburcius frater Valeriani: et osculans caput sancte Cecilie: ait. Miror hoc tempore rosarum et liliorum odor vnde respiret. Cui Valerianus ait. Hunc odorem me interpellante sentire meruisti vnde modo credens angelum videre poteris. Qui ait. Si potest fieri vt angelum dei videam q̄ mora credendi. Cui Cecilia. Hodie te fateor meum esse cognatum: et sicut amor dei michi fratrem tuū coniugem fecit ita te michi cognatum faciet contemptorem ydolorū. R. Domine Jesu christe pastor bone: seminator casti cōsilii suscipe seminum fructus: quos in Cecilia seminasti. Cecilia famula tua: quasi apis tibi argumentosa deseruit. V. Nam sponsum quem quasi leonem ferocem accepit ad te quasi agnum mansuetissimum destinauit. Cecilia famula tua. Lectio sexta.

Tunc iussu Cecilie: Valerianus duxit eum ad Vrbanū Qui in domino gaudens: baptizauit eum. Qui etiam postea tantum in fide profecit: vt angelos sepe videret: et eorum colloquiis multotiens frueretur: et vt multa miracula deo fauente operaretur. R. Cilicio Cecilia membra domabat deum gemitibus exorabat. Almachium exuperabat. Tyburcium et Valerianum ad coronas vocabat. V. Non diebus neque noctibus cessabat a colloquiis diuinis et oratione. Almachium. Gloria pri. Tyburcium. In tertia nocturno. āN. Beata Cecilia dixit ad Tyburcium: hodie te fateor meum esse cognatum: quia amor dei te fecit esse contemptorem ydolorum. ps. Cantate. āN. Credimus Christum filium dei verum deum esse: qui sibi talem elegit famulam. ps. Dominus reg. exul. āN. Nos scientes sanctum nomen domini: omnino negare nō possumus. ps. Cantate. V. Adiuuabit eam. Lectio septima.

Cum igitur Almachius vrbis prefectus christianos variis penis afflictos: occidere fecit. Tyburcius vero et Valerianus corpora eorum sepelierunt. Vnde tenti et diuersis penis afflicti: in carcere recludūtur. Cumque aurora finem daret venit ad eos cecilia dicens. Eya milites christi: abiicite opera tenebrarum et induimini arma lucis. Cū ergo coram prefecto presentati non potuit eos cogere vt Ioui thura poneret: gladio eos animaduerti precepit. R. Ceciliam intra cubiculum orantem inuenit et iuxta eam stantem

tem angelū dei. Quem videns Valerianus nimio terrore correptus est. ℣. Angelus domini descendit de celo: et lumen refulsit in habitaculo. Quem videns. Lectio octaua.

HIs vero duobus fratribus per martyrij palmam ad celum transmissis: fit iniquisitio de eorum facultatibus. Unde Ceciliam tanquam Valeriani coniugem teneri preses iusset. Quem cum sacrificare nollet iussit in domum suam perduci: et ibidem flammis balnearibus cōcremari: quibus inclusa die integro et nocte, quasi in frigido loco integra illibataqꝫ permansit. ℟. O beata cecilia. Que duos fratres cōuertasti Almachium iudicem: superasti Urbanū episcopum in vultu angelico demonstrasti. ℣. Beata est virgo et gloriosa et benedictus sermo oris eius. Que duos fratres conuertisti almachium. Lectio .ix.

QUo audito iussit preses vt in eisdē balnearibus decollaretur. Spiculator eam tertio percutiens caput eius amputare non potuit: sed seminecem eam reliquit: quia quartam percussionem decollandus accipere non debuit per triduum autem superuiuens: puellas suas beato Urbano commendauit dicens. Ad hoc triduanas a dn̄o poposci inducias, vt istas puellas tibi commendarem: et domum meam ecclesie consecrarē; et his dictis reddidit spiritū. Cuius corpus Urbanus sepeliuit: et domum suam ecclesiam consecrauit. ℟. Dum aurora finem daret Cecilia dixit. Eya milites christi. Abijcite opera tenebrarum: et induimini arma lucis. Ubi Cecilia valedicēs fratribus: et exhortans eos ait. Eya. Gloria. Abijcite. ℣. Ora pro nobis. ¶ In lau. a. Cantantibus organis cecilia dn̄o decantabat dicens: fiat cor meum immaculatū vt non confundar. ps. Dn̄s reg. an̄. Est secretum Valeriane quod tibi volo dicere, angelum dei habeo amatorem: qui nimio zelo custodit corpus meus. ps. Iubilate. an̄. Ualerianus in cubiculo ceciliam cum angelo orātem inuenit. Deus deus. an̄. Benedico te pater domini mei Iesu christi: quia per filium tuum ignis extinctus est a latere meo. ps Bened. an̄. Cecilia famula tua dn̄e quasi apis tibi argumentosa deseruit. ps. Laud. cp̄z. vnius virg. et mar. hy. Iesu corona ℣. Adducentur. an̄. Dum aurora finem daret cecilia, exclamabat dicens: eya miles christi abijcite opera tenebrarum et induimini arma lucis. ps Bn̄. oro. Deus qui nos. ¶ Ad. i. an̄. Cantantibus. ps Deus in nomine. ¶ Ad. iij. an̄. Est secretum. ps Legem pone. cꝭ m. ℟. et ℣. de communi vnius virg. et mar. ad oēs ho. dn̄e. ¶ Ad. vj. an̄. Ualerianus. ps Defecit. ¶ Ad. ix. an̄. Cecilia. ps. Mirabilia. ¶ Sancti Clementis pape et martyr. ad vesperas super ps. fer. an̄. Iste sanctus. pi. fer. cp̄m. Omnis pontifex. ℟m. Oremus. Hymnus. Martyr dei qui. ℣. Gloria et honore. an̄ Dedisti dn̄e habitaculum martyri tuo Clementi in mari in modū templi

Marmore: angelicis manibus preparatum iter prebēs populo terre, vt enarrent mirabilia tua. ℣. Magnificat. Oratio.

Deus qui nos annua beati Clementis martyris tui atque pontificis solennitate letificas: concede propicius: vt cuius natalicia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per dominum. Memo. de sancta Cecilia. an. O beata Cecilia que duos fratres conuertisti: almachium iudicem superasti: Urbanum episcopum in vultu angelico demonstrasti. ℣sus. Adducentur regi virgines. Oratio vt supra. Memo. de sancta Felicitate virginis et martyris. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt beate Felicitatis martyris tue solennia recensentes: meritis ipsius protegamur et precibus. Per dominum. Ad matutinas inuitato. hymnus. ãe. psi. et ℣. in singulis noc. de communi vnius martyris dicuntur. Lectio prima.



Beatus Clemens Romane ecclesie episcopus disciplinam beati Petri Apostoli secutus: ita morum ornamentis pollebat, vt omnibus populis complaceret. Et quos baptizauit publice mendicitati subiectos esse non sinebat. Hic domicellam virginem neptam Domiciani Imperatoris sacro velo imposito: virginem consecrauit, et Theodoram sisinnii coniugem conuersam castitatis propositum profiteri admonuit ℟. Iste sanctus. Lectio secunda.

Iratus sisinnius Clementum in ecclesiam insequitur. Qui mox oratione Clementis: surdus et cecus efficitur. Post missam beatus Clemens roga tu Theodore ad domū sisinnii pergens: fusa oratione restituit ei visum. Qui videns Clementem: iussit eum teneri. ℟. Iustus germinabit. Lectio tertia.

Serui putantes ligare Clementem: columnas ligauerunt. Post hec precibus Theodore Sisinnius conuersus: et a beato Clemente baptizatus est: et cum eo trecentitriginta tres. Et sicut per Clemētem sisinnius: ita per sisinnium multi nobiles et amici regis nerue conuersi sunt ad Christum. Traianus Imperator hoc audiens: iussit sanctum Clementem in heremo quod adiacet ciuitati Cherdone subire exiliū. ℟. Oremus omnes ad dominum Jesum christum: dixit beatus Clemens. Ut confessoribus suis fontis venas aperiat. Ut de beneficiis eius gratulemur. ℣sus. Qui percussit in deserto syna petram et fluxerunt aque in abundantia ipse nobis laticem affluentem impartiatur. Ut confessoribus. Gloria. Ut confessoribus. Lectio quarta.

Inueniēs autem ibi multos christianos: diutina relegatione damnatos: ait. Non meis meritis, ad vos me misit dominus: vt particeps factus passionis vestre etiam consolationis efficiar. Qui cum ab eis didicisset quod a sexto miliario aquam suis deportarent humeris: ait. Oremus

remus omnes ad dominum iesum christum: vt confessoribus suis fontis venas aperiat. Finita oratione beatus clemens circunspiciens vidit agnum stantem qui dextro pede leuato: quasi locum sibi ostenderet. In quo beatus clemens breui sarculo percutiens fontem aparuit, qui suo impetu emouens fluuiũ fecit. ℞. Desiderium. Lectio. v.

Ad tanti igitur miraculi famam concurrit omnis prouincia: ⁊ per doctrinam clementis conuersi sunt ad dominum ita vt in vna die plusq̃ quingente anime baptizate sunt. Infra annum vero facte sunt ibi a credentibus septuaginta quinq̃ ecclesie: ⁊ omnia idolorum templa destructa sunt. Tunc insistentibus paganis: missus est ibi dux arsidianus Qui cum videret omnes christianos mori paratos: cessit multitudini, ⁊ solum clementem cogebat sacrificare. ℞. Dñe preuenisti. Lc. vi.

Qui cum a fide moueri non posset: ligata anchora ad collũ eius in medio maris precipitatur. Flente igitur ad littus maris multitudine christianorum: phebus ⁊ cornelius dixerunt. Oremus omnes ad dominũ vt ostendat nobis martyris sui corpus. Quibus orantibus: recessit mare per tria fere miliari ⁊ ingressi populi per siccum inuenerũt in modum templi marmorei habitaculũ a deo paratum, ⁊ in archa saxea corpus beati clementis: ⁊ anchoram iuxta eum positam. Reuelatumq̃ est discipulis eius ne eum tollerent: quia omni anno die depositionis eius recedet mare per septem dies populis siccum prebens iter. ℞m. Orante sancto clemente apparuit ei agnus dei. De sub cuius pede fõs viuus emanat. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. ℣sus. Cunq̃ orationem complesset et hinc inde circunspiceret: vidit agnum stantem. De sub. Gloria. Flu. Tres vltime. lec. de expositiõe euan. Homo quidam nobilis legantur. ℞m. Dedisti domine habitaculum martyri tuo clementi in mari: in modũ templi marmorei, angelicis manibus preparatum: iter prebens populo terre. Ut enarrent mirabilia tua. ℣sus. Hoc domine ad laudem ⁊ gloriam nominis tui fieri voluisti. Ut ℞m. Phebus ⁊ cornelius discipuli beati clementis dixerunt ad populum. Oremus omnes ad dominum vt ostendat nobis martyris sui corpus. ℣sus. Cunq̃ venisset turba fidelium discipuli eius exhortabantur eos dicentes. Oremus. ℞m. Ora pro nobis beate clemens. Ut digni efficiamur promissionibus christi. ℣sus. Tu autem martyr christi beate clemens ora pro nobis. Ut Gloria. Ut. ℣sus. Ora pro nobis beatem cle. In laudibus. an. Nõ meis meritis ad vos me misit dominus vestris coronis participẽ me fieri. ps Dominus regna. an Orãte sancto clemente apparuit ei agnus dei. ps Jubilate. an. Uidi supra montem agnum stantem: de sub cuius pede fons viuus emanat, ps Deus deus. an. De sub cuius pede fons viuus emanat: fluminis

impetus letificat ciuitatem dei. ps. Benedicite. an. Omnes gentes per gyrum, crediderūt christum dñm. ps. Laudate. Cap. Omnis pontifex. Hy. Deus tuorū. vs. Iustus ger. ā. Oremus omnes ad dominū iesum christum vt confessoribus suis fontis venas aperiat. ps. Benedictus. oratio. Deus qui nos. Memoria de sancta felicitate virgi. oratio. vt s. ¶ Ad primā añ Non meis psal. Deus in nomine. ¶ Ad tertiā añ. Orante psal Legem pone. capitu. Rm. et vsus de communi vnius mar. et pontifi. ad omnes horas dicuntur. ¶ Ad sextā. añ Vidi supra montem. psal Defecit. ¶ Ad nonam añ. Omnes gentes psalm⁹ Mirabilia. ¶ Ad secundas ves. añ Non meis psalmi feriales capitulū Omnis pontifex hymnus. Deus tuorum vsus. Iustus germi añ. Inuenerunt in modum tēpli marmorei habitaculum a deo paratum. psal. Magnificat. oratio. vt supra. Memoria de sācto grisogono martyr. Oratio.

Adesto quesu⁹ domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus beati grisogoni martyris tui intercessione liberemur. Per dominum. ¶ Sancti Grisogoni martyris. inuita. simplex. h. Gloria et honore. iij. lec. Lectio. i.

Diocletianus imperator in aquilee partibus positus dum interficeret christianos: relatio cucurrit ad eum de omnibus christianis a prefectura vrbana. Eo tempore in vinculis erat rome iussu diocleriani quidam vir dei nomine grisogonus: qui per biennium multa pro christi nomine perpessus fuerat. Tunc rescripsit dioclecianus ad prefectū vrbis vt omnes christianos interficeret: grisogonum vero ad se destinaret. Lectio secunda.

Cumque ei presentaretur ait. Accipe prefecture dignitatem adorans deos nostros ait. Qui ait. Deum celicolo deorum simulacra execrans: et potestates a te promissas velut lutū abiiciens. Iratus dioclecianus: iussit eum duci ad aquas gradatas et ibi decollari. Corpusque eius iactum est ad littus in quo tres sorores christianissime cum zo ille sene presbytero morabantur. Lec. iii.

Hic igitur presbyter corpus beati grisogoni in locello condigno collocauit et recondiuit cum omni diligentia in domo sua. Indicatumque est ei per reuelationem vbi mare caput eius iactasset. Pergensque ad locum ita illud inuenit: quasi eadē hora fuisset abscissum. Et afferens corpori eius compaginauit. Cetera de communi vnius mar. cum predic oratio. Adesto domine. vt supra

Si hoc fes. sancti grisogoni: et fes. sancti clementis in vna et eadem die do. contigerit. dicuntur hic de sancto grisogono Rm. de. iij. noc. vnius martyris ita tamen quod Rm. Percepimus ad tertium Rm. nisi quādo hoc fes. in do. contigerit: tunc enim dicuntur Rm. de primo noc.

¶ Katherine virginis et martyris

ad ves. super ps. fer. an Ave virginum gemma katherina ave sponsa regis regū gloriosa ave viua christi hostia tua venerantibus patrocinia implorata non deneges suffragia psal. Confitebor. Ym. O mater nostra ter sancta quaterq beata. Cum prece deuota famulantum suscipe vota. Vsus. Jam christo iūcta sponsoq tuo sociata. Cum prece deuota famulantum. Non dicitur vlterius: sed incipitur prosa.

Eterne virgo memorie quā sibi desponidit rex glorie. E. Vsus. Virginis proles egregie: spōsusq virginis ecclesie. E. Vsus. Tu gaudes hodie de dona gratie. E. V. Et cantas in celo carmē letitie. E. Vers. Te laudātes in terra respice. E. versus. Atq nostra clemēter suscipe chorus respondeat hec vota. Gloria. Cum prece ꝛc. Hymnus. Virginis proles. V. Diffusa est gratia. an. Inclyta sancte virginis katherine solennia suscipiat alacriter pia mater ecclesia, aue virgo deo digna aue dulcis et benigna obtine nobis gaudia que possides cu gloria. Psal. Magni. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus qui corpus gloriose virginis tue Katherine in montem Synai ab angelis deferri iussisti: concede propitius eius obtentu nos ad arcē virtutum prouehi: vbi visionis tue claritatem mereamur intueri. Per

Tunc eat process. ad altare eiusdem cantando. R. Virgo flagellatur. V. Ora pro nobis beata katherina. Vt digni efficiamur. Oratio.

Deus qui dedisti legem moysi in summitate montis synai, et in eodem loco per angelos tuos corpus beate Katherine virginis et martyris tue mirabiliter collocasti, presta quesumus, vt eius meritis ꝛ intercessione ad montem qui christus est valeamus peruenire. Per christum. In redeūdo de sancta maria. Ad matutinas. inui. Adoretur virginum rex in secula seculorum. Virgini qui katherine contulit celestia. Psal. Venite. hymn. Virginis proles. In. i. noc. an. Virgo sancta katherina grecie gemma vrbe alexandrina costi regis erat filia. Psal. Domine dominus noster. an. Specie corporis decora nimis enituit: sed fide pulchrior sponso superno placuit. ps. Celi enar. aña. Traditur ergo a patre doctoribus eximiis imbuenda liberalibus studiis. Domini est terra. V. Diffusa est gratia in labiis. R. Propterea benedixit te deus in eternum. Lectio tertia.

Maxencius imperator in alexandrina, iussit omnes regni sui incolas ad templum deorum suorū conuenire, et eis solenne sacrificiū offerre. Erat aūt in eadem vrbe quedam puella nomine Katherina annis duodeviginti, costi quondā regis filia, liberalibus studiis erudita. Hec itaq in palatio patris residens cum audiret mugitū animaliū, et quid hoc esset didicisset, corde doluit. R. Nobilis ꝛ pulchra prudens Katherina puella. Flagrat a-

more dei, sprevit vana gaudia mundi. ℣ Cui rex carne pater fuerat, reginaq; mater. Flagrat. Lec. sc̄da

Tunc virgo signo crucis se muniens: audacter ad conspectum imperatoris prorupit. Cui sic ait. Salutationem tibi o imperator pferre dicerem: si hec que cultibus demonū exhibes creatori tuo impenderes, et solā illius maiestatem adorandam intelligeres. Admirans vero imperator eius sensū et constantiam: iussit eam custodiri. Misit igitur nuncios ut omnes rhetoricos et grammaticos ad eū convocarent. Veniunt itaq; quinquaginta: qui in omni scientia doctissimos se asserebant. Responsorium Martyrium sitiens libamina cesaris horrens. Exclamat christum preter quam nil venerandū. vers℣ Demonis plena sunt hec ait ydola templa. Exclamat christum preter q̄.

Lectio tertia.

Sedente igitur Imperatore pro tribunali: assunt oratores, astat et puella confidens in domino et conversa ad eos dicit. Ego ancila dei fateor me nihil aliud scire nisi Christū verū deū esse et hunc crucifixū. Cūq; plura de fide dissereret stupefacti oratores obmutuerunt. Quib℞ imperator ait. Quid vos ignavi et degeneres velut elingues sic obmutescitis? Un℞ eorum ait. Scias nos oēs ad christū converti: Iratus igitur imperator, iussit eos igne cremari. In quibus illud mirabile contigit: q̄ nec in vestimētis nec in capillis eorū ulla ignis lesio appareret. Rn. Hec quinquagenos oratores superatos. Dirigit ad celos aurum velut igne probatos. ℣ Efficiens testes fidei quos pertulit hostes. Dirigit. Gloria. Dirigit. ¶ In. ij. noctur. āt. Cū esset adhuc in annis virgo puerilib℞ caris orbata parentibus mundi renūciavit opibus. ps. Eructa. āt. Maxentius instat impius cū ydolorum cultibus puella voce libera hec sūt clamat demonia: et deum te christe solum predicat os virgineum. ps. Deus noster refugiū. ā. Cesar electos convocat rhetores et grammaticos adversus illam disputaturos quos vincens virgo christi: fidem docuit, et martyres fide dignos exhibuit. ps. Fundamenta. ℣ Specie tua et pulchri.

Lectio quarta.

His itaq; gestis: iubet tyrannus virginē scorpionib℞ cedi: dehinc in obscuro carcere claudi: ibidem per duodecim dies fame et siti cruciari. Contigit autem eum extrema regionis petere. Regina vero cū quodam milite porphirio nomine: prima vigilia noctiū ad carcerem veniens ut colloquio virginis potiretur: vidit claritatem magnā et angelos dei plagas puelle aromatico unguēto confovere. Rm. O felices per te sanctissima plures. Quos iubet occidi pro Christo turbidus hostis. versus Cum duce Porphyrio fit martyr cesaris uxor. Quos iubet occidi pro christo turbidus hostis.

Lectio. v.

Tunc virgo reginā timentē consolans ait. Forti animo esto:

esto: quia post triduum itura es ad dominum. Cum igitur regina et dux porphirius eius sermonibus exhilarati fuissent procedūt de carcere media nocte: parati ad omnia pro christi nomine sustinēda. Sed et ducenti milites prophirio obsequētes: eius monitis ad Christum conversi sunt. ℟m. Impius hanc cesar sisti iubet ante tribunal. Hāc vt puertat sicut dracho vel leo certat. ℣sus. Illa manet constans nil blanda vel aspera curans. Hanc vt pervertat. Lectio sexta.

Reversus denique Imperator cum sanctam virginem tormentis non posset superare: iussit fieri quattuor rotas: quarum orbes et intimi circuli clavis prominentibus prefigerentur. Et due vno ordine volverentur: et alie due contrario impetu agerentur. Has inter medias virgo Christi exposita tacite orationis verba fudit ad dominum. Et ecce angelus domini ita molem illam concussit vt partes auulse quattuor milia hominū necarent. ℟. Virgo flagellatur cruciāda fame relegatur: carcere clausa manet lux celica fusa refulget. Fragrat odor dulcis cantant celi agmina laudes. ℣. Sponsus amat spōsam salvator visitat illam. Fragrat. Gloria patri. Fragrat. ¶ In tertia nocturno. ān. Gloriosam virginem tyrānus flagellari imperat et cruciandam fame in carcere recludi: cui escam per columbam christus fecit ministrari. ps. Cantate. j. ān. Illa deo dum agit gratias i tenebris lux emicat: fragrat odor vicens balsama adest et concio angelica lacero corpore celestia adhibēs medicamina. p. Dominus re. exul. ān. Cum cetu virgineo adveniens salvator sponsus sponsam ꝑpie visitat, consolatur et roborat constans esto ait filia, tecum ego sum nil paueas. ps Cantate. ij. ℣sus. Adiuvabit eam. Lectio septima.

Tunc regina Imperatori se opponens de seuitia eum redarguebat et ad fidem Christi exhortabatur. Quod audiens tyrannus iussit vt extortis premo a pectore suis mammillis: longo cruciatu torqueretur et sic caput eius a cervice rescinderetur: vt et carnes eius feris et volatilibus proijcerētur. Quo facto cū porphirius corpus ei⁹ sepelisset et rex illud cognovisset: precepit illum cum militibus suis xp̄m pariter confitentibus extra civitatem duci: et ibidem decollari. ℟. Horrendo subdenda rotarū machinamento virgo deum clamat de celis angelus astat. Ecce repentina dant plebsque roteque ruinam. ℣sus. Tanquam caldeis quondam fornax babylonis. Ecce. Lctō. viij.

Postera autem die maxentius ꝑsedens pro tribunali sanctam virginem iussit sibi presētari. Quā cum superare nō posset: iussit extra portam civitatis decollari. Que cū ad locum passionis pervenisset: oravit et dixit. Expecto pro te gladium Jesu rex bone tu meum accipe spiritum, et fac misericordiam meam agentibus memoriam. Et ecce vox

de celo venit ad eam: dicens. Veni dilecta mea ecce tibi beatitudinis aperitur ianua: et ne sollicite ris de donis que postulas: quod postulas impetrasti. ℟ Percussa gladio dat lac pro sanguine collo. Quam manus angelica sepelivit vertice Syna. ℣ Membris virgineis olei fluit unda salubris. Quam. Lc. ix.

Facta ergo hac voce tunc virgo Christi lacteam cervicem protendens a spiculatore percussa est. Statimque lac de corpore eius pro sanguine effusum terram uberius irrigavit. Angeli quoque assumptum corpus eius in montem Synai deportaverunt. In quo loco innumera ad laudem dei fiunt miracula. De sepulchro eius rivus olei indesinenter manare videtur. Sed de minutis ossibus que de Sarcophago cum oleo effluunt: ubicunque asportantur stillat oleum ex quo peruncta debilium corpora celeri medicina sanantur. ℟ O mater nostra. ut s. ad vs. et dr hic sine prosa. ℣ Ora pro nobis. ¶ In laud. an.

Passionem gloriose virginis Katherine devota plebs celebrant fidelis que sui memores deo commendat meritis et iuvat beneficiis. ps. Dominus regnavit. an Post plurima supplicia martyr alma ad decollandum est ducta ad celum manus oculos tendens collum sub iugulo orat dans gloriam deo. ps. Jubilate. an Expecto pro te gladium Jesu rex bone tu meum da paradiso spiritum et fac misericordiam meam agentibus memoriam. ps. Deus deus meus. an Vox de celo insonuit: veni dilecta mea, veni intra thalamum sponsi tui quod postulas impetrasti pro quibus oras salvi erunt ps. Benedi. an Quia devotis laudibus tua solennia pie recolimus o beata Katherina ora pro nobis ds. ps. Laud. Confitebor tibi. Hymn. Jesu corona virgi. ℣ Adducentur regi virgines post eam. an. Benedictus dns rex celestis qui p merita beate Katherine virginis medelam languidis prestat sanitatis ipsius corporis oleo fideliter perunctis. ps. Benedictus. Oratio Omnipotens sempiterne deus. ut supra ¶ Ad. i. an Passionem. ps. Deus in nomine. ¶ Ad. iii. a. Post plurima. ps. Legem pone. cp. ℟. ℣. de coi unius virgi. et mar. ad oes hor. dnr. ¶ Ad. vi. an. Expecto pro te gla. ps. Defecit. ¶ Ad. ix. a. Quia devotis. ps. Mirabilia. Ad secundas ves. an Passionem gloriose. psalmi fer. cp. Confitebor tibi. Hymnus. Jesu corona virginum. ℣ Adducentur regi virgines. an. Prudens et vigilans virgo quasi es cum sponso illo qui te elegit de mundo quam pulchra, quam mirabilis, quanta luce spectabilis inter Syon iuvenculas et Hierusalem filias thalamo gaudens regio coniuncta dei filio. ps. Magnificat. oratio ut supra. Memoria de sancto Lino pape et mar. oratio de communi unius martyr. et pontifi. ¶ Sancti Lini pape et marty. chm. Omnis pontifex. Cetera omnia fiant de coi unius mar. et pontificis cum. iii. lec. de communi.

¶ Sanctorum

¶ Sanctorum Saturnini et Sisinnij marty. iij. lec. fiant cum noc. propter vigil. Oratio.

Deus qui nos beatorũ martyrum tuorum Saturnini atque Sisinnij concedis natalicijs perfrui: eorum nos tribue meritis adiuuari. Per dominum nostrum Jesum christum filium tuum. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amẽ. Si hoc festum infra aduentum dñi contigerit: nichil fiat de fest. nec etiam mẽo. nisi tm̃ ad vesperas et ad matu. btẽ marie virginis. Ad matu. iij. lc. Lec. j.

Beatus Saturninus senex cum esset in custodia vna cum beato Sisinno Dyacono: veniebant ad eum multi gentiles et baptizati sunt ab eo. Quos audiens Leodicius vrbis prefectus: iussit tribunal sibi preparari, et eos sibi presentari. Lectio secunda.

Ducti sunt igitur vincti nudis pedibus coram prefecto. Quia ait illis. Deponite vanas superstitiões vestras: et adorate deos immortales nostros quos imperatores augusti nostri adorant. Cui Sisinnius ait. Nos adoramus dominũ Jesum Christum dei filium. Nam demonibus et lapidibus nunquam humiliabimur. Lectio tertia.

Iratus autem Laodicius: iussit militibus vt flammas ad eorũ latera ponerent: et in equuleo truderentur. Quo sancto: illi alacri vultu gratias deo reddebant. Jussit igitur prefectus: vt ambo capite punirentur. Depositi igitur de equuleo ducti sunt in via numentana secundo miliario ab vrbe, et ibidem decollati sunt. Tu autem dñe. Cetera de communi plurimorum martyrum.

¶ He sunt dominice per annum in quibus vltimum ℟. ad matutin. a duobus cantabitur i superpellicijs ad gradum chori: scz omnibus dñicis ab octa. pasche vsque ad ascẽ. dñi. quãdo de do. agitur tm̃: et do. infra octa. ascen. dñi. et do. infra ebdo. natiuitatis domini: et do. infra octa. epyphanie, assumptionis, et natiui. beate marie, et dedicationis eccłie.

¶ Hec sunt festa simp. cũ regimine chori in quibus vltimum ℟m. ad matu. a duobus cantetur in superpellicijs ad gradum chori, silicet sãcti Siluestri pape, et etiam in oib' fest. cũ regimine chori que cõtingũt infra octa. ascenti. domini et infra octauas dedicationis ecclesie.

¶ He sunt dominice per annum in quibus ℟. ad pri. ves. a duobus de superiori gradu cantab' in cappis sericis ad gradum chori scz dñica prima aduentus domini: et do. i ra mispal. et in fest. sancti Uincentii, et sancti clementis. In oibus aliis festis simp. et dñicis per annũ dr ℟. ad pri ves. si ℟. habeatur a duobus de scda forma loco et habitib' pred.

¶ Hec sunt festa maiora dup. i quibus tres vltime lec. in cappis sericis

cis legantur in pulpito: et fiat processio quacunq; die cõtigerint. Primus dies pasche. Dies ascensionis Primus dies pẽthecostes. Festum sancte trinitatis. Fest. de corp. christi. Fest. Reliquiarum. Festum annunciationis, assumptionis, et natiuitatis beate Marie. Festum dedicationis ecclesie. Et fest. loci. In festo vero omnium sanctorum tres prime lec. in cappis sericis a dignioribus personis legantur.

¶ Hec sunt festa. ix. lect. que nõ habent expositionem euãgelij: ad matutin. Secundum vsum Sarum, scilicet sancti Nicolai, Lucie vrginis, Thome Apostoli, Fabiani et Sebastiani, Agnetis virginis, sãcti Uincẽtij martyris, Agathe virginis. Gregorij pape, Cuthberti episcopi, Benedicti Abbatis, Aldelmi marty. Barnabe apostoli. Albani martyris, Johannis et Pauli, licet do. fue. Margarete virginis, Inuentio sancti Stephani sociorumq; eius. Ipoliti sociorumq; eius, licet do. fue. Bartholomei apostoli. Egidij Abbatis, nisi quando differatur a dominica in secunda fer. propter inchoationem hystorie: tunc enim legatur euangeliũ. Nemo accendit lucernam. Exultatio Sancte Crucis. Edithe virginis. Mauricij sociorumq; eius. Dionysij sociorumq; eius. Translatio sãcti Edwardi Regis et confessoris. Michaelis in monte tumba. Martini episcopi. Machuti episcopi. Edmundi archiepiscopi. Hugonis episcopi. Edmundi regis et martyris. Cecilie virginis. Sancte Katherine virginis et martyris.

¶ Pars estiualis tam de tempore, quam de sanctis portiforij ad vsum insignis ecclesie Sarum optimis formulis (vt res ipsa indicat) diligentissime reuisum ac correctum. Et si quid in prioribus omissum, aut in aliquo erratum fuit: appositum siue emendatum est.

